




CO

BO

OPV

Sale

Cum

M

NOVI

& au

Reliqu

Apud

DE

CONSERVANDA BONA VALETVDINE,

OPVSCVLVM SCHOLÆ Salernitanæ, ad ~~Regem Angliæ~~. Cum Arnoldi Nouicomensis, Medici & Philosophi antiqui Enarrationibus vtilissimis,


NOVISSIME RECOGNITIS & auctis per Ioannem Curionem.

Reliqua sequẽs pagella indicabit.





VENETIIS,
Apud Ioan. Mariam Lenum.
M. D. LXXIII.



Contenta.

I. De Conſeruanda bona valetudine. opuſculum Scholæ ſalernitanæ ad Regem Angliç, cum Arnoldi Nouicomenſis enarrationibus, nouiſſimè [redacted]cognitis per Ioan. Curio-[redacted]em.

II. De ratione victus ſalutaris poſt inciſam venam Anaſtaſij.

III. Victus & cultus ratio expoſita quatuor per ſingulos menſes verſibus per [redacted]

IIII. De moderatione cibi & potus, item ſomni & vigiliarum doctrinę ſaluberrimæ.

V. De victus ſalubris ratione priuatorum Polybi tractatus Ioan. Guinterio Andernaco interprete.

REVERENDO ET AMPLISSIMO IN CHISTO PATRI AC DOMINO, D. Ioanni Picco,

Regij Monasterij Montis Sancti Petri apud clarissimam Erphordiam, Abbati dignißimo, domino ac Mœcinati suo plurimũ obseruando, Io. Curio BercKen.

ὑγιαίνειν.



N ITERVM sub Gratiosi nominis tui patrocinio, Amplissimo Pater, Salernitanæ Scholę, περὶ ὑγιεινῶν siue de tuẽda Sanitate præcepta, cum luculenta & succincta Arnoldi Villa nouani in singula capita exegesi in lucem exeunt sed solito (vt equidem arbitror) haud paulò emẽdatiora nitidioraq́;: vt quæ ab innumeris fere antea parum animaduersis atq; notatis errorem mẽdarumq́; portentis exemerim, ad eoq; ab inculta, squalida, ac impura barbarie, maxima iam cura & diligentia repurgauerim, adnixus nimirum, vt hoc quicquid est operis, eo, quod prius edideram, cum elegantius, tum melius, ac ob id longè gratius etiam atq; opta-

 tius

tius in manus eorum, qui sanitatis tuendæ curam susceperint, rediret. Plurima igitur ex Hippocrate, Galeno, Paulo, Alexandro, atque alijs Græcis autoribus ab Arnoldo, hisce commentarijs passim inserta, sed corruptè ac perperam citata, ex doctis & fidelibus Latinis interpretibus in genuinum ac verum sensum restitui. Ex Rhaze, Serapione, Auicenna, Auerrohe, Mesue, et reliquis Arabicæ doctrinæ scriptoribus desumpta, in Latiniorem sermonem conuerti. Multa superflua resecui, omissa non pauca reposui. Saniores alicubi expositiones, reiectis quæ absurdiores videbantur, substitui, vel quæ quę ab Arnoldo ipso rudius tradita fuerãt, ne delicato lector nauseã concitarent, paulò tersius ac nitidus reddero contendi. Quin ipsos quoque versiculos numeris suis, quoad fieri potuit, restitui: plurimum interim in id studij impendens, ne rhythmus, quo maiores nostri impensius delectati sunt, penitus deperiret. Sciebam equidem hoc laboris genus mihi molestiæ, tædij, atque calumniæ plurimum, gloriæ verò quàm minimum pariturum (præsertim cùm pauci hodie reputent, quãtum sudoris exhauriatur in restituendo, dum collatione veterum codicum emendantur deprauata: quotq; autores necessariò excutiantur ei, qui scriptores bonos quidem illos, sed verborum spurcitie horridos, & non vno modo deprauatos, ita emendare refingereq; instituit, vt tutius

studio-

ſtudioſorum manibus teri deinceps queant) vicit tamen impulitq́; ardens cùm primis iuuandæ iuuentutis amor quem anteponendum rebus omnibus arbitror: vicerunt deinde & præſtantiſſimorum virorum, vt hanc ſarcinam in humeros attollerem, aſſidua & frequentes adhortationes. Siquidem anno ab hinc, ni fallor, quinto, Theodoricus Loher a Stratis, vir pietate & eruditione admirandus, Carthuſianorumq́; per inferioris Germaniæ prouinciam Viſitator ſagaciſſimus, primus ad hoc laboris ſuſcipiendum haud ſegniter adhortatus eſt. In cuius iam ſubitò ceu floſculi parcarum pollice ſucciſi locum, multò acrior ſucceſſit inſtigator Reuerendus & eruditus bonarum artium magiſter Simeon Cruſius, olim Canonicus Magdeburgenſis, nunc Moderator ac Prior Carthuſianorum domus Saluatoris prope Erphordiam, incredibilis eruditorum piorumq́; omnium adiutor ac cultor. Quin etiam Valentinus Craticula, Sereniſſimæ atque inuictiſſimæ Roman. Regiæ Maieſtatis beneficentia ac liberalitate celeberrimæ iam Reipub. Budeunicenſis in Bohemia Eccleſiaſtes & Paſtor Verè, καθολικός, ac Decanus Bechiuenſis, vir optimè cumprimis de me meritus, ἐμὲ νῦν σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνει, Sed his omnibus vehementius hactenus extimulauit vir humanitate iuxta ac pietate inſignis ac Reuerendus M. Henningus Hopffe, ædis Deiparæ virgi-

nis in clarissimo hoc oppido Canonicus & Præpositus longè dignissimus, nostræq; Scholę Rector magnificus, compater ac fautor meus verè candidus, & ob id vnicè mihi semper colendus, qui nonnunquam Aristarchi quoque vices subire in hoc opere grauatus non est. De te verò quid dicam, eximie ac clarissime. I. V. Doctor Georgi Iuda, fraterna mihi necessitudine tantum non coniunctior? qui doctissimus certe ac cãdidissimus optimo quidem iure nunc apud doctissimum, maximeq; pium, ac Reuerẽdissimum D. Iulium dignissimum Ecclesię Numburgensis Episcopum, doctorumq; omnium incomparabilem fautorem ac patronum Cancellariatu fungeris? Te profectò autore atq; impulsore, vt verè & ingenuè fatear, hoc quicquid fuit molestiæ audacter aggressus ad finem perduxi, vtinam æquè feliciter Strenuè quoq; iccitauit I. V. designatus Doctor Valentinus Seydelius, vir humanitate ac motum integritatẽ nemini secundus, qui Iudicem hic agit, & in profanis ac secularibus negotijs vices implet Reuerendissimi in christo Patris, ac principis illustrissimi D. Danielis Sanctæ Moguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopi, Sacri Romani imperij principis Electoris & cæ. summi & singularis studiosorum literarumq; omnium Mecœnatis. Nihil etiam intentatum reliquit, nullum non mouit lapidem, felicis memorię vir Christianus Engenolpus typographus

Francofordienſis, propter diſtracta iam omnia proximè editionis exemplaria. Ad hoc ſtimulatores haud quaquam ſeges acceſsit tandem & doctiſsimus excellentiſſimusq́, medicinæ Doctor Do. Adamus Lonicerus, Phyſicus Francofordienſis: ſedulus ſtudiorum meorum adiutor ac fautor. Idem & alij ex amicis non pauci inſtanter à me pugnaciterq́, contenderunt. Quum itaq́, nullum vndiquaque vrgentium cernerem modum, ijq́, potiſſimùm incitarem, quibus denegare quicquam turpe videretur, paſſus ſum equidem imponi mihi clitellas: & hoc quicquid eſt opuſculi, pro virili mea portione reformare, ac veluti recoquere cœpi, id ſolum circa arrogantiam quærens, vt optima hæc medicinę præcepta, quoad poſſem di lucidiora auctioraq́, efficerem. In quo quidem, dum pluſculum tribuentibus mihi amicis operam dedi, ſi aſſecutus ſum, quod deſiderarunt, gaudeo: ſin cupiam pulcherrimæ materiæ parum decoris à me additũ, & dicendi ſeries totaq́, interpretatio deformior adhuc, inutilisq́, plerisq́, in locis videbitur, illud mihi confugium, patrociniumq́, concedat, quòd non ſponte, ſed importunis amicorũ efflagitationibus, ac quotidianis ferè conuitijs ad hanc prouinciam capeſſendam incitatus ſim. Has autem meas qualeſcunq́, ineptias, Reuerende Pater, tui ampliſſimi nominis auſpicijs, tuoq́, fauore commendatas, in manus hominum redire volui ac princi-

 pio

pio quidem, ut pro eo, quod in R.G. tuæ benignitate hactenus ac fide studia mea omnia, velut in tutissimo sinu conquieuerint, mei vicissim amoris erga R. G. tuam eximij aliquod extaret μνημόσυνον gratiáque animi erga promptissimam. R.G. tuæ in me voluntatem darem aliquam significationem. Deinde verò ut hac etiam qualicunque mea nuncupatione posteritate testatum foret, quanto in hunc vsque diem amore R.G. tuæ Academiam hanc nostram prosecuta sit, vt in quam, haud secus atque Louanij quondam Hieronymus ille Buslidius, nō ædificijs solùm reparādis instaurādisq́ue, verum multo magis etiam augendis professorum salarijs, ingentem pecuniarum summā transfuderis: sed hoc quoq; laudabilior, quod is moriens, cùm vti amplius non concederetur, in publicam studiorum vtilitatem sua transtulerit, tu uerò firmo adhuc & vegeto corporis robore idē quotidie præstes. Quod ad me quidem attinet, quandiu quicquam spiritus in hoc corpusculo calebit, nō desinam pro viribus seruire R.G. tuæ, & sancto fratrum tuorum collegio, idq́ue certè magna cum animi syncertitate. Nec ingratos R.G. tua experietur doctissimos simul & humanissimos Academię nostræ proceres quot sunt, quotq́ue post alijs erunt in annis: imò verò non albis solum, siue matriculis, vt uocāt. sed parietibus etiam atque publicis Academiæ monumentis inscribent, quo vel omnium seculo-

rum

am posteritas intelligat, se R.G. tuæ quàm plurimum debere. Deinde precibus quoque suis Deum optimum maximum suppliciter pro tua, tuorumq; omnium incolumitate & salute nunquam desinent interpellare. Optimè in Domino valeat R.G. tua, & non munusculum hoc, quod vile admodũ, minimiq; precij offero, sed animum offerentis expendat, ac me, meaq; studia in clientela sua conseruare dignetur. Erphordiæ IIII. Calend. Octob. Anno. 1556.

A 5 M. Mar-

M. MARCVS FRYTSCHIVS LAVBANVS, Candido Lectori. S.

QVisquis es, & medicam non planè respuis artem.
Hunc studiose librum (sic quia dignus) amat,
Qui nouus egrediẽs, vitio purgatus ab omni,
Libellus Clarius gestit adire domos,
Curio fatidici decus insuperabile Phœbi
Edidit hoc plenum frugis & artis opus.
Vlnis ipsum igitur complectere vtrisq; Iuuentus,
Ac bene de merito dic bona vota viro.
Nam quibus instructus, siue morbis membra tueri
Possit homo, liber hic dogmata certa tenet.
Magnanimo Anglorum regi quę dedita quandam,
Iam renouata tibi Teutonis ora vides.
Tuq; cohors iuuenum, teneris quæ protinus annis
Sedula das operam verba Latina loqui:
Incolumen, moneo si gestis ducere vitam,
Membrorumq;, cupis prosperitate frui:
Curio mane tibi Curio nocte legatur,
Non imitalis est absq; labore labor.
Exiguũ certè, quo pagina venditur, æs est,
Qua

Quæ disces, magnæ commoditatis erunt.
Nā docet, affectus qua sint ratione regendi,
Omnis ab excessu semina morbus habet.
Vini epuliq; modum præscribit, Cypridis vsum
Temperat, & quę sint sana lauacra monet.
Cū corpus nimio repletum sanguine turget,
Incisis venis euacuare iubet.
Vesperi ait somnum capiendum, nanq; diurno
Tempore qui dormit, multa pericula ciet
Inscius in febrim dilabitur, atq; catarrhum
Colligit, & toto corpore languet iners.
Hic quoq; certa leges anni discrimina, nāq;
Diuersos radios ardor, & algor habent.
Nō eadē veri, Messi, Autumniq; Hyemiq;
Cōueniunt, tribui vult sibi quodq; suum.
Quod sibi quodq; velit, quid qualibet exigat ætas,
Curio monstrabit, si tibi lectus erit.
Si sapis ergo, moras tollens studiosa Iuuentus
Hunc tibi emes (paruo vēditur ęre) librū.
Insuper Autori, grato pro pignore fata
Orabis Pylio non citiora sene.
Sic tibi non deerunt, qui scripta salubria condant.
Materia ingenijs conueniente suis,
Hisce vale, atq; bono feliciter vtere seclo,
Castalium ad fontem iam via trita patet.
Tempora q̄ forsan subitò vētura sequentur

Non ita fœcundæ conditionis erunt.
Se sapis ergo tibi hæc quos porrigit arripe crines.
An bona vel mala sit, secla fatura latet.

EIDEM M. HENRIcus Spineus Berckensis.

QVòd malè curarent homines languentia membra,
Viderat ex alto pulcher Apollo loco.
Tertius exclamat: quæ morbis quæritis ęgri.
Pharmacha mortales? quæ medicina datur:
Tenditis in mortem tali ratione medendi.
Corruit & laben: non reparatur opus.
Restitui in melius si vultis corpora lęsa.
Viuendiq; frui commodiore via:
Huic operi vigiles oculos impenite claro,
Voluite tam doctum tempus in omne librum.
Discitis hinc certas medicandi faucia leges.
Integra quoque modo sit retinendæ salus.
Præstitit hoc artis medice tibi curio Doctor,
Curio Apollinei gloria magna chori.
Extendi vitam qui longum vultis in æuum,
Curio Tithoni, dicite, viue dies.

ODE M. LVDOVICI Helmboldi Mulhusini.

NVlla vis, virtusq ue manet perennis.
Rebus his, quę viribus extruuntur.
Corporis, quę mens operatur, omni.

Tem-

Tempore durant.
Nunc ager, vel sylua, vel est rubetum,
Quod fuit quondam Phrygij alua Regis.
Arx fit econtrà modò Corolfa,
Quod seges olim.
Firma sunt, fidumque sibi tuentur.
Nomen, & famam, documenta, quorum
Autor est Phœbus, sine honore nunquam
Commemorandus.
Vtilis res est medicina totum,
Sustinet mundum, nisi salua nanque.
Membra: sint, præceps domui vniuersæ.
Turbo minatur.
Claret idcircò podalyriana,
Fama, nec laus Hippocratis remittit,
Aemulus fertur volucrum per alta.
Astra Galenus.
Hos, duces hos signiferos secutus.
Curio, excellit simul, & referri.
Inter hæroas medicos profunda.
Mente meretur.
Mentis hic index liber est, amomum.
Plantas, extirpat tribulos, venena.
Enechat, morbos fugat, atque sanos.
Protegit artus.
Sanitas curæ sua sit cuiuis,
Huic viam monstrans igitur tuendæ,
Gratijs omnem comitatus ibit.
Curio in orbem.

INDEX
SVMMARIVS
EORVM QVAE
in hoc libello tractantur.

A

ACETI proprietates. 141
Aeris electio 77
Aestatis cibus 87
Albica piscis marinus 113
Allium contra venena. 75
Amarellus auis aquatica. 110
Anguillæ esus calculosis noxius 119
Anguillarum, lampretarum coctio 118
Animalium viscera 144
Anisi vtilitates 146
Animus hilaris 5
Anni tempora quatuor 195
Aqua crapulæ confert 102
Aqua intercus 22
Aquæ potus noxius 100
Athanasia 157
Auditus grauitas 184
Aues esui aptę 104
Aurium tinnitus causæ. 185

B

Brassica temulentiam curat 161
Brodium pisorum. 122
Butyri proprietates 125
Butyrum ad quid conducat. 125

C

Cæparum affectus 170
Cæpæ contra venena 71

Cal-

Caluitiem emendare. 171
Calx 194
Cancrum durat chærefolium. 175
Capitis dolor 195
Capo,ſiue gallus caſtratus 104
Caput purgare 171
Capitis dolorem viola pellit 172
Caro Arietina 43
Caro bouina 42
Caro caprina 43
Caro ceruina 41
Caro liporina 41
Caro porciua 59.106
Caro vitulina 105
Caro ſalſa 41
Carpio piſcis ſquamoſus 114
Caſei eſus 40
Caſei facultates 127
Caſeus recens 58
Catarrhus 16
Caſtorium 166
Caulium effectus. 160
Cerebra ſtomacho inimica 59
Cerebri confortatio 7
Ceraſorum eſus commoda. 132.145
Ceruiſiæ confectio 141
Ceruiſiæ potus 85.86.139
Chærefolij herbę effectus 176
Chelidonia 179
Cholerica complexio 113.221
Cibi bene nutrientes 49.56
Cibi & potus alternatio 119

Cibi varij temperaturæ officiunt 34
Ciborum ratio 33
Cibi melancholici vitandi. 26
Cibus iucundus 59
Cœna parca 23
Colorum hominis indicia 219
Columba cibus cholericus 106
Colica passio 2.133
Conchulæ marinæ 161
Condimenta generalia 92
Conspicilia vitrea 12
Consuetudo altera natura 155
Consuetudo varianda 157
Coturnix siue Quiuscula 107
Croci proprietates 179
Crusta panis 97

D

DENTES à putredine, &c. conseruandi modus 9
Dentes emolares. 201
Dentes quot 200
Dentium dolori conducentia 180
Dentium immundities 8
Dietæ administratio 159
Diætæ habenda ratio 155
Diæta moderata 7
Dispositio cibi, edendi item ac ciborum ratio 29
Dolor capitis. 16
Dormiendi ratio. 20

E

Ebrietatis incommoda 80

Ebrietatem viola pellit 171
Edendi & bibendi modus 130
Enula campana. 176
Epilepsiæ mederi 17
Excrementorum retentio. 4

F

FAMES duplex 33
Febris causa 15
Ficuum proprietates 61
Facultates 137
Fistulæ curatio 193.194
Fatuum in aluo retentorum nocumenta 21
Fœniculi semen. 146
Fons oculos recreat. 12
Frigellus auis cibo accommoda 109

G

GALBIO piscis marinus 114
Galline commendatio in cibo 104
Gaudij repentini incommoda 5
Gornus piscis marinus albus 118
Hulosi valentes 34

H

HVMORES quatuor in homine 201
Hydrops 22
Hyemis cibi parci 89
Hyssopi virtutes 174

I

Ira 3
Irasci vtile quibus 3
Iura è Carnibus 56

L

Lac

Lac 125
Lactis electio 124
Lactis esus 37
Lac muliebre 124
Lętitia valetudini confert 5
Lampreta piscis 118
Lingua boni alimenti esus 144
Lotii retentio 4
Lucius piscium tyrannus 112
M
Marcellus piscis 116
Malu ę facultates 162
Manuum lotio 8
Manuum lotionis vtilitatis 94
Manuum tremor 165
Medulla ossium 60
Malancholica complexio 209.217
Mentha 164
Mens hilaris 5
Merlengus piscis 116
Merula auis 108
Mespilorum vtilitates 139
Mictio nocturna 139
Morhua piscis 116
Musti potionis nocumenta. 99.140
Mutatio subita nociua. 156
N
Nasturtium herba 167
Nauseam marinam quæ prohibeat 98
Nocturna repletio noxia 4
Nuces contra venena. 76
Nuces post pisces 131

O

Ortygometra auis optimi ſucci 106
Oſſa, nerui & dentes homini quot 200
Oſtrę marinæ 161
Otis, gallina ſyluestris 110
Oua ſorbilia 61
Ouorum differentię. 49

P

Pandiculari membra 8
Panis calidus nociuus 95
Panis cruſta 95
Panis electio & ratio 96
Pectere crines 8
Panis triticeus 56
Panis odor 96
Perca piſcis ſquamoſus 112
Perdicis in cibo vſus 109
Perſica, paſſulę, racemi 137
Perſica prima menſa edenda 36
Petroſelinum 92
Phaſianus gallus ſylueſtris 108
Phlebotomia & uenę ſectio 222
Phleboto. qbus mẽſibus cõueniat 224
Phlebotomia quibus morbis & ętatibus conueniat, & quantum ſanguinis quoque tempore detrahendum 238
Phlebotomiæ effectus 232
Plebotomię impedimenta 225
poſt Phlebotomiã cõſiderãda quæ 237
circa Phlebotomiã quę obſeruãda 234
Plegmatica complexio 202. 204. 215
Pigrities 11 Piper 92

Piper nigrum 182
Pisa 121
Pisorum coctio 123
Pisces qui, & quibus conducant 112
Piscium electio 115
Piscium salsa calida 94
Plagitia piscis 114
Pomorum esus 35
Porri effectus 182
Potus mali correctio 90
Potus triplex 126
Primula veris 167
Prunorum facultates 135
Pulgij effectus 176
Pulices fugare 169
Pulmonis esus 141
Pyra syluestria contra venena valēt 73
Pyrorum nutrimentum 7.133

R

RAPORVM cōmoda & incōmoda 133
Raphanus satiuus viperarum ictus discutit 74
Rheumatis remedia 192
Ruta contra venena valet 7.291
Ruta cruda, saleq́; condita, visus aciem exacuit 72
Rutę duo genera 72
Rutę facultates 168

S

SALIS commoda 149
Sal cum vino 92
Salicis effectus 180

Sal-

Salſamenta varia 92
Salis commendatio in cibis 149
Salis & ſalſorum nocumenta 149
Saluatellæ ſectionis commoda 143
Saluia potus malitiam emendat 91
Salueæ operationes & effectus 166
Sanguinea complexio 211
Sanguis 202
Sapo ſiue ſmigma 194
Sapores & eorum qualitates 150
Saxatilis piſcis 113
Serpentes fugat ſinapi ſuffitum 171
Serum lactis 126
Sinapis effectus 171
Sitis aqua extinguenda 101
Somni tempus conuenientiſſimum nocturnum 173
Somnus meridianus 4.15
Spaſmus, ſiue conuulſio 21
Speculum oculorum aciem excitat 12
Spodium 147
Starna auis magnitudine anſeris 106
Stomachi eſus 156
Sturnus cibo commendatur 105
Sulphur 194

T

Tenaſmus 5
Tencha, vel tincca, piſcis glaber 114
Teſticuli gallorum 59
Theriaca contra venena auxilio eſt 81
Timor nocet valetudini 2
Torminum curatio 176

Tranquillitas ſanitati confert. 6
Tremor manuum 165
Tremulus auis, vulgo Motacilla 110
Triſtari vtile quibus 2
Triſtitia nocet valetudini 1
Truta piſcium generoſiſsimus 114
Turtur boni alimenti 105
Triticum. 96
Tuſsis remedium 173
V
VAPORES ſtomachi prohibētia 92
Venę ſciſura quanta 134
circa Venę ſectionem quę conſideranda. 231
Venenorum lethalium remedia 70
Vermes progenerantia 8
Vertigo 22
Vina theologica 55
Vini boni proprietates 82
Vini differentia 52
Vini nimia pôatio 79
Vini nitor 66
Vini color 66
Vini ſapor 65
Vini odor 65
Vino parce vtendum 32
Vinum dilutum 83
Vinum enulatum 77
Vinum forte 66
Vinum formoſum 66
Vinum fragans 66
Vinum frigidum 66

Vinum friſcum 66
Vinum candidum & dulce 67
Vinum eſt lac ſenum 85
Vinum melius 82
Vinum ſaluiatum 165
Vinum uetus 83
Vinum rubrum nociuum 69
Vinum Landonium 69
Violę effectus 172
Vippa panis cum vino 154
Viridia oculis dat releuamen 13
Viſum conſeruantia 7.180
Viſus nocumenta 186
Viſus recreatio 12
Vocis raucedinis cauſæ 191
Vomitum ſiſtentia 173.176
Vrticę effectus 173
Vuę recentes 62

Indicis finis.

An-

orpus redditur magis decolor. Vt hinc tiã perſpicuum omnibus ſit,eum humo em in iecore generari,à quo tãdem in ienem transfertur. vſus autem atrę bi- is naturalis eſt, Galenus lib. 5.de vſu art. huma.corpo. cap.4.atteſtante, vt entriculi actiones iuuet. Ipſa enim ũm acerba & acida ſit, ventriculum inten-

ANTONII MVSAE BRASAVOLI de hoc libello iudicium.

VVlgatus Salernitarum de tuenda valetudine Libellus, his, qui legunt, non parum vtilitatis præstat: illisque multo maiorem, qui libelli præcepta obseruant.

Pone gulæ metas, vt sit tibi longior ætas.
Esse cupis sanus? sit tibi parca manus.

DE CONSERVANDA BONA VALETVDINE, LIBER SCHOLÆ Salernitanæ.

¶ De animi Pathematis, & remedijs quibusdā generalib. Cap. I.

ANglorum Regi ſcribit ſchola tota Salerni:
Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum.
Curas tolle graues, iraſci crede profanum:
Parce mero, cœnato parum, non ſit tibi vanum.
Surgere poſt epulas, ſomnum fuge meridianum,
Ne mictum retine nec comprime fortiter anum.
Hæc bene ſi ſerues, tu longo tempore viues.



RAESENS, hic liber a Doctoribus Scholæ Salernitanæ in gratiā Regis Angliæ cōſcriptus, multa & varia conſeruandæ bonę valetudinis pręcepta complectitur.

In hoc aũt capite octo imprimis generatim referuntur, quę nos singulatim deinde, ac suo quodq; ordine explicabimus. [*Primum*] ergo est, vt tuendę sanitis suæ studiosus, anxiferas, graueis, & pertinaces curas relaxans, ex animo penitùs exterminet. *Curæ*] enim corpus vehementer extenuant,& exiccant, somnum impediunt perpetuisq; vigilijs conficiunt, vires destruunt, febres etiam accendunt, ac grauissimis valetudinibus initia prębent: ipsę quoque Melancholiam generant, pariterque calorem innatum resoluunt, & extinguunt, & magis si diutius durarint. Autor Galenus, cum multis alijs locis, tum præcipuè Aphor, lib. 2. cõmen. 28. & libr. 3. commen. 31. & de tuenda sanitate libr. primo, cap. 11.

Tristitia Svb eodem pręcepto comprehendi debent & *Tristitiæ,*] quę & ipsę corporis naturam frigiditate & siccitate corrumpunt, id quod Salomon quoque capit. 17. Prouerbiorum suorum attestatur. Spiritus tristis, inquit, exiccat ossa. Sed cùm omnis mœstitia generandę melancholię vim habeat, quò tamen vehementior ac diuturnior hæc affectio fuerit, eò plus adfert periculi. Nam extra hoc, quòd corpus macie paulatim extabefacit, cor etiam ipsum immodicè constringit, spiritum obtenebrat, ingenium habe-

hebetat, rationē impedit, iudicium obſcurat, & memoriam obtundit. In mœroribus item fortibus, vti à Nemeſio capite vigeſimo de natura hominis, ex tertio libr. Demōſtrationum Galeni refertur, biliosa quædam ſuperfluitas conſueuit in ventriculum defluere, & multò magis quum ipſe malè affectus fuerit, quæ ſanè moleſtiam exhibet, vt non prius à mœſtitia & cruciatu ceſſet, quam ſuperfluitas illa vomitu eiecta fuerit, id quod Galenus etiam Aphoriſ. lib. 6. comment. 50. atteſtatur.

IDEM de timore quoque intelligendum: nam & ipſe intro & ad principium, tum ſpiritum, tum ſanguinem vnam cum refrigeratione eorū, quæ in ſummo corpore ſunt, abducit ac contrahit: itaque etiam pulſus tum arteriarum, tum cordis, ijs qui timent, minimi ac maximè imbecilli ſunt: partes in ſuperficie poſitę algent, corpusque palleſcit, tremor incidit, vox interrumpitur, & vires denique conuelluntur omnes. Quod autem in triſtitia paulatim patiuntur homines, id in timore confertim accidit, diſſidentibus ſcilicet inter ſe paſsionibus ijs, non toto genere, ſed magnitudine & vehementia. Itaque etiam ob timorem & immenſum mœrorem nonnulli repentina morte interierunt, quòd ſcilicet imbecilla ſuaptè natura animula eorum ſub *Timor.*

valido affectu oppressa, confertim extincta & suffocata sit, quemadmodum luculenter & perspicuè docet Galenus lib. 2. cap. 5. de causis sympt. Quippè extingui eam accidit propter affectus ipsius naturam, vt cuius generatio infrigerando cõsistat: suffocari autem, eò quòd totus sanguis vnà commeet, atque ad principium deferatur. Cuius sanè rei insignia exempla extant apud Plinium libr. 7. cap. 36. naturalis historiæ. Quocirca eum, qui sanitatis suę tuendę curam susceperit, canę peius & angue, omnia illa: quæ non aspectu & auditu modò verùm & mentis agitatione tristitia existunt, fugere oportebit. Quod Aristoteles quoque innuisse videtur, cum problemat. 5. sect. 7. scribit λειποθυμίαν incidisse quandoque, qui homines suffocari laqueo vidissent solum. Lege plura apud Stephanum Atheniensem in libro. 1. ad Glauconem comme. 12.

Tristari vtile. Hoc tamen ignorandum non est, quòd obesis nonnullis, quibus corpus immodicè plenum est, ac ijs etiam, qui spiritus admodum mobiles & calidos habent, interdum vtile sit si cur[i]s, timore, & tristitijs conficiantur, quò nimirùm spiritus calor habetetur, & nimia moles, quæ corpus onerat, extenuerunt aliqua ex parte atque auferatur: id quod vno ore confirmant Paulus Aegincta libro. 1.

cap. 57.

cap.57. Actius libr.4.cap.33.& Rhazes lib.4.cap.9.ad Almanſorem.

Ira.

SECVNDVM, vt ab ira temperet. Nam cùm ira ſit feruor quidam,ac vehemens motus caloris in ipſo cordis corpore, qui in extimas tandem partes cum impetu diffundatur, vt eã planè dilucideq́; Galenus libr.1.cap.4.de different.feb.& in libro de cauſis morborum,cap.2.definit, neceſſariò corpus ipſum immodicè calefacit & exiccat,quo fit,vt febrem nõnunquam accendat, in ijs pręſertim corporibus quę in ſe admiſſam caliditatem lõgo tempore retinere natura apta ſunt. Etſi enim motus cordis ſedetur, in hiſce tamen remanet calor præter naturam, atque inde hominem febricitare contingit. Quidam etiam ira commoti, quaſi attoniti, ac extra ſe poſiti videntur. Sunt præterea qui impotenti ira impetuoſius concitatos, ἀποπληξίαν incidiſſe multos, repenteque animam expiraſſe, nonnullos verò furore, comitialis morbi acceſſione, παραλύσει, conuulſione, podagra, & articulorum maximè ac totius corporis tremore comprehenſos,concidiſſe tradant. Obſtat etiam animi iudicio,& rationis opera perturbat,&, vt Cicero ait, ira pręſente nihil rectè fieri poteſt. Offenduntur autem ab ira potiſſimùm, qui temperaturam corporis totius calidiorem, quàm par ſit, aut morbo, aut natu-

ra consecuti sunt, pręcipuè quando cor & caput naturali intemperie immoderatè feruent, aut aliquo aduentitio calido affectu laborant. Animalibus tamen vitijs, morbis frigidis, & natura frigidiori

Irasci vtile. cordi & capiti, Galeno libr.6. Epidem. partic.5. comment.9. autore, ira non leue præsidium adfert. Innatum enim calorem in ipsis iam torpessentem excitat adaugetque. Quod Hippocrates etiam libr.2. epidem. partic.4. in eum scribens modum confirmat: Diligentia, inquit, adhibenda est, vt excandescentia inducatur, & coloris reparandi, & sanguinis in vasa subter cuticulam colligendi gratia. Quocirca ipsa à perfrigeratis, pallido colore præditis, & καχεξία laborantibus, ex quibusdam interuallis, & temporibus opportunis assumenda est, non sanè ita continenter, vt facultas offendatur, sed perinde vt exercitationes innatum calorem corroborantes, non immoderatas facere oportet, sed tum opportunè tum moderatè assumere, ita & excandescentiam, si clarissimis Medicinæ scriptoribus, Galeno libr.3. cap.10. de difficul. respirat. Paulo libro.1. cap.58. & Aetio libr.4. cap.34. credendum est.

Vinum. TERTIVM, vt moderatè vino vtatur. Vinum enim modicè haustum natiuum calorem adauget, teste Galeno capite 4. de causis morborum. Vbi verò

immode-

immoderatius bibitur, quàm vt vinci possit, tantum abest, vt animal calfaciat, vt etiam frigidiora vitia gignat, quemadmodum copiosè Galenus lib.3.cap.5. de temperamentis ostendit: quippe apoplexia, paraplegia, & quę Græcè caros, & comata vocantur, neruorum resolutio, comitiales morbi, conuulsiones, tetani, & debilitas ventriculi, ac reliquorum morborum omnium, immodicum vini potum comitantur, quorum vnumquodque frigidum est vitium. Sed de his plura infrà capite decimoquinto.

QVARTVM, vt in cœna modico cibo vtatur: exiguus nanque cibus à facultate vinci perfectè & facilè potest. Qui verò noctu multum ingerunt, ventriculumque nimio cibo onerant, dolorem primùm & angustiam perpetiuntur, deinde nec probè dormire, nec rectè concoquere possunt, quòd nimia copia facultas aggrauetur, ceu nimio pondere pressa, subindeque superare ingestum cibum nequeat, id quod & infrà cap.5.vberius ac fusius declarabimus.

QVINTVM, vt statim à sumpto cibo surgat: hoc enim ad concoctionem facit, quia cibus sumptus ita facilius descendit in vnum ventriculi, in quo, Galeno libr.5.cap.5.de locis affect.teste, coctionis opus perficitur. Infra cap.2.& 76.

SEXTVM, ne à prandio somno in- *Somnus*

 dulgeat.

meridianus. dulceat. Is nanque somnus, qui cibum statim excipit, fumosius exhalationibus caput replet, destillationesque parit. Sed de hoc vberius infra cap. 3.

Lotij retentio. SEPTIMVM, ne lotium diutius, quam natura fert, remoretur: hinc enim interdum oriũtur δυσουρία καὶ ἰσχουρία hoc est, vitia, in quibus vrina aut ęgrè & difficulter excernitur, aut in totum supprimitur ac cohibetur. Eodem modo calculus aliquando & aqua intercus gigni perhibentur, neque aliud quidquã ęquè vesicam lędit, atque longior, vltra mingendi voluntatem, lotij retẽtio, id quod testantur, cumprimis Galenus lib. 6. c. 4. de hoc affect. Rhazes lib. 4. cap. 6. ad Almans. & Auicen. Fen. 19. 3. tract. 2. cap. 6.

Excrementorũ retentio. OCTAVVM, ne compressis natibus ventris onus supprimere & retinere tentet, ita namque indurantur feces in intestinis, ob continuam suctionem venatur miseraicarum, quę cùm intestinis continuatę, omnem humiditatem è fęcibus exugunt, quo fit, vt illę exiccatę, difficilioris exitus intestina obstruant. oppilentque: opillationem verò, ob flatuum eductionis preclusionem, & aliarum cõsequentium fęcum coacceruationem, nocumenta sequantur, cùm illa, quę cap. 4. enumerantur, tum etiam quæ referuntur à Cornelio Celso lib. 1. cap. 3. Ex ventre inquit, suppresso, inflammationes, caligines,

ligines,capitis dolores,aliaque superioris partis mala increscunt. Quibus accedunt etiam,vt Rhazes testatur, τεινεσμὸς & cibi fastidium, quod malum Græci ἀνορεξίαν Latini verò appetentię amissionem vocant.

SVMMOPERE prętcrea cauendum, ne in exoneranda aluo nimio conatu vtatur, nam & hinc non rarò sequi solet τεινεσμὸς siue exitus intestini, quod ob osse sacro ad annum vsque pertinet, Gręcis ἀπευθυσμένον καὶ ἀρχὸν dicitur, Latinus Longa non, rectum & princeps, teste Andrea Vęsalio. lib. 5. cap. 5. fabricæ humani corporis.

VLTIMO tandem loco subiungitur, longissimo tempore victurum, quicunque hęc pręcepta studiosè & diligenter obseruauerit.

SI tibi deficiant Medici, medici tibi fiant.
Hæc tria: mens hilaris, requies, moderata diæta.

Hoc loco fit mentio trium remediorum, quæ in defectu Medici, vicem eius cum apud alios, tum nobiles maximè & excellentes viros supplere possint.

PRIMVM, animus hilaris ac lætus: *Mens hilaris.* lętitia enim calorem excitat naturalem, spiritus temperat, & puriores reddit, vir-

tutem corroborat, ætatem floridam facit, iuuenile corpus diu conseruat, vitam prorogat, ingenium acuit, & hominem negotijs quibuslibet obeundis aptiorem reddit. Conuenit vt hæc ipsa lętitia siue gaudium, bonę valetudini commodum, sit temperatum, non excedens modum, neque repentinum. Nimio enim & repentino gaudio, quemadmodus Galenus libr. 2. cap. 5. de Symptomaton causis, & Alexāder Aphrodiseus problemate. 21. memoriæ prodiderunt, tanta fit cordis relaxatio, vt virtus vitalis, vna cum innato calore tota egeratur, ac dissipetur, adeoque syncope nonnunquàm & repentina mors consequatur. Atque huius quidem rei extant horribilia ac pertimescēda exempla apud T. Liuiū Deca. 3. lib. 2. Val. Maximum lib. 9. ca. 12. Pliniū lib. 7. cap. 32. & 53. & A. Gellium lib. 3. ca. 15. At enim cum, iuxta tritissimum scuolis medicorum dictum contraria contrarijs curentur ac depellantur, illis potissimū gaudium adsciscnendum est, qui tristioribus animi pathematis immodicè conficiuntur. Quod sanè per illa cumprimis consequentur, quę principes facultatum partes corroborant, sanguinem bonum generant, & spiritus instaurant: eadem quippe & menti, Auicenna 4. 1. cap. 1. & 11. tract. 2. cap. 10. teste gaudium & lætitiam conciliant adiunguntque. Huiusmodi

modi porrò sunt cibi suaues & boni succi, vinum subtile ac delectabile, boni & fragrantes odores, delectabilium rerum commemoratio,& cum amicis & familiaribus frequentior & iucunda cõuersatio. Quare, vt Eobanus noster disertè canens, admonet:

Vtere conuiuis non tristibus, vtere amicis.
Quos nugæ,& risus, & iota falsa iuuant.
Quem non blanda iuuent varij modulamina cantus:
Hinc iecur & renes, ægraq; corda stupent.
Nam nihil humanas tanta dulcedine mentes
Afficit, ac melicæ nobile vocis opus.
Tange lyrã digitis, animi dolor omnis abibit.
Dulcisonum reficit tristitia corda melos.

Atq; hinc adeò est, quod grauissimus autor Plutarchus in libro de virtute morum tradit, Pythagoram animo pacando sedandoque ab affectibus & perturbationibus vehementioribus Musicam adhibere solitum. Sic Saul quoque per Dauid psallentem à spiritu maligno liberatum legimus. His similia & scitu non indigna, libr.1.& 14. Dipnosophiston Athenæus refert. At qui hactenus quidem dicta magna ex parte hisce etiã versibus ex Hieronymo Fracastorio complexi sumus:

Tu tamen interea effugito, quæ tristia mẽtem,
Sollicitant, procul esse iube curasque, metumque.
Pallentem, vltrices, iras: sint omnia læta.

Alma Ceres te in hoc, Bacchi quoque læta iuuabunt.
Munera, sic dulces epulæ, sic copia rerum,
Sic verbis, sic ruris opes, & summa voluptas.
Visere sæpè amnes nitidos, iucundaq; Tēpe,
Et placidas summis sectari in mōtibus auras.
Accedant iuuenumq; chori, mistæq; puellæ.

Trãquillitas animi. SECVNDVM, Animi tranquillitas: nobiles enim & excellentes viri, ob maximas & diuersas curas, quas sustinent (si ipsis cetera omnia antè pariter adfuerint) mentis inquietudine magis, quàm mediocris conditionis homines lęduntur. Nam si quid aliud, hęc maximè somnum impedit, qui nobilibus cum biliose ferè & siccioris naturę sint, imprimis conueniebat. Vigilię verò, vt Galenus libr. 7. cap. 6. Terapeu. metho. autor est, magis adhuc totum corporis habitū siccant, adeoque ijs, qui alioquin ex siccitate laborant, infestissimæ sunt, Vel *Requies* hic ad corporis quietem, quę motui opponitur, referenda est. Nam & hęc quoque ad valetudinem necessariò adhibetur. Calorem enim naturalem assiduis laboribus fractum ac dissipatum reuocat, vires exhaustas ac penè perditas recuperat, adeoque pręstet, vt animal se colligat, ac durare posit, Quod disertè admodum apud Ouidium lib. 1. epist. 4. Phędra Hyppolyto ijs versibus significauit:

Quod

Quod caret alterna requie, durabile non est.
Hæc renouat vires, fessaq; membra leuat.

Eleganter autem alternam requiem vocat, sicut enim non semper laborare, ita nec semper quiescere expedit.

TERTIVM, Moderata diæta, id est, modus seu ratio viuendi, Græcis communiter δίαιτα dicitur, Latini victus rationem reddunt. Quidam Græcam dictionem retinere, ac Latinis characteribus, dietam scribere maluerunt, vulgus Regimen sanitatis, siue regulam victus appellat. Complectitur autem in se, non modò, quæ ad cibi & potus rationem attinent, sed reliquas etiam res omnes, quas non naturales medici vno ore vocare solent. Harum enim commodus & moderatus vsus saluberrimus est, & corporis constitutionem conseruat: Intempestiuus verò & immodicus sanitatē, adeoq; naturam hominis corrumpit. Vt igitur vita morbis omnium minimè obnoxia sit, harum legitimus vsus solicite ac diligenter seruandus est. Plura infra capite 55.

Diæta moderata.

¶ *De confortatione cerebri.* *Cap.* 2.

LVmina mane, manus surgens gelida lauet vnda,
Hac illac modicum pergat, modicum sua membra.

Extendat, crines pectat, dentes fricet, ista.
Confortant cerebrum, confortant cætera membra.
Lote cale, sta pranse, vel i, frigesce minute.

Hic traduntur sex præcepta de confortatione tum cerebri, tum reliquorum membrorum omnium.

Visum cōseruātia. PRIMVM, vt singulo quoque die mane oculi ieiuno lauentur: à sordibus enim & lemis, quæ in ipsis noctu coaceruantur, & palpebris adhærescunt, ne inde læsionem percipiant, aut corrodantur, diligenter repurgari debent, idq; acqua clara, viridi, & frigida, in sperfa potius quàm per manus admota faciendum est, vel certè in eadem aperti ambo, quoad poterunt, immergendi, ac longiori deinde tēporis spacio supprimendi sunt. Hoc enim non abstergit modò, ac claros nitidosque reddit, sed sanos etiam conseruat, visum acuit & confortat, & maximè in iuuentute, quemadmodum Paulus. Aeg. lib. 1. cap. 31. Rhazes libr. 4. cap. 22. ad Alman. & Auicenna. 33. Tract. 1. ca. 5. & 33. Trac. 4. cap. 3. fidelissimè tradunt. Cur autem frigida magis quàm calida lauari debeant, ratio hæc est, quòd, vt Galenus cùm alibi sæpè, tum maximè aph. lib. 1.

lib.1.commen.16.& lib.3.cap.41.de alimen.facul.& cap.86.artis medicinalis testatur, conseruatio intemperatis semper per similiam fiat. Oculi verò, vt libr.5. cap.1.de generat.animal.& lib.2.cap.10. de partibus eorundem, & in lib.de sensu. & sensibili cap.2. Aristoteles scribit suut de natura aquę, hoc est, frigidi, quare etiam frigida potiùs, quam calida lauari debent. De recreatione & confortatione visus paulò post, & infrà cap.79.

SECVNDVM, vt manus quoque lauentur: cùm enim instrumenta sint, quibus emundantur organa superfluitatum cerebri, aures nimirum, oculi, nares, & os, cōueniet sanè & ipsas cumprimus esse mundas. Lauandæ igitur sunt, sed frigida magis, quàm calida: & hoc quidem cum aliàs ob causas, tum maximè, quod lotio manuum in aqua calida, & præcipuè post cibi sumptionem, Auicenna.1 6. 3. Tract.5.cap.1.teste vermes in ventre generet. Quia innatus calor, qui in ventriculo ac reliquis nutritionis membris concoctionem operatur, per eiusmodi lotionem ad exteriora retrahitur, itaque imperfecta fit concoctio, quæ potissima generationis vermium causa existit, Plura de lotione manuum infrà capite 23.

Manuū lotio.

Vermes.

TERTIVM, vt postquam è somno experrectus surrexerit, paulatim inambulando se moueat: vt primę & secundę con-

concoctionis excrementorum redundantie, quę sunt fęces & vrina, descendant, & ad faciliorem excretionem præparentur adiuuenturque.

Pandiculati. QVARTVM, vt sub idem tempus pandiculetur, hoc est, manus, pedes, & simul totum corpus extendat: quo videlicet spiritus vitales vnà cùm sanguine, qui per somnum intro magis fugiunt, vt libr. 6. par. 5. Ep. apho. 26. doctißimè & breuißimè Hippocrates dixit, ad exteriora membra reuocentur, eoq; modo spiritus cerebri puriores ac temperatiores reddãtur.

Pectore. QVINTVM, vt crines pectat & ornet. Per hoc enim pori capitis aperiuntur, cerebri vapores in somno collecti ab oculis ad superiora aliciuntur ac dißipantur, & spiritus temperãtur, subtilioresq; fiunt. Pectinis igitur supra caput administratio sensuum instrumenta, & corporis reliquum corroborat, visionem acuit, & cogitationem reddit meliorẽ, adeoq; ob id ipsum interdiu sepius reuocãda est, veluti Auicenna. 3. 3. trac. 4. ca. 3. copiosè scribit. Atque huic sanè instituto pectem eburneus probè politus & læuigatus tutißimum præstabit vsum, moderatè a fronte ceruicem versus quadragies ductus. Marsilio Ficino libro. 1. de vita, cap. 8. teste.

Dentium immunditics. SEXTVM, vt dentes fricet ac mondet: immunditics enim dentium præterquam

quam quod oris graueolentiam parit, ſpiritus etiam fœtidos, impuros, & turbulentos exhalat, qui ad cerebrum eleuati, ipſi non paruam noxam inferunt, Sordes item dentium cum cibo permiſtæ & in ventriculum delatæ, cibum ipſum ſępè corrumpunt. Idem de lingua iudiciũ eſt, nam & huic adhærentes ſordes, ne in ventriculum deferantur, diligenter abſtergendæ ſunt. Quare os mane experrecto gargarizandum, &(niſi hyems ſit) multa aqua frigida, cui aceti nonnihil admiſtum ſit, fouendum eſt, vt eleganter admodum lib.1.cap.2. Cornelius Celſus præcipit. Nihil autem dentibus æquè nocet, ac frequentior lactis eſus, veluti Galenus libr.3.cap.14.de alimen.facul.diſertè & copiosè ſcribens admonet. Nocet, inquit, lactis eſus aſsiduus dentibus, & circundatis carnibus, quas gingiuas nominant. Has enim humidas, dentes verò putrefactioni & eroſioni admodum obnoxios, reddit. Sumpto igitur lacte, os vino diluto colluere conueniet. Satius autem fuerit, ſi mellis etiam quidpiã ipſi inieceris. Ita namque omne caſeoſum, quod ex lacte dentibus ac gingiuis circumfixum fuerit, abſtergetur. Quod ſi etiam cuipiam tam robuſtum ſit caput, vt vini meri collutione non offendatur, melius is dentibus & gingiuis conſuluerit, veruntamen & mel vino permiſtum,

miſturam

misturam ex vtroque reddit meliorem. Illud verò dentium incolumitati tutissimum aduersus lactis iniurias fuerit præsidium, si quis post sumptum ipsum primò melicrato, deinde vino adstringente os colluat. Hæc ille. Porro modus, quo dentes à putredine erosione, dolore & graucolentia vindicari possint, optimis nobis à Dioscoride lib.4.cap.146. Plinio libr.26.cap.8. Galeno libr.8.cap.136.de simp.medic.facul.& Auicenna.7.3.ca.2. præstituitur: vt os singulo quoque mense vino vel aceto, in quo Tithymalli radix ad dimidias decocta sit, bis colluatur. Hoc enim non solùm deutiũ ac oris commendat odorem, sed eorundem etiã dolori auxiliatur, & sanitatem conseruat. Idem hoc remedium ex Archigene habet Galenus libr.5.de compos.phar. secundùm locos ca.18. Plura infr. ca.80. Aures quoque bene à suis redundantijs exonerandæ sunt, neque solum eorum excrementorum, quæ manifestè per certos meatus, sed omnium etiam, quę occultè exeunt, vacuatio lacessenda & molienda est.

VLTIMVS, versus tria præcepta saluberrima complectitur. *Primum*] vt balneo lotus atque æstimans omni cura & diligentia aduersus ambientis cœli frigidiorem intemperiem sese muniat & defendat, ne illa scilicet per poros à balneo

apertos

apertos in omne corpus permanans, ibidem mali quidpiam ingeneret. A contrario siquidem ad contrarium repẽtina & inordinata trãsgreſsio. Galeno aph.li.3. commen.22.teste, periculosa admodum exiſtit, præſertim cùm facta ad frigiditatem ſubita cõmutatio eos,qui antea diſflabantur, & per ſudores euacuabantur humores,tam in profundum corporis repellat, adeoque partes etiam ad ventriculũ atque inteſtina attinentes offendat.

OBSERVANDVM etiam, ne à recens accepto cibo, balneo ſtatim vtatur: neque protinus poſt lotionem comedat aut bibat: q enim paulò ante bibit,huic caput repletur qui verò cibum ſumpſit, non caput modo, verum & corpus totum alimoniam ad ſe, priuſquam concocta fuerit,trahit, adeoque crudis & incoctis humoribus impletur: Statim verò poſt lotionem cibum vel potum ſumere, caput replet, deuoratumque interdum ſuperfluitate facit,quemadmodum copioſe in 3.libro de via.rat.in moribus acutis commen.55.& 56.& in lib.de Maraſmo cap.14.Galenus oſtendit. De potu idem confirmat etiam Cornelius Celſus qui lib.1.cap.3.in eum ſcribit modum: Illud noſſe oportet, quod ex labore ſudanti, frigida potio pernicioſsima eſt, atque ẽt (cùm ſudor ſe remiſit)itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus,

Aſcle-

Asclepiades inutilẽ eam iudicauit. Atq; ex hac quidem causa, quomodocunque sudanti adhuc, frigidum bibendum non est. Cauendum etiam ne in ipso balneo comedat, bibat, aut dormiat: inde enim bona ventriculi concoctio ob læditur, & naturæ pugnacietur, dũm sanguis, spiritus, & calor naturalis adscititio balnei calore ad exteriora allecti & protensi, ad interiora retrahuntur, & in profundũ secedunt. Inter dormiendum etiam humores aliqui in ventrem confluunt, qui non, vt in alijs somnis, cõcoquuntur, sed longè plures fiunt, incocti permanentes. Somnus verò à balneo vtilissime conceditur. Nihil enim est vt Galenus libr. 4. cap 9. de Sanitate tuenda scribit, quod æquè concoquat ea, quæ concoqui possunt, & malos succos per halitum digerat, vt somnus à balneo.

SECVNDVM, vt paulisper à cibi sumptione celso & erecto corpore consistat quò cibus ingestus, in ventriculi fundum, vbi concoctionis officina est æquabiliter descendens, promptius concoquatur, ac raro deinde nec ita longo incessu inambulet, ne ob vehementiorem corporis motum calor è profundo ad partes exteriores attractus, dissipetur, adeoq; cibi præpediatur concoctio. Plura infra. cap. 76.

TERTIVM, vt post venę sectionem frigescat.

frigeſcat, q; eſt in paulò frigidore ambiētis nos aeris conſtitutione tantiſper immoretur, ſiue decumbat, dum ſanguis & ſpiritus per phlebotomiam exagitati, ſedentur & conquieſcant. Atque huic quidem interpretationi aſtipulatur ēt Ioannes Fernelius, qui in libello de vacuandi ratione cap. 19. in hunc modum ſcribit: neque igitur ad conſueta munia properet, neque celerius inambulet, neque vllo exercitationis genere ſe fatiget, neque vtatur Venere, neque protinus calidiora loca ingrediatur, neque in balneū deſcendat: quandoquidem ſanguis & ſpiritus vehementius incitati, ne diſſipentur, aut incaleſcant, ſedandi comprimédique ſunt. Hactenus ille. Vel *Minutè*,] aduerbialiter hic accipiendum, pro eo, quod eſt parum ſiue pauliſper: vt referatur ſcilicet ad ea, quę immediate præcedunt, & ſit hic ſenſus: Sumpto cibo, cœlo frigidiori te pauliſper exponito, quo calor innatus, propter circunſtantē extrinſecus frigiditatem, ad interiora refugiēs & ſecedens, meliorem & concoctionem, & ſignificationem, tum etiam nutritionem operetur. Experientia ſiquidē conſtat, calorem per ſeipſum, ac ſpontè quidem poſt cibi ſumptionem, vt cum mutet facilius, ac concoquat, in profundum refugere: atque hinc adeò fit, vt exteriora corporis membra, quæ antè vtcunque ca-
lida

lida sentiebantur, à prandio atque cœna frigore & tremore concutiantur. Quare naturę in eo, quod rectè operatur, opitulandum est. Nonnulli verò in hunc modum exponere maluerunt. Ne is, scilicet, cui vena secta est, se subito calfaciat, sed paulatim: quod subitæ mutationes citra læsionem non facilè contingant. In eiusmodi enim permutationibus, quod plurimum existit, atque repentè, periculosum est satis: quod verò paulatim fit, tutum: vt inquit Galenus aph. libr. 2. commen. 51. Idem testatur etiam Aristoteles Sec. 8. problemate. 15.

¶ *De recreatione visus Additio.*

Fons, Speculum, Gramen, hæc dant oculis releuamen.
Mane igitur montes, sub serum inquirito fontes.

Tria hoc loco recensentur, quę insita naturę vi & substantię quadam similitudine oculos recreant, & visum maximè consolantur.

PRIMVM, fons: per quem quælibet pura & perspicua aqua, siue ea sit fontium, siue fluuiorum, siue etiam puteorum intelligenda est. Hęc enim ob cognationem, & similitudinem quam cum oculis habet, visum citra violentiam cõgregans, ad naturam reducit & recreat.

Τὸ γὰρ κατὰ φύσιν ἀεὶ χρήζει τῶν ὁμοίων, inquit Galenus aph. lib. 1. cõ. 16. Oculi autem frigidi & humidi, perſpicui atque omnium partiũ nitidiſsimi & pulchre politi ſunt, perinde atq; aqua, quocirca ab eiuſdem aſpectu eos corroborari, ſimul ac refici conſentaneum eſt. Atq; hoc ſanè conſilio Ariſtoteles Alexandrũ illum cognomento Magnum inſtituens, ei pręcepiſſe videtur, vti frequenter ac diutius aquam viridem, claram, & perſpicuam intueretur, oculosq; in ipſam ſubmergeret: eiusque rei teſtem habemus non contemnendum Ioannẽ Meſuen in opere practico de ęgritudinibus oculorum. Cæterùm ſi nulla fontium, aut fluuiorum inſpiciendorum facultas fuerit, oculis protectò ex aquæ frigidę, clarę, & perſpicuę in peluim viridẽ infuſę contuitu eadem accedet commoditas.

Secundum, ſpeculum, quod & ipſum vtique oculorum aciem eadem ratione excitare putandũ eſt. Oculus nãq; leuis eſt & lucidus, ac ſplendens inſtar ſpeculi: quod tum experientia inter oẽs conſtat, tum à Plin. quoque lib. 11. c. 37. oſtenditur. Oculis, inquit abſoluta vis ſpeculi, adeoque, vt tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea cauſa eſt, vt pleræque alitum è manibus hominum oculus potiſsimùm appetant, quòd effigiem ſuam in ijs cernentes, ve- *Speculũ.*

lut

lut ad cognata desideria sua tendunt. Causa etiam, cur speculi inspectione, oculorum acies excitetur, adeoque visus substantia conseruetur, hæc adsignari potest, quòd radij in superficie speculi collecti, quum ob densitatem & duritiem eius vlterius procedere nõ possint, minime dissoluantur, ac dissipentur: ob æqualitatem lenitatemque seruentur infracti, ob nitorem verò augeantur; & multò, quàm prius erant, reddantur fortiores: quod nec ipsum sane Aristoteles, Mesue referente, ignorauit, cum eundẽ illum Alexandrum adhortaretur vti se subinde ad tersum & directum speculum contueretur, & longiori deinde temporis spacio oculorum aciem in ipsum defigeret.

Conspicilia vitrea. VITREA quoque vocata conspicilia visus substantiam conseruant, adeoq; prestant, ne oculi minutioribus rebus contuendis victi fatiscant, nève spiritus resoluantur. Atque hinc certè gemmarũ sculptores & aurifices subtiliter quidpiam ac ingeniose sculpturi, eiusmodi vtuntur conspicilijs, aut sane per vesicam ex tenui, poro atque albo vitro conflatam, eamque clara & perspicua aqua plenam, oculorum aciem rei scalpendę intendunt. Cur verò ita visus non defatigetur, in causa est, quòd species de medio clariori, ad densius permeantes, maio-

res simul & crassiores appareāt, adeoq; visum conseruent.

TERTIVM, Gramen, per quod quarumlibet herbarum, frondiumque, ac aliarum ēt rerum virentium contuitus accipiendus est. Oculis enim iucundissimum spectrum viriditas est. Atq; hinc sanè Aristoteles problemate. 20. Sect. 31. quærit: Quamobrem cùm ceteras intuimur res conspectus noster peius afficiatur atq; fatiscat, cùm ad virides, & herbescentes inspicimus, vt olera, cæteraque his similia, recreetur, meliorque euadat? An, inquit, conspectum in alba, nigrave intendere minimè possumus, propterea quòd vtrunque id genus coloris videndi viribus officit: colores aūt illi, quibus oculi acquiescunt, medium albi, aegrive obtinent, itaque aspectus cùm medioeri leniq; obuio afficiatur, nihil debilitatur: imò verò corroboratur atq; reficitur. Hec ille. Quanquam autem viridia omnia, vtpote temperatissima visum maximè colligant, atque oculos reficiant, inter ipsas tñ alia alijs efficaciora inueniūtur. Sic certè nullius aspectus Smaragdo iucūdior est. Quod Plinius libro 37. cap. 5. disertè ijs significauit verbis: Herbas virentes, inquiēs, frondesq; auidè spectamus, Smaragdos verò tantò libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis vires.

Viridia.

Præterea ſoli gemmarum contuitu ocu los implent, nec ſatiant. Cùm & ab intētione alia obſcurata, aſpectu Smaragdi recreatur acies. Scalpentibus gēmas non alia gratior oculis refectio eſt, ita viridi lenitate laſſitudinem mulcent. Idem ferè lib.29.cap.6.de ſcarabæo viridi ſcriptum reliquit. Scarabei, inquit, viridis natura, contuentium viſum exacuit. Itaque gemmarum ſculptores con tuitu eorum acquieſcunt. Neq; obſtat quòd Galenus c.2. & 6.lib.1. de Sympt. cauſis, vbi ex profeſſo de ijs agit, quæ oculos aut moleſtant, aut triſtant, & libro.10.cap.3.de vſu part.cœruleo & fu ſco recreandi & reficiendi viſus quam maximā vim ineſſe ſcribit. Sunt enim & hi colores medij atq; temperati adeoq; ob id oculis gratum & iucundum ſpectaculum præbent, viſumque morbo affectum, aut fatigatum corrigunt ac recreant, quod omnibus ſanè coloribus ad medium inclinātibus commune eſt. Hoc igitur prouidentes pictores, q̄n in albis corijs, & conſimilib. rebus, quibus facile viſus offenditur, pingunt, colores cœruleos ac fuſcos apponunt, in quos ſubinde intuentes recreant oculos ac reficiunt. Atque ēt ophthalmia laborātes lux quidē offendit, eosq; deprehendit. Fuſca verò ac cœrulea ſine dolore intuentur. Quę hactenus dicta ſunt, ea

omnia

omnia Marsil.Ficin.libr.2.c.14.de producenda vita, planius & dilucidius ijs verbis expressit. Causam, inquiens, perquiremus, ob quam color viridis visum præ ceteris foueat, salubriterque delectet. Inueniemus tandem naturam visus esse lucidam ac lucis amicam, volatilem tñ ac facile dissipabilem. Idcirco dũ per lucem se dilatat velut amicã interdum nimio lucis excessu rapitur prorsus, & vehemẽti dilatatione dissoluitur: tenebras autem naturaliter velut inimicas fugit, ideoque radios in angustum inde retrahit optat verò visus ita perfrui lumine, vt per amicum hoc suum amplificetur quidem nec tñ interim dissipetur. Iam verò in quocũque colore plus admodum tenebrarum, siue nigredinis est, quam lucis, non dilatatur, nec ideò delectatur radius visus ad votum. Vbi vicissim plus admodum splendidi coloris est, quàm nigri spargitur latius, noxia quadã voluptate distractus. Quamobrem color viridis, maximè omnium nigrum cum candido temperans, præstat vtrunque delectans pariter atque conseruans, & molli insuper & adhuc tenera qualitate, sicut & aqua, radijs oculorum absq; offensione resistit, ne abeuntes longius disperdãtur. Quæ enim dura sunt, simul & aspera frangunt quodammodo radios. Quę vero rarissima

ſunt, diſſolutioni aditum patefaciunt. Sed quę ſoliditatem aliquam habent, leniq; ſimul æqualitatem, ſicut ſpecularia corpora, nec ipſa quidem frangunt, neq; longius diſperdi permittunt. Quæ denique prętet hæc beneficia, tenera quoque ſunt & mollia, ſicut aqua reſq; virides, liquidis oculorum radijs mollitia blandiuntur. Denique viſus radius quidam eſt in quadam oculorum aqua naturaliter nobis accenſus, ac temperatum lumen in aqua, quodammodo reſiſtente requirit. Itaque gaudet aqua, delectatur ſpeculis ſimilibus, viridibus oblectatur. Hactenus ille. Addit Meſues Exercitationem quoq; legendi ſcripta maiuſculis literis exarata viſum corroborare, adeóq, non parum ad tuendam oculorum ſanitatem conducere.

Posteriore verſu innuitur, Oculos matutino quidē tempore, montium veſpertino verò fontium colluſtratione recreandos & reficiendos: quorum ratio ex prędictis facile elici poteſt. Per montes porro viridiaria, hoc eſt, loca herbis ac plātis virētibus cōſita intelligēda ſunt. De conferentib. viſui, plura infra c.79. De nocentibus verò cap.78.

¶ *De diurno ſiue meridiano ſomno. Cap. III.*

SIt breuis, aut nullus tibi ſomnus meridianus.

Febris,

Febris, pigrities, capitis, dolor, atque catarrhus,
Hæc tibi proueniunt ex somno meridiano.

QVATVOR diurni siue meridiani somni incommoda hic referuntur. *Febris.*

PRIMVM, febris, quę dupliciter per somnum diurnum accendi potest: vno quidem modo in spiritus, altero vero in humoribus: In spiritibus quidem, quia acres, & fumosę exhalationes, quę vigilijs dispergi solent: somno diurno non modo retinentur sed etiam augentur. Iis itaq; retentis, ac vnà cum spiritibus permissis contingit, vt calor inde extraneus collectus febrilis fiat. Atq; hæc sane febris, cū nihil stabile, nihil firmum habeat, sed vti celeriter generatur, ita soluitur etiam, ἐφήμερα Gręcis, hoc est, diaria vocata est, quod fere diem non excedat. In humoribus aūt, tum hæc iam dicta febris, ratione nimirum flatuum, qui ex cruditate proueniunt, tum ēt putrida per somnum diurnum accenditur, quod calore & spiritibus interdiu ad exteriora potensis virtus concoctrix debilitetur. Perfecta.n.& absoluta concoctio fit qñ calor & spiritus cohibentur, & in profundum corporis succedūt. Ob eum namq; motum calor naturalis incēsus auctiorq; redditur, optimè cibos, *Causa.*

non solùm in ventriculo, verumetiam per vniuersi corporis habitum conficit. Quod noctu potissimum fieri rationi consonum videtur, etenim tunc calor propter circunstãtem extrinsecus aeris frigiditatem, ad interiora refugiens, cibum facillimè mutat concoquit, & in membra distribuit. Interdiu vero cõtra ad exteriora eductus & expassus perfectam elaborationem non attingit: quare humorũ cruditatem progignit, ex cruditate deinde oppilatio, ex oppilatione putredo nascitur, ex putredine tandem humorum ad cor effumantiũ febris putrida accenditur, quemadmodum Auicenna 1.4. Tract. 2. c. 1. copiose docet.

Pigrities SECVNDVM, pigrities, quæ & ipsa eodem ex fonte manat ac funditur. Ex crassa nanque & incocta materia in ventre vaporosi ac crassi exhalantur spiritus, qui ad caput elati, plus equò cerebrum humectant: eo autem humectato, nerui quoque qui à cerebro propagati per corporis partes prorepunt, plurima humiditate opplentur: exuperantia prætereà humiditatum, quæ ad masculos, tendines, & articulos confluere solet, tantum abest, vt somno diurno dissipetur, vt multò pertinacius et hęrens augeatur. Necesse igitur est, ex eiusmodi subinde somno in omnibus motibus voluntarijs pigritiam sequi, & veluti in

seipso dissolutũ hominẽ apparere, quem admodum disertè Galenus apho. lib. 3. comment. 5. ostendit. Contrà verò vigilię diurnę hoc pręcipue nomine cõmendantur, quod non modo exuperantem cerebri humiditatem exiccent, adeoq; spiritus extenuẽt ac tẽperent, sed certe corpori simul atq; aĩo prõptitudinem quãdã & robur ad solitos motus addãt.

TERTIVM, Dolor capitis, qui & ipse ab iisdem initijs proficiscitur. Ex cibo nanque incocto in ventre vapores crassi excitati in caput feruntur, qui ibidem: ob dictas causas retenti, nimia humiditate, q̃ potius vigilijs exiccantibus absumere conueniebat, cerebrum opplent, & ob eam rem caput perturbant, eiusq; dolorem, grauedinem, & frigidos morbos pariunt: paululũ verò inde moti, si ad cutem peruenerint, faciem vitiato colore inficiunt. Materia.n. parua existente necesse est, quicquid inde defluit esse prauũ. Quod Galenus aphor. lib. 1. com. 14. ita scribẽs innuere voluit. Oportet similem esse defluxum subiectæ substantiæ: vt qñ humida atque aerea substantia existit, tunc quod ab ea defluit, vaporosum est atque suaue, & cætera. *Dolor capitis.*

QVARTVM, catarrhus: quo generatim hoc loco tametsi minus propriè omne ῥεῦμα, hoc est, quilibet excrementitij humoris ex capite in subiectas *Catarrhus.*

partes descensus significatur. Qui iuxta partium, ad quas defluit, diuersitatẽ, diuersa quoq; nomina sortitus est, quẽadmodum Galenus lib. 3. cap. 4. de Sympt. causis; Paulus libr. 3. cap. 28. & Aëtius libr. 8. cap. 53. diserte scribunt. Vbi.n. ad os ac faucis, & mox ad stomachũ siue gulam, atq; inde in ventriculum defluxus contingit, simplici vocabulo Græcis κατάῤῥοος, & contractè κατάῤῥους. Latinis destillatio dicitur. Dum ad nares decumbit κόρυζα Græcis, Latinis grauedo vocatur. Vbi verò ad palatũ & asperam arteriam delabitur, vt etiam membranam interiorem, quę hanc integit, exasperet, rauca vox efficitur, vocaturq; hoc malum Græce βράγχος, latinis raucitas, siue raucedo, id quod ex hisce etiam versiculis, qui infrà ca. 82. habentur, manifestò apparet.

Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catharus:
Si ad fauces, Branchus: si ad nares, esto Coryza.

Habet autem hoc incommodum eandem oĩno cum præcedentibus originẽ. Vapores.n. & fumi, qui vigiliarum tẽpe per cutem resolui ac dissipari solent, somno diurno retenti, dum in caput impetum faciunt, cerebrum nimia humiditate replent. Caput igitur repletum,

tum, humores in subiecta refundens, φῦμα progignit.

Præter hęc & alia nõnulla somni diurni mala Auicenna.3.1.doc.2.cap.9.enumerat. Nam & frigidas atq; humidas ægritudines, παραλύσεις nimirum & defluxus ad articulos, ob retentionem humiditatem, quas vigilię resoluere ac dissipare solent, nõnunquam procreat. Genuinum faciei colorem, velut paulò antè etiam dictũ est, corrũpit. In sanguine.n.excrementitias atq; aqueas humiditates, lotio similes, multiplicat: q̃, cum suo tpe per vigilias non dissipentur vnà cum sanguine ad cutẽ expulsæ, & ipsam deprauant, adeòq; subtumidã & decoloratam reddunt. Induratã ad hæc splenis affectionẽ gignit in corporibus própte se habentibus ad incidendũ in talẽ passionem. Crassus nanq; ad melãcholicus humor, somno diuturno in splene retentus, huic malo initiũ præbet. Quemadmodum.n.vigilantia motũm ac liberum crassi humoris transitum per angustos meatus, siue canales, Solis calore vias aperiente, promouere: sic contra, eundẽ somnus, & p̃cipuè diurnus, trãsitu prohibere solet. Melãcholia.n.interdiu nullo negocio per canales suos transit, & illac cũ primis, qua excitãdę appetentiæ causa, à splene ad officium ventriculi meatus protenditur. Etenim splen

recreméta & redundãtias suas per eum expellit, atq; eiicit, adeóq; ad cibos au iditaté reuocat. Quod interdiu potius, q̃ nocturno tpe fieri par est: Quinetiã, vt idem autor tradit, ciborũ appetentia diurno somno plurimum debilitatur & restringuitur: idq; partim ob prohibitionem resolutionis, q̃ est prima causa fames, partim verò ob repletionem ventriculi ex fumis, vaporibus, & humiditatibus orificium eius relaxantibus ac saturantibus. His accedit nonnunq̃ ἀπος ημάτ, siue abscessuum generatio: superfluitates nãq; ex somno diurno multiplicatæ sępius in mẽbro aliquo coaceruantur, ipsumq; tumidum reddunt. Plane igitur ex his omnibus cõstat somnũ diuturnum, siue meredianũ, & à sanitatis tutela, procul abesse debere. Duas porrò causas, cur potißimũ lædat, Paulus lib. 1. cap. 97. & Auicenna. 3. 1. doc. 2. c. 9. aßignant. Quarum prima quidẽ est, quod cito & ante horam suam interrũpatur. Calor. n. natiuus per somnũ ad partes interiores recedit, cõtrà verò calor solis eundem ad mẽbra exteriora, tanquã ad simile, educit atq; expandit: vnde sanguinis ad spirituum exagitatiõnẽ; quæ somnum interrũpat, cieri necesse est. Cõsulit ergo, si qñ necesitas p id tpus dormire coegerit, vt in vmbra & tenebroso loco, & antè potius, q̃ post cibũ

hoc fiat. Secunda verò, quod naturā stu-
pidam, quasiq; perterritam reddat, adeo
vt retrahatur ab eo, in quo erat, nimirū
à ciborum cōcoctione. Tēpus itaq;, quo
obdormiscunt, ad absolutam ciborum
concoctionem non sufficit quo fit, vt à
meridiè resurgentes, subinde acidos ru-
ctus edāt, & flatibus repleantur: nōnul-
li verò fluctuatione ventris infestentur.
Cæterum optimus somnus est noctur-
nus, qm̄ nox naturali humiditate, silen-
tioq; animum in somnū deducens, abso-
lutam molitur concoctionē. Post som-
num itē nocturnū plurima parte ad ex-
cretionem recrementorū instigamur. Il-
lud tn̄ ignorandum non est, quod licet
somnus diurnus in vniuersum reprobe-
tur, nocturnus verò, vt præstantissimus
cōmendetur, ex diurno tn̄ minus offen-
dat, si dormiatur, prima luce ad tertiam
diei partē. Id quod Hippocrates libr. 2.
prognost. aphorism 11. clarissimè osten
dit. De somno, inquit, quēadmodū secun
dùm naturam nobis in cōsuetudine est,
interdiu vigilare, noctu dormire conue-
nit: si tn̄ hoc trāsgressum fuerit deterius
est. Minimè verò nocebit, si dormiatur,
prima luce ad tertiam diei partē. Quā
sniam Galenus explicans, ita scriptū re-
liquit: Quod consuetum est, bonum est:
Inconsuetum verò malum est. At verò
tpibus Hippocratis non aliud fuit ex na-

tura, aliud in consuetudine. Nunc verò diuites econtrariò agunt, tum in quibusdã alijs, tum etiam in somno, interdiu dormientes, noctu vigilantes.

In his igitur, vt somnus minus lędere posſit, quinq; conditiones, Bertrutio authore obseruandę sunt.

Prima,] vt sit in cõsuetudine. Ex multo.n. tempore consueta, etiamsi deteriora fuerint, inconsuetis minus molestare solent. Aphorismo 50. lib. 2. *Secunda*] ne statim à sumpto cibo ineatur. *Tertia*] ne depressio, sed erecto nonnihil & bene alto capite fiat. *Quarta,*] ne modum excedat. *Quinta.*] ne tumultuosa & subita ab ipso, sed lenis & modesta fiat expergefactio. Porro q; ab Hippocrate dictũ est à prima luce ad tertiã diei partẽ conuenire somnum, id spacium est ab ortu Solis quatuor aut quinq; horarum. Nã dies significat spacium tẽporis, quo Sol transit nostrum hemisphęrium, vt etiã distinguitur contra noctem. Queamodũ Christophorus à vera fusius in commen. declarant.

ADDITIO.

Tempus itaq; somni conuenientiſsimum est vespertinum, aut nocturnum: semperq; cauendum, ne statim à cœna ineatur, sed vnius minimum, aut duarum horarũ interuallo disclũdatur. Ingestus

gestus enim cibus quem statim somnus excipit, in suprema ventriculi parte supernatans, probè concoqui non pōt, Galeno lib. 5. cap. 5. de locis affectis teste. Neq; enim ventriculus tum pōt cibum arctè complecti, quod idem lib. 3. c. 4. de facul. naturali. ad bonam concoctionem cum primis necessariū esse scribit quare multos vapors, qui multitudine sua caput repleant, gigni necesse est, vt recti ssimè idē Galenus com. 67. apho. lib. 4. dixerit: A cibo ad somnum conuersis, hoc est, qui sumpto cibo statim dormiūt impletur caput. Vt igitur hmōi periculum excludatur, lenta deambulatione, aut aliqua simili, leuissima tñ exercitatione corpus dimoueri opus est, priusquàm somno indulgeatur, vt cibus in imum ventriculi paulatim descendat. Ibi. n. vt supra ex Galeno dictū est, concoctionis opus potissimū perficit. Quo tempore ēt conuenit audire instrumenta musica, cantus, facetias, & historias iucundas, ac cōferre sermones cum amiculis de rebus lætioribus, donec cibus suasedisse videatur. Ceruicali vtendum est satis elato & eminenti, vt quoad eius fieri pōt erecto & bene alto capite dormiatur, nè cibus ad os ventriculi rugurgitans, concoctionem impediat. Hoc ēt modo cibus, qui ad plenū nondum subsedit, facilius ad inferiores ventriculi partes

partes descendet, probiusq; concoquetur. Inter dormiendum corpus pro ambientis aeris constitutione decenter tegendum est: ne calore & spiritibus circa interiora detentis, externę corporis partes à frigore oblændantur. Caput quoque noctu conuenienti tegumento, quod κατὰ ἐξοχὴν habeat, hoc est foramen instar infumibuli, eliciendis vaporibus aptum operiēdum est. Calceatis verò siue vestitis pedibus dormiendum non est. Hoc.n. si quid Magnino excellentissimo medico credimus, visum debilitat, memoriam lædit, & totū corpus extraneo calore æstuare facit, ob vaporum reflexum. Supra dextrum latus somnus inchoandus. Hoc.n. modo cibus promptius ad ventriculum descendet. Nam etsi gula exactè supra mediā ceruicis vertebrarū, & quatuor primarū thoracis sedē, in neutram partē inclinet, ad principium tamen quintæ thoracis vertebræ, vt ampliori magnæ arteriæ trunco secundum dorsi vertebras inferiora petenti cedat, nonnihil in dextrum latus à media vertebrarum regione abscedit. Deinde primo somno finito reuoluendum est corpus, supraq; sinistram redormiendum, quo scilicet à iecore ventriculo incumbente concoctio eius adiuuetur. Hinc rursus post breue temporis interuallum in dextro latere ad

consuetum surgendi tempus continuandus est. Pronus decubitus temperatis corporibus non conuenit: ventriculi.n. cõtorsionem & repressioné facit adeoq; oculos obledit; ita.n. cubantibus superfluitates in oculos declinant, maximè si fuerint natura debiliores. Iis tñ, quibus ingestus cibus tardius in ventriculo conficitur, interdum concedendus est, & calorem naturalem arctius comprehendens retinere atque augere possit. Supinus verò grauissimis ægritudinibus, lepræ nimirum, maniæ, incubo, epilepsiæ, apoplexiæ, stupori, neruorumq; resolutioni, & similibus initia pbet. Nam ob superfluitatũ ad posteriora fluorem non potest iusta per nares & paulatim earundem fieri expulsio. Plinius libro. 28 cap.4. pronos decubitus tussibus conducere, at supinos oculis tradit. Idem ex Theophrasto refert, celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius à supinis. Duratio autem somni ex alimentorum perfecta concoctione æstimanda est, ita quidem vt septem horarum spacio non sit minor, neq; octo, vel ac summum nouem excedat, vt colligitur ex Galeni de sanitate tuendæ lib.6.cap.6. Plura habentur apud Auicennam.3.1. doc.2.cap.9. Magninum parte.3.c.7. & nostræ ętatis doctissimum Medicę artis scriptorem Leonhartum Fuchsium,

capite

capite vigesimosexto methodi puenienda ad Medicinã. Ex ijs itaq; quæ conueniunt, in hunc locũ studiosi transferent.

De flatu in aluo detento. Cap. IIII.

QVatuor ex vento veniunt in ventre retento.
Spasmus, hydrops colica, & vertigo, hoc res probat ipsa.

Hic agitur de quatuor nocumentis, quæ ex flatuum retentione proueniũt. PRIMVM, est σπασμὸς, Græci, Latinis conuulsio dicta. Flatus enim retenti influxu suo sepe neruos plus iusto referciunt illis ita repletis, Galenus lib. 2. cap. de sympto. causis, teste, tendi primum, ac deinde in conuulsionem incidere contingit. Ea porrò ibidem à Galeno in hunc modũ definitur. Conuulsio malum est, quod neruos, musculosq; ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, quum naturalem habitum seruarent, ducebantur. Vel aliter, velut idem apho. lib. 6. comment. 39. definit. Conuulsio est passio in voluntaria, in qua nerui atque musculi preter voluntatem conuelluntur, in eumque affectum veniunt, quem ét in motibus secundum arbitrium factis, assumebant. In hoc. n. malo nerui atq; musculi in eas

partes attrahuntur, quibus innafcitur. Attractio namq; fieri nō poteſt,niſi muſculus ad ſuam originem retrahatur.

Quod ad cauſas eius concluſionis, quæ primigenia affectio eſt,attinet, animaduertendū eſt, Hyppocratē aph.39. lib.duas dūtaxat ſtatuiſſe λ [illegible] [illegible], hoc eſt,plenitudinē & innanitionem neruoſorum cordorū.In conuulſione ſiquidem à plenitudine mēbrum craſſis & ælurinoſis humoribus impletum extendetur, & extenſione conuellitur, quemadmodum lora & chordę extenduntur, vbi multa madent humiditate,& hęc ſubito contingit. In ea verò, quæ ab innanitione proficiſcitur, membrum exiccatur, & ad ſeipſum conuellitur, adeoq; ſecundum longitudinem ac latitudinē contractū diminuitur,quemadmodum membranis accidit, cum igni apponuntur & hęc ſanè paulatim,& ex longiori temporis interuallo accidere ſolet.Plura Galenus locis iam citatis,& lib.2.cap.2.& libro.3.capite.5.& lib.6. cap.5.de locis affect. & lib.8.cap.3. de compoſ.medic.local. & alibi ſępius.

SECVNDVM, ὕδρωψ, quod malum Latini aquam inter cutem nominant,& definitur à Bertrutio Sec.3.tracta.2.c.4.in hunc modum. Hydrops eſt moribus materialis,ex re frigida,extranea,plurima,ingrediente,& mēbra om-

nea,

nia manifestè, aut loca vacua partium, in quibus cibi & humorũ cõcoctio perficitur, inflãte, procreatus. Eadẽ ferè habet Auicenna. 1 3. 3. Tract. 3. c. 4. vel aliter ficuti ab Alexandro Tralliano lib. 9. c. 1. definitur; Aqua inter cutẽ, & ipfa lõgius quidã affectus eft, iecore adeò refrigerato proueniens, vt ipfum non amplius deinceps cibos in fanguinẽ, fed in aliã qualitatẽ, aut in aquã aut priuatam aut flatũ trãfmutare poffit. Quod certè & Galenus aphorif. lib. 6. commẽta. 1 2. ijs verbis confirmat. Aqua inter cutem fit, cùm fanguinis generatio fruftratur.

Et huius quidem cùm tres fint fpecies: vna enim Græcis ἀσκίτης, alia τυμπανίτης, & tertia ὑποσάρκα, σαρκίτης, & λευκοφλεγματία dicitur, non de omnibus promifcuè, hoc fecundũ nocumentum, fed de tympanite tm̃ intelligendũ eft, quę quidẽ accidit quum flatus ac fpiritus fuperuacuus plurimus cum humidi momento intra membrariam, quę περὶ τόναιος Græcè, Arabibus verò communi membranarũ noĩe Ziphac appellatur, & abdomen, qđ ijdẽ Mirach nominant, colligitur. Stomacho nanq; & iecore frigida intemperie laborãtibus, fieri non põt, vt cibus ingeftus in αἷμα benignũ aut fanguinẽ muteť, conuertitur ergo in materiã flatulentã, quę cùm neq; per fuperiora ructu, neque per inferiora

feriora crepitu,nec aliunde,obſtāte viarũ obſtructione,vel ſequeſtratrice & expultricè ſuperfluitatũ vi debili exiſtente, aut inepto aliquo pudore prohibente,expellatur, in prędictis ventris locis colligitur,& aquã intercutem cõtrahit, in qua abdonẽ percuſſum tympani modo crepitum elidit, qua ratione etiam Tympanites nuncupatur.

TERTIVM, Colica paſsio: q̃ grauis quidã ac vehementiſſimi doloris morbus eſt. Perinde.n.ac ſi terbro partes pforentur,aut palus infixus ſit,moleſtare ſolet,Galeno.lib.2.c.1.de locis affec. teſte. Contingit aũt in pleniore & laxiore inteſtino, q̃ κῶλον Grecè vocat̃, cuius etiã meritò vehemẽtes cruciatus inducit.Denſum.n.craſſum & neruoſum eſt, ac nihil quod,in illud confluit,facile di cuti põt. Et quẽadmodũ in hoc κωλικὴ ὀδύνη, ita in gracili ac ſuperiore inteſtino,quod Galeno,Iulio Polluci, & alijs Græcis,λεπτὸν vocatur,ſimilis morbus exiſtit,grauiſſimos & letales dolores inferens Hippocrates in Aphoriſmis, & paſſim alijs in locis εἰλεον appellat quemadmodum ẽt Galenus vbiq; & potiſſimũ lib.6.c.2.de locis affec.à circũactione nimirùm doloris. Quippe εἰλεῖσθαι circumagi,& cõuolui ſignificat.Ideò cõuoluulus ẽt Latinis hoc malũ nominatur.Rationi porrò conſentaneũ, eſt flatuoſum Colica paſſio.

tuosum & frigidũ spiritũ indictis intesti nis retentũ, & egredi nequeuntem, hæc mala plurimum progignere, id q̃d Gale nus ẽt loco paulò antè citato mõstrat.

Vertigo. QVARTVM, Vertigo. Flatuosus.n. spiritus inclusus ad cerebrũ fertur, & in eius partibus inordinatè mouetur, quò fit, vt obtenebrationes hebetudinesque oculis obseruent, & oĩa circumagi & rotari videant. His Auicenna 1 6. trac. 4. c. 29. Epilepsiã quoq; adiungit, cuius eãdẽ oĩno cũ præcedente ratio est. Porrò q̃m modo hæc retentio in singulis iam dictis locis malũ ingeneret, pulcherrimè ex Galeni lib. 3. de Sympto, causis. c. 6. demonstrari põt. Crepitus.n. qui ad sedem deferẽ, ac vel in foro, vel alio quopiã loco existẽtibus, aut negotio aliquo quod deserere non liceat violenter retinet, rursus sursum reducit, ventremq; mordet, ac caput vaporãdo implet, principio quidẽ ab animali organo sphictere. 1. musculo ad imũ intestinũ accepto: hinc verò vnoquoq; intestino retro illũ ad supra se positũ trudente, simili modo ac prius in præceps trudebat atq; ita quidẽ hæc retentio, præsertim frequentior, longo t̃pis tractatu prædicta mala excitat. Proinde rectissimè ab Hippocrate lib. 2. prognost. apho. 24. in hunc modũ scribit. Flatũ sane sine sonitu aut crepitu exire optimũ est. Melius aũt est

cum

enm sonitu exire, q̃ resolui. Hac ẽt tatione inductus Claudius Cęsar, dicitur meditatus edictũ, quo veniã daret efflatũ; crepitumq; ventris in conuiuio emittendi, cùm periclitatũ quendã prę pudore ex continẽtia reperisset. Autor Suetonius in eius vita c. 32. Veteres.n. vt Plinius lib. 28. c. 2. confirmat per mensas, mundiciarũ causa, deflare vetabant. Extat ẽt lepidissimum Nicharchi in crepitũ epigramma, quo pestiferã retenti flatus vim describit, quod elegãter admodum à Ioanne Lascare Latinè redditum, placuit hic adscribere.

Interimit crepitus ventris detentus in aluo,
Et seruat, blæsum dum canit ille melos.
Ergo si perimit crepitus, seruatq; canendo,
Regibus imperium par habet hic crepitus.

Atque hæc sanè cùm ita se habeant satius fuerit, iuxta D. Erasmi Roterodami præscriptum, natura incitante, aut secedere, si liceat: aut deuorato pudore iuxta vetustißimum. Prouerbiũ, Tußi potius crepitum dißimulare, quã cõprimendo morbum accersere. Recteq; Stoici, quemadmodum Cicero lib. 9. epist. famil. episto. 22. scribit, crepitus aiunt ęquè liberos, ac ructus esse oportere.

De Cœna. *Cap. V.*

EX magna cœna, stomacho fit maxima pœna.

Cœna parca. Vt sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

PRAECIPITVR hoc loco sanitatis suæ studiosis, vt instãte somni tpe frugali cœna contenti, ventriculum vario ciborum genere non distendant; sed ea copia ingerant, quæ vires haud grauet. Nam qui nocturni multum ingerunt, primùm quidem somno destituti, corporis inquietudine agitantur: deinde verò pustulas faciei, grauedinem capitis, grauecolentiam oris, coli, calculiq; doloris & podagram sibi accersunt. Neque solùm immodica hæc sub noctem ingurgitatio bonę valetudini officit, sed aliàs etiã q̃libet: vt quæ cruditatem incoctionemq; obstructiones, putredines, febres, apostemata, & lepram haud rarò generat. Atq; eius sanè rei grauissimus testis est Auicéna, qui. 1 3. 3. Tract. 1. cap. 36. scribit: Ex rebus ventriculũ maximè lędentibus esse immoderatã cibi ac potus ingestionẽ, & ob id fieri nõ posse, vt intẽperantiũ, vinosorumq; ac vẽtri gulæq; deditorũ corpora alãtur atq; augescãt. Concoctio. n. per vitę intẽperantiã impedita, necessario humorum cruditatem efficit. Cruda verò, tñ abest, vt incrementum corpori sufficiant, vt oĩnò ne alere quidem possint: quo fit, vt per vitam varijs ẽt ægritudinibus conflictentur. Qui verò

verò tẽperantes in victus ratione frugalitatẽ sectantur, ij inculpatã vsquequaq; ciborum appetentiam conseruant, optimèq; non in ventriculo modo, verum ẽt per vniuersi corporis molem cibos conficiunt. Cauendum igitur vnicè erit, ne ventre torqueatur, adeoq; ingestis distendatur, vt pulsus velociter fiat, & & vis spirare liceat. Cui.n. ad iustũ modum vorare in delitijs est varijs sese periculis exponit. Simili modo & nauscosa satietas, nõ ex crassis & prauis solùm, sed ẽt subtilibus & boni succi alimentis, vitanda est. Hęc.n.tum febres acutas & malignas, tum ẽt maximi cruciatus apostemata: illa verò articulorum & renũ dolores podagram, asthma, hepatis atq; lienis obstructionem ac σκίῤῥον, & ęgritudines phlegmaticas & malancholicas inducere solet. Proinde optimo quidẽ iure non nocturna solum, sed quęlibet etiam ad nauseam vsque progrediens satietas, à sanitatis tutelà excludẽda est. Sũmopere igitur hoc semper curãdum, ne desiderium edẽdi penitus repleatur, sed locus aliquis vacuus, & edendi voluptas ventriculo relinquatur. Quod Aui cẽna quoq; 3.1.doct.2.cap.7.pręcipiẽs, in hanc fere sñiam scribit. Cibo nemo ita replẽdus est, vt nihil loci sit reliquũ, sed à mensa semper cum fame recedendum est. Huic simile etiã vulgo dicitur:

Nun-

Nũquam adeò ventrẽ cibis expleo, qui in apud amicos edendi cella mihi superſit vacua. Et hoc pręceptum eos cumprimis tangit, qui natura vehementiorem ad cibos auiditatẽ conſecuti ſunt. Quibus verò hęc debilior exiſtit, ijs fortaſſe concedi põt, vt largius paulò ingerant, quam appetunt. Apparãdi aũt, ex ſententia Cornelij Celſi lib. 3. cap. 6. & Aetij lib. 9. c. 20. cibi plures & varij ac optimo apparatu, & vltra dulcedinem et elicientes & appetitum irritãtes. De cœnę frugalitate nonnulla ét ſuprà c. 3. Vſitata hoc loco & à multis agitata oborit quęſtio: Vtrum videlicet vberius quidem prandendũ, parcius verò cœnandum t. Quæ ſanè cũ ad hanc materiã propriè pertineat, pretereunda nõ eſt. Breuiter igitur hic ſubiũgemus primò quidẽ argumenta, quibus Conciliator plus cibi in prandio aſſumẽdum eſſe probat: deindeverò Leonharti Fuchſii quibus è diuerſo colligit, cœnam vt plurimũ prandio plenioré eſſe debere. Cõciliator igitur differentia. 121. in hunc ferè modũ ſcribit: Iuxta corporũ diuerſitatem maior, minorve cibi copia exhibenda eſt. illa etenim aut iam in morbũ lapſa ſunt, aut ſub latitudine ſanitatis adhuc exiſtunt. In morbũ verò lapſa aut iunctũ habent humoris vitium, aut nõ. Si ſine humoris vitio fuerint, tũ liberius eſt cę

nandum.

nandũ. Natura.n.in eis ciborũ concoctioni solum modo, nõ ẽt superfluitatũ, quibus carent, maturationi intenta est. Sin verò humoris vitium adiunctũ habuerint, largius prãdium cõcedendũ est. Quod Auicẽna.1.3.tract.5.cap.11.ijs verbis significare voluit. Ille, inquiens, cuius consuetudo non sublimet, vt solũ semel in die reficiatur, diuidat cibũ suũ in tres partes: & sumat duas tertias in prandio, & reliquam tertiam, s.partem, in cœna post leue exercitiũ. Eo namq; tpe, quo calor solaris viuificus naturæ in concoquẽdo debili opitulatur, & maior superfluitatum fit resolutio, vberior cibus sumendus est. Hoc autem circa horam prandij magis, q̃ cœnę contingere solet. Ergo, &c. Ad hæc interdiu ob pręsentiam caloris vitalis solis & lucis, melior fit cõcoctio. Sol.n. Aristotele lib.2. cap.2. Physic ~n, & lib.2.cap.10.& generat.& corrup.teste, est vitæ principium. Concoctio itaq; diurna duplex habet calidum, nocturna verò non. In eiusmodi ẽt natura noctu circa superfluorum concoctionem magis occupata est, quare multi cibi exhibitione impedienda non est. Et quamuis calor noctu spirituum ad interiora retractione, & somni reductione in quibusdam confortetur, duo tñ simul, alimentum videlicet, & superfluitates cõficere non p̃t: in his

itaq; cœnę nõnihil subtrahendum est. Corporibus verò, quę sub latitudine sanitatis adhuc robusta & sufficienter sana consistunt, ac sensibilibus superfluitatibus carent, cum eas proprijs meatibus omnes expellant, vberiore cœna vti expedit: vel quod eorum natura ciborum cõcoctioni tm̃, non & superfluitatũ quibus carent, maturationi intenta sit, vel quod soli corporis robori studeãt. Hoc aũt noctu magis acquiritur tum.n.amplior fit & sanguificatio, & distributio, atq; hinc deinde spirituum generatio. Corpora verò si à prædicto tẽperamento ac robore nonnihil recesserint, sicuti plurima in ęgritudinem vsq; nunc prolapsa, eiusmodi aut fatigantur exercitio laborioso, vehementi, & continuo, aut non. Si quidẽ fatigantur, vt sunt eorum qui victũ manibus quęrunt, ipsis largius prandere q̃ cœnare conuenit. Expetitur enim alimentum, non tm̃, vt nutriat, sed etiã humectet, & irriget mẽbra ne arefiant ex forti motu, & vt resolutioni ex caloris incendio prouenienti resistat. In prandio igitur vberior cibus assumendus est: eiusmodi.n. corpora, propterea quod ita consueuerint, ob exercitia à concoctionis opere non cessant. Vsus namq;, quemadmodum Auicenna.3.1. doct.2.c.7. testatur, res est extra rationem. Calor.n. ex motu auctior redditus

conco-

concoctionē ipsis accelerat. Quare ter in die eliciente appetentia cibū ingerūt, & ingestū probè conficiunt. Sin verò laborioso, vehementi, & continuo exercitio, quemadmodū prędicti, nō agitentur: hoc in præsentiarū dupliciter contingit. Ait.n.eo interdum solūmodo, & nō cōtinuè fatigant, aut debili tm̄ vtuntur, quod vtiq; superfluitatum copiā parit. Si exercitio plurimo, vehementi, ac laborioso vtantur, sicuti viri complures ciuiles & plebei circa fortunę bona negociantes, aut sanitatis conseruationi intenti, vehementi nonnunquā & laborioso exercitio, diu nimirū equitando, iter pedibus faciendo, vel aliud quiddā à cōsueto fortius, agendo, fatigātur, his largiori vtiq; cœna, q̄ prandio indulgendū est. Nā si prandiū augerent, cùm, sicuti priores illi consueti non sint exercitio adeo vehementi ac laborioso agitari, concoctio ipsorū impedita, prauos humores generaret: horum ēt calor superfluo motu dissipatus debilitatur, cuius quidem circa interiora aggregatio, potissima fortitudinis, & concoctionis causa existit: Hæc aūt noctu magis, q̄ interdiu contingit, quare cœna instante nocte copiosius alimentum expetit. Eorundē ēt corpora, propterea, quod tam vehementi motu ante agitari minimè soleant, humiditatibus referta sunt,

ipsis itaq; ad resistendum resolutioni & exiccationi, quæ per motũ interdiu occurrentẽ fiunt, paruus cibus sufficit. Sin vero exercitijs & occupationibus paucis & leuibus in vita vtantur, præcipiẽdum est eis, vt vberius prandeãt, q̃ cœnent. Et ratio eius eadem est cum illa, quę in corporibus nunc ęgrotantibus adducta est. Hi namq; cum debilem habeant virtutem concoctricẽ, à calore viuifico & luce Solis plurimũ adiumenti percipiunt. Inde.n.spiritus propter suũ simile confortatur. Ipse.n. vt testis est Auicenna in lib. de viribus cordis, Trac.1.c.2.& lib. 6. naturalium, partic.4. est lux, aut effigiem habet lucis. Adiumentum ẽt ex eo percipiunt, quod superfluitates interdiu poris apertis melius q̃ noctu expellãtur. Non oportet præterea eos noctu vel ob id multo cibo distendi, quod tũ natura magis occupetur circa concoctionẽ crudorum humorũ, quos somnus maximè conficit & benignos reddit. Licet.n. virtus concotrix noctu confortetur, tanta tñ esse non põt, vt simul & cibum superfluitates superare queat. Insuper quoq; animaduertendũ est, in exhibitione copiosioris, aut minoris cibi in prandio, quàm cœna, nonnihil ẽt dandum esse consuetudini. Hæc.n. cùm in tuenda sanitate, tum ẽt in profligandis ęgritudinibus, plurimũ valet, Hippocrate lib. 2.
de

de vict. rat. in morbis acut. aphorismo. 20. & sequentibus, & ibidē Galeno testibus. Quod vel ex eo ostēditur, q̄ oīs subita mutatio, si modū excesserit, non paruā læsionē afferat. Hinc non temere Damascenus apho. 57. ita scriptū reliquit. Mutare consuetudinē, p̄sertim veterē, & noxiū & pestilentissimū habetur. Quare malas & prauas consuetudines corrigere oportet sed paulatim ac sensim ad meliora transferre. Neque.n. natura patitur eas, quę subitò fiunt alterationes Galen. c.16. artis medicinalis. Plura Rhazes lib.4.c.10.ad Alman. & infrà.c.55. Et sic in vniuersum patet, largius prandendum q̄ cœnandum, cùm plurimæ ægritudines sint materiales, & corpora plurima lapsa. Attamē, si semel tm̄ in die comedatur, melius est cœnare, nisi oculi aut cerebrū affecta sint: tūc enim Haliabbate.1.pract.13.teste, meliùs est prandere: aliàs non parū ægrotantis oculi & cerebrum lædērētur. Exigua namq; cœna capiti confert & oculis, Manardo lib.6.epist.4. teste Hactenus ex Conciliatore adducta, medici excelletnisimi, Odus de Odis Patauinus duob. libris de cœna & prandij portione, Hieronimus Cardanus lib.1. Contradicentium trac.5. contradic.18. & Leonhartus Fuchsius libro.2. Paradox. cap.21. magna ex parte falsa esse firmis-

ſimis rationibus conuincit. Ex quibus Leonharti Fuchſij rationes hîc oppoſitum ſubiungere placuit, vt ſanitatis ſuæ ſtudioſis planè cõſtaret, quid in re tam perplexa aut fugere, aut ſequi debeant. Nemo eſt, inquit, ille, qui hodie medendi methodũ præſcribentiũ libros vel à limine ſalutauit, qui neſciat, vulgatum atque tritũ hoc illius eſſe decretum, vt nunq̃ nõ prãdio cœna minor ſit. Quantum verò abberrent, facilè deprehẽdet, qui rẽ altius expẽdet. Cœnam.n.in omnibus, demptijs, qui morbis nocturnis & catharrhis ſeu deſtillationibus affliguutur, prandio pleniorem eſſe conuenit. Qui.n. iam nominatis corripiũtur morbis horum cœna oĩno modica ſit tenuis, ſicca, ac præter aliorum morẽ noctemq; preueniens oportet, vt ingruentibus ſcilicet morbis, natura ab omnibus alijs munijs libera, vnius morbi cõctioni operã nauare queat. Sũt & qui conſuerunt minus in cœna ciborũ aſſumere, q̃ in prandio, horum certè cõſuetudo nõ temerè ẽt immutãda erit. Quę enim ex longo tpe conſueta ſunt, vt ait Hippocrates. 2. Aphoriſm. 50. & ſi deteriora ſint, inſuetis minus moleſtare ſolent. Cur aũt in alijs omnibus plenior cœna ſalubrior ſit, multa in cauſa ſunt. Primum aũt omnium noctis mox accedens frigiditas, quæ extrinſecus circumſtans

cumstans calorem natiuum in profundũ secedere, & hoc nomine fortiorem fieri cogit,ita vt necessariò ciborũ,tum melior fiat cõcoctio. Et certè idẽ potest noctis frigiditas, quod alias anni tẽpus hybernũ,aut regio frigida põt. Horum enim vnumquodq; calorẽ natiuũ adaugere potis est. Testis Hippocrates, qui lib.6.epidem.Tom.6.apho.6.sic inquit Perfrigidior in tpe & regione frigidis, per calidior erit. In.1.aph.15.quoque ventres hyeme & vere natura calidissimos esse asserit. Deinceps est *Somnus*,] qui cœnã subsequitur:hic.n.nimirum in modum concoctionẽ adiuuat. Sanguis enim in somno ad interiora magis refugit, vt testatur.Hippocrates.6.epidem. Tom.5.apho.29. Cũ Itaq; sanguis, cũq; eo calor natiuus per somnũ ad interiora secedat, quid mirum si calor auctus fortiorẽ tũ ciborum coctionem efficiat? Hinc rectissimè Hippocrat.libr.6. epidẽ.Tom.5.apho.10.dixit: Labor articulis & carnibus; cibus verò ac somnus visceribus prodest. Somnũ quoq; optimè cibũ cõcoquere testatur Galenus lib.1. de Sympto.causis c.8.ita scribens: Itaq; toto hoc tpe,quo quis dormit,animalis facultas quiescere, naturalis verò validius agere videtur. Cuius rei coniecturam ex eo facies,tum ꝙ ipsa,si qñ laborauerit, post somnum robustior euadit,

idque maximè, cùm à modico cibo somnum admittimus, tũ ẽt q per somnũ cibus optimè concoquitur, non solùm in ventriculo, verùmetiã per vniuersi corporis habitũ. Cui subscribit quoq; Paulus Aegineta lib.1.c.97. dicens: Somnus est animaliũ facultatũ quies, ab vtili humore cerebrũ madefaciente proueniẽs, hunc qui ritè capessit, multa consequitur commoda. Cibos.n. conficit, humores digerit. Quòd aũt hac ratione plenior cœna esse debeat, testatur Galenus vel quisquis tandẽ eius libri autor fuit, in lib. de dissolutione continui, in hanc sententiã scribens: Antiqui cœnã prandio preferebant, precipientes plus ciborũ in cœna sumendũ esse, ob caloris circa interiora aggregationẽ noctis frigiditate, & per somnũ factam: calor namq; in somno ad interiora corporis reuocatur, eademq; calefacit, perinde vt in vigilia contrarium plane accidit. Id quod Hippocrates ẽt epidem.6. Tom.4. apho. 12. ijs verbis indicauit. Planè vigilãs calidior circa exteriora, frigidior verò circa interiora: dormiens contrà. Sed hic reclamabunt quidam, plenioremq; cœnam ideo damnabunt, quòd pleno ventre ingrata si quies, atque adeo somnus minus conueniẽs. His ita responsum volo. Nemo ẽst tã sine sensu communi, qui nesciat inter cœnã, & somnum aliquid

tēporis interuenire debere, neq; quemadmodum in brutis, nullam aliam nisi vorandi ac mox dormiendi vicissitudinem esse, quū omniū Medicorū consensu consultum sit, quo aut hora aut, amplius intersit. Neq; ēt est, vt pleniorem cœnā quis eā esse putet, qua multa ingeruntur tanta voracitate, vt vix spirare liceat, & periculū sit, ne vel crepent, qui ita sese replēt, sed frugalē potius: talem tñ in qua, plus, q̃ in prandio absumitur ciborū. Quod si tñ hic peccatū fuerit, melius certē in cœna q̃ in prādio fertur, quod somnus post cœnā non diu subsequēs, facilius delictū q̃ vigilia, quę prandium concomitatur, corrigat. In somno enim, vt diximus, calor interiora petit, & quæ illic sunt, cibis concoquendis solis vacat. Interdiu verò ad exteriora protrahit, neq; ijs, quæ intus sunt, prospicere potest, adeo vt verissimē dixerit Hippocrates. 2. victus acutorum. 59. Vigilia vehęmēs cruditatē incoctionēq; ciborū tum portionis efficit. Porro cur cœnā prandio pleniorē esse oporteat, & hæc ratio, qđ rara admodū existat corporis facultas, q̃ paulò liberalius prandium spacio vel quinque vel sex horarū, quod ferè inter prandiū & cœnā intercest, conficere possit. Quantū aūt incommodi adfert, si quis nondum planè concocto eo, quod prius ingestum fuit,

aliud ingerit? morbũ nimirũ facit. Vbi enim cibus præter naturã plus ingestus est, vt ait Hippocrates lib. 2. aph. 17. hic morbum facit. Et si denuo obiecerit, vtrunque somnum à cœna differamus, tñ qñ fieri non possit, quin ad somnum conuersis, quod materea tum ad interiora tendat, caput impleatur, huic Galenus quidem respondebit, qui lib. 4. aph. 67. ita scribit. Et quidẽ sicuti à cibo ad somnũ conuersis impletur caput, sic in plethoricis dispositionibus somni ipsum replentes aggrauant cerebrũ. Et somni videlicet semper nocerent, quatenus ad profundum & viscera materia confluit, nisi coctionis ratione plus afferrent vtilitatis, q̃ sit dãnum, quod ex motu ad interiora consequitur. Et hæc ad vulgarem multisque communem errorem explodendum sufficiant.

¶ *De dispositione ante cibi sumptionem edendi item atque ciborum ratione. Cap. VI.*

TV nunquam comedas stomachum ni noueris esse.
Purgatum, vacuumq; cibo, quem sumpseris ante.
Ex desiderio id poteris cognoscere certo.

Hæc

Hæc sint signa tibi, subtilis in
ore diaeta.

Hic traduntur precepta quædam ante cibi sumptionem seruanda.

PRIMVM, ne sumatur cibus, cũ ventriculus quibusdam humoribus vitiosis adhuc plenus extiteret. Corrumpitur.n. simul alimentũ, quod insuper ingeritur, vnà cũ prauis humoribus, qui prius sunt in corpore, ita vt ipsorum quidẽ quantitas augeatur, qualitas verò seruetur. Eos igitur, vt lib.6.c.9. de Sanitate tuenda. Galenus autor est, nomitione, in ijs, qui suapte natura facilè vomere posśũt, expellere prius ꝙ cibus ingeratur, oportet. Impura namque corpora & vitiosis humoribus referta, vacuatione potius, quã ea, quæ per cibos fit, refectione egere, testatur cum primis Hippocra. apho. 8.& 10. lib. 2. & ibidẽ Galenus in commen. Ventriculũ vero vitiosis humoribus esse plenũ, è nidoribus & ructibus deprehẽdi põt queẽadmodũ copiose admodũ Gale. li.1.c.4. de loc. affec. docet, ad quo sanè Lectorẽ nunc ablegamus.

SECVNDVM, ne priore cibo nondum concocto, necdũ in aluũ demisso, alius sumatur: qui.n. eo modo superedi-tur naturã à prius ingesti cõcoctione deturbat, quò fit, vt quicquid eius confectum ex vẽtre à venis meseraicis in he-

par deducitur, reliquã statim oĩa ẽt incõcocta secum in corruptionẽ trahat, adeoq; tum vasa ipsa, tum totũ corporis habitũ cruditatibus, & vitiosorũ humorũ multitudine repleat, ac ob id ipsum morbis non rarò tentet. Proinde rectissimè Galē. lib. 7. c. 6. meth. medē. præcipit, vt vacuus purúsq; ventriculus secundum cibũ excipiat. Quinetiã Auicēna. 3. 1. doct. 2. c. 7. idem pręscribens, ita ferè inquit: Nemo sanitatis suæ studiosus aliquid comedat, nisi ad hoc certò prius in tãte desiderio, & ventriculo vnà cum reliquis superioribus intestinis à præsumpto cibo vacuatis. Priore enim cibo nondum concocto, alium insuper ingerere, corpori perniciosum est. Porrò ex ructu nullã alimenti prioris qualitatem referente vētriculi tumore iã submisso, recrementorum deiectione, & vrinarum coloratione, licebit cõiicere, num prior cibus ad vnguem confectus, ac in aluum demissus sit, quēadmodum Gal. lib. 7. c. 6. metho. meden. & post eũ Paulus lib. 1. c. 97. luculēter & perspicuè docuerunt. Vrina. n. quę aquæ speciē præfert, crudũ adhuc in venis succum esse indicat eũ, qui à ventre sumijtitur. Quę vero fulua biliosaq; est, iamdudũ concoctum esse hmõi succum portendit. Quę modicè pallet, peractę, modò secundæ concoctionis est signũ, quemadmodum
elcganter

eleganter Galenus lib.2.de sanita.tuenda.c.4. Cornelius Celsus lib.1.c.2.& Plinius lib.28.c.6.docuerunt. Imperfectæ aut concoctionis, vt testis est.6.sectio. apho.com.1. Galenus acidus ructus certũ indiciũ est. Signa ẽt, q̃bus certò comprehendi possit, vtrũ à vitiosis illis humoribus, ac prius ingesto cibo vacuus sit venter, nec ne, & hic subiunguntur.

Primvm, desiderium certum, hoc est, vehementior & vera noui alimenti appetentia, siue fames. Nam de Medicorum ferè oĩum sententia duplex fames est, vna quidem vera & naturalis, altera verò mẽdosa. Veram describit Galenus aphor.lib.2. comment.16.sic inquiens: Famescere illos dicimus, qui ob ciborũ inopiam ad extremã esuritionem perueniunt. Idem lib.1.cap.7.de causis sympto. disertè admodum & copiosè harũ appetentiarum rationem & diuersitatẽ describit, quem locum, vtpote scitu dignissimum, hic integrum subiicere placuit. Nam qm̃, inquit, cutetenus vnumquodq; animal in ambientẽ aerem digeritur, accidit, vt mẽbra, q̃ sub ea sunt, prima vacuentur: quorum ingenita vis ex proximis sibi alimentum trahit, id, s. quod vacuatur reficiens: deinde rursus illa, ex ijs, quę sibi sunt proxima: sicut quę tertio loco sunt posita, ab ijs, quę sibi. Atque ita semper per continuum, veluti

luti in choro quopiã translatione celerrimè facta, ad venas, quę ad ventriculũ pertinent, vacuatio peruenit. Hęc verò & solent pariter, & natę sunt ex ventriculo nutrimentum trahere, perinde vt stirpium radices, quæ in terrã sunt demissę ab ea. Cũ.n.hoc opus vniuersum naturale sit, nõ animale, similiter in stirpibus & animalibus perficitur. At in stirpibus quidem terra perpetuo paratum, largumq; alimentum rigantis ritu subministrat: quamdiu cœlitus tpum status pro natura se habet. Quando si ex terra squaloris excessu siccatus est humor, stirpes nutrimenti penuria marcescũt. Animalibus aũt, vtpote terræ non affixis, pręter vtiq; pauca quędam, natura ventrem pro nutrimenti veluti penu fabricauit, quemadmodum stirpibus terrã. Dedit aũt animalibus & penurię sensum: quo, s. ad cibum potionemq; proritata, in tpe expleantur. Vocaturq; eiusmodi implendi desiderium appetentia. Fit aũt ex penurię sensu: cùm, s. venę ex ipso ventriculo, veluti emulgẽtes sugentesq; aliquid trahunt. Non ferens aũt eum suctum vẽtriculus, sed veluti diuulsus, offensæ eius medelam cibũ cõparat. Quippe venæ hoc pacto ad obiectos cibos cõuertuntur: atq; ex ijs nutrimentum trahunt: nequaquam ex ventriculo. Fitq; post cibi sumptionem, vt & venę simul

ad cibos se conuertant,& ventriculus ex ijs,quãtum prius per venas est exhaustũ, in seipsum trahat.Ac sunctus quidé,ipsius sensus,fames est. Hęc Galenus. Cũ igitur ventriculus non appetit, signũ est,membra nondum refectione indigere,sed satis adhuc alimentorum in promptu hababere. Quod certè & ipsum Galenus lib.3.cap.13.de facult.natura lib.innuere voluit,inquiens: Venter si melius paratiusq; nutrimentium habet, externũ non postulat. Cibi igitur exhibitio diutius adhuc differẽda est : nam quicquid tum ingeritur, grauat naturam,non iuuat. Porro mendosa fames,est cibi appetentia corpore nõ indigente. Quæ quidem,vt idẽ Galenus lib.1.cap.7.de causis sympt.docet, tum maximè fieri solet cum acidus quispiam vitiosus succus ventriculum mordet. vitiosus nanq; succus, qui frigidus est, similem suctui morsum infert. Appetentiam verò proritat naturalis affectus similitudine. Alimẽti aũt, non potus desiderium excitat propter frigus. At vitioso succo,qui salsus & biliosus sit ventrem mordente,potio magis quàm cibus expetitur. Preterquam enim quod calefiat,sicceturq;,ab eo ventriculus, quæ vtiq; sitis causa sunt,etiam liquari fundiq; tum in eo,tum venis succos contingit. Fundorum aũt succorum Symptoma, ea quibus continentur implet,

plet, quemadmodū frigiditas vacuat. Itaq; et non parum ad esuriem frigiditas eorum, quæ in ventre habentur, confert. Cùm & corpora eorum, tunicasq; vacuet, & cogendo constringendoq; ad appetentia irritet. Atq; ita quidem vitiosus succus acidus, stypticus, & frigidus mendosæ famis existit causa.

SECVNDVM variæ famis signum, est subtilis diæta, videlicet præcedens, hoc est, parua cibi exhibitio. qñ.n. & hanc fames sequitur, tunc illā & verā & naturalem esse significatur. Vnicè igitur semper cauendū, vt nunq̄ neq; prandeatur, neq; cœnetur, nisi consueta hora, ac illiciente prius appetitu, nec eo cibum exigente differatur. Oïs.n. mora illi nociua est, nisi suspectus sit esse mendosus, qualis ebriorū, & fastidio laborantium esse solet. Nā si ventriculus alimentum postulat, vt Galenus lib. 3. cap. 13. de facul. naturalibus autor est, nec eius copia est, excrementis impletur. Ea sunt sanies quædam biliosę, pituitosæq;, atq; serosæ, quas solas trahēti illi, tum, s. cùm nutrimēto indiget, iecur remittit. Hinc non temerè hactenus hoc vsurpatū est. Diutius tolerare famem, ventriculum malis ac putridis replet humorib. quos attrahit ad se loco cibi. Et hoc quidem experientia constat. Qñ.n. ieiunamus, tunc per noctem auiditate quadam ac ci

bos

bos imitari solemus, sed illis denegatis, nullam oino appetentiam postero die percipimus. Vnde satis liquet, ventriculum, & maximè orificium eius, iamdudũ vitiosis humoribus esse plenum, quæ tñ non vera, sed mendosa repletio est; & ob id pauco assumpto cibo regreditur statim appetentia. Cauendum ét ne cibus assumatur, non præeunte corporis exercitio. Neq;.n.temere ab Hippo.6. epidem. part. 4. Aphor. 28. dictum est πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν. i. Labores cibos præcedant. Nam qui cibus manè, anteq̃ prior descenderit, vel paulo antè exercitationem ingeritur, is Galeno lib.3.cap.1.de causis Sympt.teste, & intempestiuè sumitur, & cruditatis etiam causa existit. In ciborum prętereа ratione, quemadmodum. cap.24.method. perueniendi ad medic. Leonhartus Fuchsius diligenter admonet, id quoq; vnicè obseruandum, ne illi præpostero ordine ingerantur: id quod fiet, si concoctu facilia iis, quę difficulter cõcoquuntur, præmittantur: & si liquida solidis & aridis, & lubricantia astringentibus antecedant. Ordo, verbi gratia, pręposterus erit, si cotonea aut punica mala primum ingerantur, postremum aũt olera ex garo. Debent etiam a pręmitti, quæ facilè & nullo fermè labore subsidunt, vt sunt liquida: quæ verò tenacius herẽt *Ciborum ratio.*

&

& difficulter labuntur, vt solida & arida, postremo: idq; si ventriculus naturaliter se habeat. Nam si cui vētriculus sit natura laxior, huic p̄stiterit adstringentia magis laxātibus præposuisse, quo ab illis roboratus ventriculus reliqua melius conficere posit. Hæc eadem ferè docent Cornelius Celsus lib. j. cap. 2. & Galenus lib. 2. cap. 11. de alimentorū facultatibus. Iam verò cautio etiam fit ne in vna eademq; refectione multi simul & varij assumantur cibi, ac tp̄s dein de comedendo vltra q̄ satis est producatur, presertim si ex diuersis illi constent facultatibus. Ex eo aūt genere cum primis fuerint cibi varię substantię, vt exēpli causa, ab Auicēna ponuntur, carnes & pisces, vel pulli & suilla, &c. Nam q̄ ad istum ingeruntur modum, varie corpus pro succorum diuersitate afficiunt, & cōcoctionem non, vt par est, sortiuntur. Postremò.n.accedente cibo, iā primi incepta cōcoctio est, atq; ita partes quidem in coquēdo redduntur dissimile adeo, vt primo loco ingestę, confectę ferè sint priùs, quam ad extremum sumptę, medium concoctionis suæ attingāt, vnde sepenumero posterius coquendorum sequitur corruptio. Id quidem Auicēna quoq; innuere voluit. 3. 1. doct. 2. cap. 7. in hanc ferme sn̄iam scribent: Nihil quidem deterius est, q̄ si multa simul

ac varia ciborum genera coniungantur, atq; iustò longius deinde in comedẽdo tps protrahatur: cùm.n.postremum accedit nutrimentum, primum iam aliquo modo confectum est: partes ergo in coquendo non adsimilantnr. Atq; inde sane morborum scaturigo, qui eo repugnantium sibi humorum discordia nascuntur. Iam ipsius quoq; varius coquendi modus bonę corporis temperaturę non parum officit: vt si in eadem refectione multi elixi, frixi, & assi cibi sæpius inuicem modo liquidi, modò solidi & aridi ministrentur. Atq; hinc est, quod Horatius lib. 2. Serm. Saty. 2. vbi victum frugalem ac simplicem prodigni tate laudasset, hanc saporum condimentorumq; aceruationem, vt perniciosam, his versibus detestatus sit. Cibi uarij.

Accipe nũc victus tenuis quæ, quantaq; secum.
Adferat, in primis valeas bene, nã variæ res.
Vt noceãt homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit, ac simul assis.
Miscueris elixa, simul conchylia turdis.
Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum.
Lenta feret pituita, vides, vt pallidus omnis,
Cœna desurgat dubia? qu n corpus onustum
Hesternis vitijs animum quoq; prægrauat vnà,
Atq; effigit humo diuinæ particulam auræ.

Pari

Pari modo & Pli. lib. 11. c. 52. hãc saporũ aceruationem dãnauit. Homini, inquiens, cibus vtilissimus, simplex. Aceruatio saporũ pestifera, & cõdimenta perniciosiora. Atqui hic nobis fortasse obtrudet, quispiã plerũsq; ventri & gulę mirificè deditos, qui sese à primo statim diluculo ad summam vsq; noctẽ multo varioq; cibo & potũ nõ impleant solùm, sed etiã distendant, adeoq; cibũ cibo excipiãt, & toti sint in cõpotationibus, cùm nihil tñ inde mali percipiãt, imò verò multis incõmodis difficultatibusq; afficiantur, si vel minimum ab ista cõsuetudine deflexerint. Huic Galenus quidem respondebit. qui in lib. de cibis boni & mali succi cap. 12. ita scriptũ reliquit. Hæc. n. quãuis protinus nullam iuuenum corporibus sensibilem lęsionẽ inferant, sensim tñ, occulteq; crescente vitio cùm iam ætas progressu t'pis inclinarit, articulos, neruosq;, & viscera eijs morbis vexant, qui vel difficulter admodum, vel omnino tolli non possunt, neq; id quidem temerè: nanq; ea pars corporis, quę natura imbecillissima est, à ledente quodlibet patitur. Qđ aũt vitiosi humores morbiq; gignãtur, cruditas assidua in causa maximè, siue ea ex boni siue ex mali succi oriatur cibis. Quin Auicen. quoq; 31. doc. 2. c. 7. idem

Gulosi valentes

idē cōfirmans sic ferme inquit: Ille, cui mala nutrimenta concoquūtur, nō gaudeat ex hoc. Noxa.n.etsi ad tp̄s fortasse delitescit tp̄is tn̄ successu sese exerit, & grauissimam certissimamq; neglectæ artis medicę pœnam adfert. Atque hinc adeò pauci eorum, qui iustū viuendi modū sectantur, destinatam senectutis metā cōtingunt, sed crudis ex intemperantia aceruaris succis, podagra, calculo, lepra, carcinomate, febribus alijsq; id genus malis prius torti, vitā cū morte commutant. Præstat igitur, vt disertè à Fuchsio nostro scribitur, tp̄antia & parcitate aīum corpusq; vegetum ac sanū seruare, quam crapulā, crepisq; cōpotationibus, & immoderatione infirmum, morbosum, Deoq; & hoībus odiosum reddere, ac ne illud quidem silētio prætereundum hoc loco, quod protracta ad vnam ferè horam mora, ac iustę cōmanducationis & declutionis gratia comestioni interposita, laudabilis modò, sed ad tuēdam ēt valetudinem vtilissima censeat. Cibus.n.qui exactè dētibus manditur, extenuatur, & molitur, ac sensim deinde atq; tardè deglutitur, etsi imperfectā ac modicam oīno, aliquam tn̄, vt in suo genere estimandā alteratione ī ore cōsequitur quēadmodū lib. 3. cap. 7. de natural. facul. Galeno & Auicēnæ. 1. 1. doct. 4. cap. 2. visum est. Cæterùm imperfecta

fecta cõmãducatio vt concoctioni contumax est, ita ēt horrorē quendã & insuauitatem adferens, ciborum appetentiam auertit. Mora verò quę inter edendum, multis vltrò citroq; sermonib. collocutionibusq; interpositis, ad duas vel tres horas protrahitur, admodum noxia est, eamq; nocumenta hactenus enumerata sequuntur.

Vltimus versus in quibusdã Exēplaribus hoc etiam modo legitur.

Hæc sint signa tibi, subtilis in
ore saliua.

NEC malè quidē. Nã saliua quæ subtilis & nulla qualitate infecta, sed pinde quasi aquosa gustui offertur, tum coctionis, tũ absolutæ sanitatis ēt indicia ōdit, Gal. li. 3. c. 6. de locis affectis teste.

De Melancholicis & vitandis cibis.
Caput. *VII.*

Persica. PErsica, poma, pira, & lac, caseus, & caro salsa,
Et caro ceruina, & leporina, bouina, caprina,
Atra hæc bile nocent, suntq; infirmis inimica.

HIC recensentur decem ciborũ genera, quæ sanguinem serosum & Melancholicũ efficiunt, eoq; infirmis nocent.

Primum,

PRIMVM, persicę de quibus lib.2. cap.19. de aliment. facult. desertè ita Galenus scribit. Ipsorum succus, & velu ti caro facilè corrũpitur, prauaq; oĩno est. Quocirca (quod quidem facere solent) non sunt post alios cibos manden da: corrũpuntur.n.in superficie natãtia, sed in oĩbus, quæ praui quidẽ, sunt succi, verùm humida sunt ac lubrica, & quę subduci facilè quærant, id cõiter tenendum, ea ob hòc ipsum ante alios cibos esse sumenda. Ita.n.fiet: vt & citius subducantur, & alijs cibis viam muniant. Quę si sumpta postrema fuerit, vnà secum alia quoq; corrumpent. Atq; inde sanè patet, hoc dictum de ijs intelligendum persicis, quæ matura post alios cibos vltima eduntur. Presumpta.n.stoma cho cõferunt, ventrem leniunt, & ciborũ appetentiam pstant. Dioscorides ẽt lib.1.cap.130.idem testatur in eum modum scribens: Persica matura tã stomacho, q̃ ventri vtilia sunt: Acerba aluum cohibent, sed sicca vehementius. Decoctũ è siccis alui stomachiq; fluxiones sistit. Simeon quoq; Sethi de persicis hæc refert: Persica, inquit, quidã in tertio ordine refrigerantium humectantiumq; posuerunt, alij in primo, alij verò in secundo, quod ẽt certius est Phlegma generant, non facilè concoquuntur, celer rimè in ventriculo corrũpuntur: propte-

rea

rea qui crebrius ad satietatem his vtuntur, in febres incidunt: lędunt & neruos proprietate quadam. Oportet verò hęc ante cętera cibaria assumere, & super his meracum bibere. Quæ ex his matura sunt, ventrē ducunt: immatura contra sistunt, eoq; efficacius sicca. Foliorū succus in potu sumptus, lumbricos ventri perimit: idem perficit, si cū folijs vmbilico apponatūr. Suscitant quoq; ciborum appetentiam persica, prosunt & inflammato ventriculo, & genitali semini adijciunt, serosum tñ sanguinem parāt; sæpiusq; post vnum vel altero mensem ob putredinem febris tum longiores, tū ét difficulter solubiles gignunt.

Illud etiam obseruare oportet, ne super hæc aqua bibatur. His amplius addit Plin. Valerianus; persicorum foliis siccis, & ī puluerē redactis, plagas cruentorum vulnerum claudi, quam facultatem Serapion ipsis etiam persicis siccis attribuit. Quanquam aūt persica iam dictis viribus prædita sunt, quia tñ humor inde genitus facilè cortumpitur & putrescit, noxia sunt infirmis, & maximè si præpostero ordine ac intempestiuè sumantur. Infrà cap. 42.

SECVNDVM, poma siue mala: In quibus, authore Simeone Sethi, multa differētia est: quęcunq;.n.ad stringunt, frigidum habent & terrēū succum. Quæ

acria

acria ſunt,frigidum quidem verũ tenuẽ illum habent. Medij aũt temperamenti ſunt dulcia, quę ad caliditatẽ magis vergũt. Oĩa certè quadã peculiari proprietate neruis nocent: nocent & q̃ matura non ſunt. Dicuntur & lapidẽ ſeu calculũ gignere ijs, qui ad ſatietatem ipſis vtuntur. Verum vtilia ſunt ad λειποθυμίας idest animi deliquia, & cordis debilitatem. Spiritum quoque flatulentum in ſecunda cõcoctione generant eoq; infirmis nocent,ſicuti de pyris mox dicetur. Neq; verò ab his ſolum fructibus,ſed ab oĩbus ẽt quę ſanguinem ſeroſo ac ebulliente ſucco replent, egrotos abſtinere conuenit. Eiuſmodi plane ſunt recentes, & qui ante perfectã maturitatẽ edũtur: cum.n.humidius alimẽtum, ob idq; excrementoſius præbeãt, non ſecus in corpore humano feruent & ebulliunt, atq; vinũ, quod nuper ex fructibus vel vuis expreſſum eſt, in dolijs: & hoc quidem ob caliditatẽ ipſis a Sole, cum matureſcerent, ingenitam, quemadmodum lib. 4.c.3.de vſu partiũ Galenus atteſtatur. Et hoc certè Auicen.3.1.doc.2.c.7. teſte,commune eſt omnibus cibariis, quę ſanguinem ſeroſo ſucco implent. Porrò & ſi vero hoc interim ſpacio, quo manduntur humectent, ob ſucci tñ ebullitionem prompte in ventriculo corrumpuntur,& ſanguini putrido gignẽdo ac-

cõmodatiſsimi ſunt, qua de cauſa nõ temere Auic. 1.4. trac. 2. c. 7. fructus recentes oẽs febricitantibus inter dixit. Plura Galenus. lib. 2. cap. 21. de alimen. facul. & infrà, cap. 39.

Pyra. TERTIVM pyra. quę ſanè, perinde vt & alij fructus recentes ac crudi: communiter hoc poſſident, vt ſeroſo ebullienteq; ſucco ſanguinẽ expleãt, eumq; putrefactioni obnoxium reddant: quo fit, vt corũ cibus Pli. lib. 22. cap. 7. teſte, non ęgrotis ſolùm, ſed valẽtibus ẽt oneroſus ſit. Inflationes quoq; excitant, & ob id crebrius eſitata colicos affectus ſuſcitant. Sed innoxia fiunt, ſi vnà cum carminatiuis vulgo dictis, hoc eſt, calfacientib. tenuantib. & flatum expellẽtib. comedantur, vel ſuper his vinum vetus & adoratum bibatur. Quod Galenus lib. 1. c. 26. de alimen. facul. palam ẽt ita ſcribens confirmat. Quicquid omnibus cibarijs ineſt flatulentum, id per calfacientia & tenuantia corrigitur. Pyris præterea ea facultas ineſt, vt inter cæteros fructus q̃ maximè impinguet, quare ſues ipſorum eſu magis q̃ quorumlibet aliorum fructuum pingueſcunt. Laudatiora ſunt odorata, & dulcia, & ex ipſis cocta, quàm cruda, meliora. Coquenda verò cum fœniculo, aniſo, & ſaccharo. Infra cap. 13. & 39.

QVARTVM, lac. hoc. n. facilè corrumpitur,

rũmpitur, inq; nidorẽ aciditatemve in impuro ventriculo transit. Quapropter putrida febre correptis exhibendũ non est, quia plurimo calori conuersatum, in nidorem statim abit. Huc accedit, q in ventriculo febricitantium haud concoquatur, sed potius corrumpitur, adeoq; febres auget. Caput quoq; dolentibus malum est, quod confirmat Galen. qui lib. 3. de alimen. facul. c. 14. lac capiti, nĩ siquis ipsum habeat admodum firmum, non esse accommodũ tradit. Cuius quidem rei causa alia nõ est, q̃ quod lac sit nidorosum, ac facilè euaporet: caputq; petat, adeoq; dolorem augeat. Nocet præterea sitibundis, & alijs nonnullis, de quibus Hippocrates aphor. 64. lib. 5. & ibidem Galenus. In phthisi tñ, hectica, & alijs quibusdã passionibus, vt Hippocrates loco iam citato autor est, vtilissimè conceditur. Qua de re copiosius infrà c. 34. Quanq̃ aũt lac infirmis ex vsu non sit, in sanis tñ ad bonos humores gignendos, ex ijs præsertim animalibus, quæ bono corporis habitu sunt, probatissimum habetur: Et hoc quidem si in ventriculo & hepate perfectè concoquatur. Tunc.n mordaces succos, quoscunq; inuenerit, expurgat, qua de causa in vrinę difficultate & acri egestione alui, non solum bibere conducit, sed ẽt infernè p clysterẽ infundere. Ad acres

Lac. enim & mordaces fluxiones commodissimum est, non solũ abluens ipsas de partibus infestatis atq; hoc per extersoriam humiditatem, q̃ in seorsa sui parte complectitur, sed ẽt crassitie ac pinguedine sua corporibus oblitum ac inductũ, non sinit influxum acrem nudis ipsis allabi. Ad pulmonis itaq; ac intestinorum vlcera, item renum, vesicæ, ac vteri, & ad papularum eruptiones, & furunculos, & alias cutie asperitudines conuenientissimum est in potu, adeoq; cutem ipsam pulchram ac nitidã reddit. Ad hæc lancinaměta ex veneni portione, & quę in vrinæ meatu fiunt, compescit. Itẽ ad eos qui cantharidas hauserunt, aut buprestin, & in summa ad medicaměta erodentia ac exulcerantia, & ad hyoscyamum velut peculiare remediũ est. Nam statim resipiscere affectos facit. Cæterùm in gutturis exulcerationibus, quæ cùm alias ob causas multas tum ex anginis fiunt, & his qui ephemerum sumpserunt, lac gargarisare conducit. Corporibus præterea temperatis, quorum ventriculis nihil biliosi & phlegmatici humoris insidet, vtilissimum habetur. His enim bene concoctum multum nutrimenti summittit, probum succum generat, bonã carne longè meliorẽ reddit, & corpus conuenienter humectat: Hoc tñ imprimis cauere debet, qui lac bibere

re voluerit,vt interim à reliquis cibis ac potibus abstineat, donec concoctũ sit, ac secesserit. Si.n.ante eius concoctionem, alium cibum quis sumat, necesse est & ipsum lac corrumpi, & cibum qui superingestus est. Præstat aũt manè bibere recens mulctũ,& tunc plures labores detrahere,quietè ac sensim ambulare,& interim cessare,citra somni admissionem. Qui.n.hoc modò se gesserit,potum lac exercerent, idq; inutilia secum educet.Opus est.n.si qd aliud, primum acceptum secedere, quo facto aliud bibere. Principio igitur secedit aluo commodè purgans,non totam corporis molem, sed quæ in aluo & intestinis sunt partibusq; vicinis.Post hęc in venas defertur, optimeq; nutrit, & non amplius succedit, sed ventrem sistit.Corporibus verò distēperatis infestum inimicumq; est.In calidioribus.n.citò in nidorem atq; bilē, in frigidioribus verò in aciditatem & putredinē commutatur. Circa electionem deniq; lactis sciendum, pro ipsorum animaliũ specie haud paruam esse differentiam,Bonũ namq; lac crassissimum ac pinguissimum & concoctu difficile est, & ob id in ventriculo inflatus vertitur,venarumq; obstructionem parit. Liquidissimũ aũt ac minimè pingue, est camelorum,mox,equarũ, deinde asinarum;mediæ aũt consistentiæ est

caprarum, hoc crassius ouium. Lac igitur caprarum, cùm inter cętera lactis genera moderatè se habeat, neq; pingue admodũ, neque crassum sit, meritò in victus salubris ratione pręfertur. Quin & caprarum inter se inuicemq; collatarum, & secundum anni tempora non parua differentia est. Earum.n. quæ modò pepererunt, lac liquidissimũ, sed tẽporis progressu magis semp ac magis incrassescit. Aestate verò media, ipsum ẽt in medio suæ naturæ consistit, post id tempus sensim iã incrassescit, quod penitus deficiat. Vere aũt vt liquidissimũ, ita ẽt copiosissimũ est. Quo fit, vt eligendum sit lac caprarũ non quidẽ prægnantium, sed enixarũ, quę tñ, ꝙ ad portum ipsum attinet, mediocriter se habeãt, hoc est, quę neq; nuper enixę sint, neq; multum à partu recesserint: hoc interim non neglecto, vt ipsis ẽt alimenta propria affatim suppetant. Ac ne illud quidẽ silẽtio pretereundũ hoc loco, ꝙ lac caprinum sine melle sumptum, haud citra periculum sit. plerisq;.n. qui purũ illud hauserunt, coctũ est in ventriculo in speciem casei: quod quidẽ quum accidit, mirum est, q̃ aggrauet hominem ac strangulet. Ob eam causam, lac vbi sumunt nonnulli, ne in ventriculo coaguletur, mellis, aquę & salis nonnihil admiscent. Atque hæc quidẽ hoc loco de lacte sufficiant.

Plura Galenus lib.3.c.14.de alimen.facul.& lib.10.c.7. de medica.simpli.facul.& in libro de cibis boni & mali succi c.6.Oribasius lib.4. Sinopseos ad Eustathium c.12.18.& 40. Paulus lib.1.c.86.& 87.& Aëtius lib.2.c.9.& 93.

QVINTVM, Caseus quod quidem cum in omni caseorũ genere tũ de inueterato cum primis intelligendũ est. Hic enim ob coaguli & salis, dum preparetur iniectionem tpis progressu acrimoniam assumpsit, humiditatemq; oẽm deposuit, quare seipso ẽt acrior est, & manifestè calidior, atq; ardẽtior euasit, & ob id ipsum peioris quoq; & crassioris succi, & ęgrius concoctilis effectus est: presumptorum quidẽ concoctionẽ adiuuat certè, sed ipse difficilius concoquitur. Atque hinc adeò iam vulgo dici solet. *Caseus.*

Caseus est nequam, quia concoquit omnia, se quam.

Nutrimentum habet exile, stomacho nocet, & vbi forte fortuna in corpore super calefactus fuerit, quẽadmodum diserte Galenus lib.3. cap.6.de lo.affec.scribit, facile melancholicum humorẽ parit: recens flatuosus quidẽ minus est, sed ventrem magis magisq; siticulosus & flatuosus est, nec ad calculorum in renib. procreationẽ minus existit noxius. Deterrimũ pręteria eduliũ est ijs, quẽadmo

dum hoc ipsum Hippocrates. libr.4. de vict.rat.in morbis acu. aph.92. clarissimè ostendit, qui se potu repleruut. Grauat siquidem os ventris primumq; corrũpitur, & alia deinceps secũ corrũpit. Fugiendus igitur est eiusmodi, vt qui nihil conferat, neq; ad coctioné, neq; ad distributioné, neq; ad mouendã vrinã, neq; ad vẽtris deiectioné, ceu vtiq; nec ad succi probitatem: porrò recens ac mollis caseus, frigidi humidiq; tẽperaméti est, & duro siccoq; flatuosior existit, sed eo minus adstringit: minusque crassi succi est, nihilominus tñ ęgrè conficitur, obstruitq; & calculos gignit. At verò qui inter vtrũq;, recenté nimirum & inueteratum, glutinosũm & friabilé, durum ac mollem rarũm laxumve & validè densũm coactumve medius existit, quiq; dulcedine nonnulla participat, modiceq; salsus est, neq; lachrymas, cũ inciditur, profundit, neq; tardius aluo secedit, sed odore & sapore iucũdus, moderateq; pinguis est, atq; ex bono lacte pulcherrimè elaboratus is vtiq; reliquis oĩbus longe multumq; pręstat. Verùm post alios cibos vltimo loco, & exigua plane copia ingerendus est, alioquin & ipse, nihilo secus ac reliqui casei, ventriculũ grauat, coctioné impedit, aluũ cohibet crassos humores, atq; flatus in corpore, lapidéq; in renib. parit: Solus igit.

Ca-

Caseus ille bonus, quem dat auara manus.

Plura de hoc apud Galenum. lib. 3. c.16. de alimen. facul. & lib.10. cap.9. de simpl. medi. facul. in lib. de cibis boni & mali succi cap.6. Paulum libr.1.c.89. & Aetium lib.2.cap.101.

SEXTVM, caro salsa. Caro.n.sale cōdita; atq; Sole deinde aut vento siue fumo exarefacta, cuiuscūq; ea generis, vel animalis fuerit, substantia cùm duriore, tum ad coquendum ét difficiliore constat, & tardius permeat. Alimentum quoq; corpori præbet exiguū & mali succi, ideoq; sanguis inde generatus crassus existit, atq; melācholicus, ac ꝓinde, si frequens eius vsus fuerit, non solùm infirmis, verumetiam sanis officit, quēadmodum idipsum ex Galeni lib.3. c.6. de loc. affect. & cōm.18. libr.2. apho. & post eum ex Auicēnę. 2.1. doct.2. in fine capitis.15. apertè colligitur. *Caro salsa.*

SEPTIMVM, caro ceruina, cui & ipsi sane cū oībus duris & siccioribus carnibus hoc cōe est, vt succum vitiosum, concoctu difficilem, ac melancholicum generet. Id quod Galenus in lib. de renum affec. digno. & medicat. c.26. clarissimè ostendit, Ceruinam, inquit, carnē vitabis, quippe q̄ dura sit, concoctu difficilis, & melācholice. De ea hoc amplius Simeon Sethi scribit: Vnicè cauendum, ne quis carne vescatur ceruorum, qui *Caro ceruina.*

per æstatem capiuntur, quod eo nimirum tpe viperas sæpè & serpentes deuorent, atq; ideo sitibundi admodũ fiant. Attamen, cùm naturæ instinctu edocti nouerint sibi futurum exitio, si ante illorum concoctionẽ aquam hauserint, fortiter sitim tolerant, eaq; incenduntur. Ceruorum igitur carnes eo anni tpe venenosæ ac valdè noxiæ sunt: & idcirco obseruandũ, ne quis eis per æstatem vescat. At verò hyeme tutius sumunt, meliusq; ab innato calore superãtur. Nisi.n. probe concoquantur, crassum humorẽ generant, iecurq; & splenem obsepiunt obstruuntq;. Quinetiã corpus tremulum atq; infirmum euadere ex frequenti & immoderato eius vsu traditur.

Caro leporina. OCTAVVM, caro leporina. Hanc Paulus Psellus, & Rhazes inter cibaria atram bilem gignentia connumerant. Simeon Sethi, quasi colligens, quæcũq; à veteribus dicta erant, in hũc modum de ea scribit: Leporum carnes, his qui exiccare corpus volunt, sunt valde vtiles. Qui verò temperatura sunt ficciore, minus conferunt: sanguinem.n. crassarum partium & melancholicũ gignũt, aluum cohibẽt, & vrinam proritãt. Qđ si tñ probè concoctæ fuerint, non oĩno male nutriunt. Contrà verò, obstructionem hepati ac spleni efficiũt, pulmoniq; nocent, & immodicis torquent vigilijs.

Isaacus

Isaacus in diętis vniuersalibus, leporinā pro pharmaco potius q̃ alimento habendam censet. At nec hoc quidem ignorandũ, q̃ tũ hæc caro, tũ ceruina quoq;, si fuerint animalium ętate declinantiũ, simpliciter sint euitandæ. Si quis tñ comedere oĩno expetat, ei sane partui partui propinquiores sunt eligendæ, quo nimirum naturalis earum siccitas ab ætate tẽperetur. Eadem ratione & pinguiores longe cæteris antecellunt. Siccitas namq; pinguedine correcta ad mediocritatẽ in eiusmodi aĩalibus inflectitur. Verum de hac ipsa Ioãne Manardo lib. 13. epist. 4. diligentius nemo disseruit.

NONVM, caro bouina: circa quã notandum in primis, & fœminam ipsam, q̃ vacca dicitur, & vtrunq; marem, tam eum, qui castratus est, quàm cum ẽt, qui integer ad speciei propagatione reserua tus, taurus nominatur, cõi hac bonũ appellatione significari. Atq; hi sanè non parum inter se ætatis ratione differunt. Extremæ nanq; ętates, vt in alijs nõ paucis, ita in his quoq; vitiosæ sunt. Mediæ verò optimæ & saluberrimæ. Vitulorũ igitur recens editorum caro nimis mucosa & excremẽtitia est. Bimestres aũt, quiq; paulò vltra citràve eam ætatem consistunt, tẽperamento viciniores sunt, & carnes habent ad concoquendũ perfectis bobus p̃stantiores, & multũ alimen- *Caro bouina.*

ti corporibus exhibent, boniq; ſucci ha bentur. Profectiores verò, qui tñ florentem ętatem nondũ attigerunt, tẽperamento ſunt q̃ ſenes minus ſicco, magisq; ijs iuuenib. conueniunt, qui bono ſunt corporis habitu. His perfectæ ætatis boues valentius quidem alunt, ſed ægrius tum cõcoquũtur, tũ in mẽbra diſtrahuntur. Porrò ad ſenium vergentium, atq; ipſorum ẽt ſenum carnes duræ, ſiccę, nerroſę, concoctioniq; rebelles ſunt, & melancholicum humorẽ efficiunt, ſolisq; ventriculos habentib. calidiores, atque illis inſuper, qui vehementer ſeſe atque immoderatius exercent, cõcedi poſſunt. Quod libr. 4. de vict. rap. in morb. acu. apho. 99. Hippocrates ẽt ita ſcribens atteſtatur. Bubulę carnes melãcholica proritant παθήματα. Nempè horũ natura inſuperabilis eſt, nec quiuis ventriculus eas cõcoquere põt. Galenus quoq; lib. 3. cap. 1. de alim. facul. idẽ ijs ferè confirmat verbis. Carnes bubulę alimentum quidẽ & ipſæ corpori ſuggerunt non mediocre, neq; diſsipatu facile: & ſanguinẽ tñ generant, quã conueniat craſſiorem. Quod ſiquis tẽperamento naturali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico prehẽdetur, ſi largius his veſcat. Affectus aũt melancholici ſunt, cãcer, elaphas, ſcabies, lepra, febris quartana, & q̃ peculiari nomine melãcholia

nomi-

nominatur. Lien itē quibuſdā à tali ſuc co intumeſcit:quā rē καχεξίας,i. prauus habitus,& hydropes ſæpe numero conſequitur. Cęterum qua ratione incōmo dis,quę frequentiorem earum vſum excipere ſolent,prouidendum ſit, luculen ter & perſpicuè. Simeon Sethi in hunc modū ſcribens edocuit: Si quis eas edere velit, ſummaq; cupiditate appetat, vel cogatur ēt,is medeatur nocumento, quod inde futurū ſperatur, aceto & alijs cum ruta intingens. Idem quoq; autor eſt,earundē iure ſiue brodio, ζωμῷ Gręcis appelato, fluxus vētris ex flaua bile cohiberi.

Vaccinæ, cùm præter ſucci prauitatem ēt ſexus ratione frigidiores ſint,meritò à ſanitatis tutela eximūtur, non tñ ab eis, quēadmodum nec ab alijs, q̄ hactenus dicta ſunt, ex toto abſtinendum eſt: ſed oībus interdum; optimis verò, quantum fieri pōt,ſępius vtendum.

DECIMVM, caro caprina: de qua idē ferme qđ de bouina dicendū. Hœdi enim perinde ac vituli, carnes ad conficiendū perfectis capris meliores,& tuendæ valetudini accōmodatiores habent. Moderatè nutriunt, ſanguinemq; tenuē & humidum gignunt: Pręſtantiores & probioris ſucci ſunt lactentes adhuc,& maximè ſi neq; tenelli admodūm, neq; *Caro caprina.*

natu

natu grandiores fuerint. Simeone Sethi rufos & glaucos, Rhazes verò rubros in nigrum inclinantes, ac pingues præfert Baldacho fœmellæ q̃ masculi carnẽ temperatiorem,& siccitate remotiorem esse, placet. Mirificè calidis & siccis temperaturis,atque insuper delicati & ocio sę vitæ dediti, & conferunt. Hirci carnem quidem habent minimum humidam,pituitosam,ac lentam,ob fœtorem tamen ingratã, & stomacho inimicam, ægrè concoquitur,& ad succum bonum generandum parum idonea est. Hanc

Arietina sequitur arietum, pòst taurorum. Porrò in ijs oĩbus carnes castrorũ sunt prędstantiores: senum aũt pessimę. Caprina in tota valetudinis cura obseruationeq; vitanda est. Nam Hippocrate libr.4.de vict. ratione in morb.acut.teste, habet mala,quę in bubulis sunt oĩa, & cruditatem,estq; flatuosior, & ructus magis generat: acris est,malumq; succum efficit. Ineunte tñ ęstate, & circa eius medium caprę melius agunt, longeq; seipsis in cibo pręstantiores euadunt. Tunc.n.arborum & fruticum surculi & germina, quę ijs maximè idoneum præbẽt alimoniã, frequentissima sunt. Ac proinde habitiores etiã,ac pinguiores, nobisq; alendis accõmodatiores fiunt. Quod aũt alimonia ad carnis bonitatem plurimũ possit,argumẽto sunt euidẽtissimo vulpes,

quę autumno probatissimā ob vuas habēt carnē. Sic passer & ficedula per idē tps maximè laudabilem carnē obtinēt. De caprina plura Galenus lib. 3. cap. 1. de aliment. facul. & de attenuante diæta cap. 6. & cōment. 101. & 102. in lib. 4. Hipprocratis de vic. rat. in morb. acut. & Paulus libr. 1. cap. 84. & Aetius lib. 2. c. 119. Atq; hactenus quidem de cibis & carnibus vitandis. Exigit nunc ordo, vt de electione alimenti, quod partim à iā dictis partim verò ab alijs quibusdā animalibus sumitur, nōnihil ēt dicatur. Siquidem de eo haud parua inter ipsos artis medicæ scriptores controuersia est. Galenus. n. vt & alij non nulli, porcinæ palmam vetulit: Rhazes verò, Auicēna & Auerroes hędinam prętulerunt. Sūt etiam quibus vitulina prestātior videatur. Porro electio hæc & p̄stantia multipliciter attenti pōt. Et primo quidem ratione tum similitudinis, quā cum humanis obtinent carnibus, tum maioris quoq; & discussu difficilioris alimenti. Quo sanè modo porcina ceteris oībus longè antecellit. Maxima. n. illi cum humano corpore similitudo est, quēadmodum Galenus lib. 3. de alimen. facul. c. 1. disertè ijs verbis ostend t. Suillę carnis similitudinem cum humana ex eo poteris intelligere, quod quidam carnes humanas pro suillis sine vlla in gustu vel olfa-

olfactu suspicione comederunt: id n. ab improbis hospitibus, & alijs quibusdã factum fuisse, iam compertum est. Idem lib. 10. de simpl. med. fac. cap. 2. Sanguis, inquit, suillus humano maximè temperie similis est. Siquidẽ & carnes suũ humanis sunt similes. Comperti n. sint hospites & coqui cõplures, q humanas carnes pro suillis venderẽt: tametsi qui eas edissent, nullum oĩno discrimen percipere potuerint. Quin & ipse narrantes audiui viros fide dignos, sese in diuersoriò publico ius esitasse delicatum cũ carnibus suauissimis: cæterùm cum iam pene saturi essent, inuenisse digiti partem anteriorẽ, q̃ videlicet ad vnguẽm est, quò perculsi ac metuentes eos qui agebant in diuersorio, ne, s. se quoq; vorarent, ceu ei rei assueti; protinus quidẽ illinc exire, ac vomitu redditis quæ ederant, ita iter denuo ingressi sunt. Sed & in ipso facinore homines mactantes deprehensos, non ita multò post referebant. Itaq; iure quispiam existimet suillã carnem humanæ esse simillimã. Quod deinde suillam carnem validissimè nutrire diximus, hoc Gal. lib. 3. cap. 1. de alimen. facul. in eum modum scribens confirmat. Oĩum ciborũ suũ caro potẽtissimè nutrit. Cuius rei athletæ certissimũ tibi præbẽt indicium. Si. n. paribus exercitationibus parem molem alterius cibi

pridię totum diem cõnederint, postero die statim sentient sese redditos imbecilliores. Quod si pluribus deinceps diebus id fecerint, nõ imbecilliores modo verumetiam alimenti penuria macilentiores palam conspiciuntur. Idem lib. 7. metho. meden. c. 6. ijs ẽt testatur verbis: Oĩum, quos nouimus ciborum, maximè nutriens suilla caro est. Quin & ipse Hippocrates lib. 6. epidem. pa. 3. aph. 4. quum iam corpus ex multis exercitijs conciderit, suillas carnes assatas exhibere pręcipit. Porro alimentũ, quod inde sumitur, firmum esse, neq; dissipatu facile, satis confirmat Galenus in lib. de attenuante diæta, c. 6. Vbi sic scriptũ reliquit: Suũ domesticorũ caro oĩum aliorum ciborũ firmissime nutrit. Multũ. n. in seipsa hẽt lentorem tum ꝑꝑ vitã desidiosam, tum ꝑꝑ cibi humidioris affluentiam. Et similiter in lib. de renum affec. dignot. & medic. c. 26. E[?]pedestrib. optimi succi est caro suilla, & hominibus maximopere familiaris, maximeq; tũ nutribilis, tum corroborans ob id qui diutius ea victitant, iecoris & renũ obstructione corripiuntur, quibus hęc à natura astrictos meatus habent, eoq; longiori ab ea interuallo abstinendũ. Quia verò gultinosum, vt dictum est, & crassum succum generat, ideo Hippocrate assãtam exhibere iussit: quo nimirum visco

sitate

ſitate ac craſſitie ab ignis caliditate nõ-nihil conſumpta, minus humida ac glutinoſa edatur. Idem lib.4.de vict.rat.in morb.caut. aphor.103. eiuſmodi carnem abſq; pelle, hoc eſt, cute mandendam eſſe docuit. Cutis.n.animalis vtpote frigidior carni ſimiliter concoqui nata non eſt. Quæ aũt ob aſſationem ambuſta eſt, tum ad ſucci bonitatem, tum ad concoctionem inhabilis exiſtit, cholera mq; parit pp eam quę huic accidit acrimoniam. Ibidem pinguiſſimã quoq; ſuum carnem, ea, q̃ medij & bene carnoſi habent, deteriorẽ exiſtimat, ſuſpitionem humiditatis habens ob q̃ pinguedo omnis carne ſui generis deterior, tũ ad concoctionem, tum nutritione exiſtit. De ſuilla hoc amplius Galenus in libro de cibis boni & mali ſucci c.4. Suilla caro, ſi exactè in uentriculo cõcoquatur, tum in ſanguinẽ à iecinore cõuertatur, probatiſſimos humores gignit. Quod intelligendum vtiq;, non de carne ſuum vetuſtiſſimorũ: ea.n. ob ſiccitatem & duritiem ægrè concoquitur, ad ſuccum vitioſum generat: neq; parculorũ lactentium: nempe hi terreſtrium ferè oĩum, quæ vorant homines animaliũ maximè humidam & incrementitiã obtinẽt carnem. Atq; eam ob rem plorima inde generatur pituita. Sed ætate mediocrium. aniculorũ videlicet, vel bimorũ. Idem

Galenus

Galenus ēt libro paulò antè citato, capite duodecimò attestatur. Ex animantibus, inquiens, quorum natura ad bonos humores gignēdos aptissima est, & sues mediocris ętatis habent: qui.n.ad summum creuerint, hominibus vigentis ętatis, seq; exercētibus: qui verò adhuc increscunt, ijs, quorū ętas inclinat, idonei sunt. Caro ex porcellis paruulis excrementis scatet. Quare & pedestribus animantibus suilla caro probatissimus cibus est. Et hoc quidē tametsi in vtroq; genere, tam domesticorū, q̃ agrestinum verè dicatur, agrestes tñ à Galeno longè cæteris anteferūtur. Atq; hinc adeò in libro de attenu. diæta c.6. sic inquit: Apri suibus domesticis in cibo sunt anteponēdi. Et lib. 8. meth. meden. c.2. Ex ipsis suillis carnibus optima est montana. Cuius causam Galenus lib.3. de alimen. facul. c.13. hanc esse tradit. Domestici, inquit, sues temperie humidiores sunt, q̃ agrestes tum ob aeris, in quo degunt, humiditatem, tum verò ob vitæ ignauiam. Qui verò in montibus degūt, multū exercentur, ac fatigantur: pręterea in aere sicciore viuunt, quapropter eorū caro est durior, nulliusq; prorsus pinguedinis, aut paucissimæ particeps & alimentum, quod inde prouenit, minus habet excrementi: cōtra excrementitiū est, q̃ à domesticis sumitur. Necesse

ſe igitur eſt, alimentum eiuſmodi nutri re valentius, q̃ alterum, ſuccumq́; gigne re multò meliorẽ. Addit præterea Auicenna lib. 2. Cano. c. 146. eoſdẽ hyeme meliorem ſanguinis habitum conſequi, longeq́; ſeipſis in cibo euadere præſtan tiores. Ex omnibus hactenus adductis, ſa tis iã liquet, hominibus ætat florentibus, fortibus, ſanis, & quãlibet fortẽ ac vehementẽ actionẽ obeuntibus, vtpote foſſoribus agricolis, meſſoribus, cæteriſq́; id genus operarijs modò ab oppilationibus puri atque vacui ſint, ac deniq; ijs ẽt, qui impinguari cupiunt, ſuillam potiſſimum adhibendam. Ad eiuſmodi.n. corporũ conſeruationẽ alimento plurimos firmo, atq; ęgrè diſſipabili opus eſt. Rectè itaq; Rhazes libr. 3. ad Alman. c. 9. Craſſa, inquit, càro multum ſeſe exercentibus conuenit, ijs vero, qui vitã in maiori ocio ac quiete degũt, ſub tilis & extenuãs. Quod Auicẽna quoq; 3. 1. doct. 2. c. 7. ita fermè ſcribens confirmat: Vehemẽter ſeſe exercentes multoque labore fatigati, firma magis & craſſa alimenta requirũt.

SECVNDA vero carnium electio à temperamento, cõctione, & ſucci inde geniti probitate ſumit: atq; eã quidem ratione hœdinæ longe cæteris præfetuntur. Nã vt Rhazes loco paulo antè citato autor eſt, temperatura ſunt mediocri,

dioeri, nullius prauitatis participes, facilè cōcoquuntur, tum ſanguinem quoq; inter ſubtilem & craſſum, calidū ac frigidum temperatū efficiunt. Illis tñ, qui multum exercentur, in cibo minus idoneæ ſunt: ſiquidem alimentū, quod corpori ſummittunt, forti exercitio, ſiue labore celeriter diſcutit. Iuuenibus temperatis mediocri exercitio vtentibus, quemadmodū ex illis quoq;, de quibus ſuprà dictū eſt, magis conueniunt. Porrò quemadmodū hac ratione inter animalia domeſtica caro hœdina præſtantior eſt, ſic inter agreſtia quoq; capreoli facile primas obtinent: poſt hœdinam aūt ſecundū locum arietina ſibi vēdicat, ſi quid Rhazę atq; Auerrhoi credimus. Quorum ille quidē lib. 3. ad Alman. c. 9. ita ſcriptū reliqt. Caro arietina q̃ hœdina craſſior eſt, viresq́ue magis auget, ſed plures efficit ſuperfluitates; in bonitate tñ hœdinam ſequitur carnem. Hic vero lib. 5. ſuorum collecta c. 32. de eadem hæc ſe hęc ferè prodidit. Poſt carnem, inquit, hœdinam eſt arietina, atq; ita oēs propè medici ſentiūt, præter Galenū, qui arietum carnes abominatur: perſuaſum.n. habet, vitulinam arietina longè melioris eſſe nutrimenti. Sed Galenus forſan hanc præſtantiam ex eo attendit, ꝙ vitulina plurimum nutriat, & nutrimentū eius ægrius diſſipetur, Arie-

tina

tina verò insigni humiditate prędita sit. Nam humidius alimentum, & distribuitur, ita ēt discutitur celerius. Locus Galeni, quem Auerrhoes citat, est (ni fallor) in libro de cibis boni & mali succi c.12. verba Galeni sic habēt: ex pedestribus animantibus caro suilla probatissimus cibus est, deinde hœdina, mox vitulina. Agnina verò humida, tum lentorem, mucoremq; in se habere censetur. Quód idem in libro de attenuante diæta c.7. velut repetens inquit: Ex terrestribus animalibus, hirci & arietes, & genus omne ouiū, ac caprarum, non vndequaq; laudabilis sunt alimenti. Solis aūt hœdis innoxiè vtare. Agnorū esus propter insignem humiditatem est fugiendus. Ex quibus vtiq; locis fit hoc ēt perspicuū apud Rhazē atq; Auerrhoen, agnos masculos, qui aliquātulum increuerint, per arietes esse intelligendos. Id quod ipsemet Auerrhoes his verbis cōfirmare vr. Magna pars Medicorum laudat carnes arietum iuuenum, &c.

TERTIA, demum carniū electio siue præstantia in eo sita est, vt neq; insuaue, neq; mali odoris, neq; glutinosum quicquam gustu repręsentent. Tales aūt imprimis vitulinę sunt, queadmodum Auerrhoes loco citato iis ferè verbis ostendit. Carnes, inquit, vitulinæ bonæ sunt: minus.n.q̄ boum ętate declinan

t.um

tium carnes habent tum viſcoſitatis, tũ frigiditatis,ac ſiccitatis,tũ odore quoq; ceteris carnib. ſuauiores, & iucũdiores ſunt. Qua certe cõſideratione ipſis etiã hœdinis præferuntur. Siquidẽ in coctura hœdinarum muccago,hoc eſt,lentor, ſiue viſcoſitas quædam deprehenditur, quæ in vitulinis nõ apparet. Hœdinæ tñ vitulinis ſucci probitate p̃ſtant. Ex oĩb. quę hactenus adducta ſunt,liquido iam conſtat, non eſſe tantam inter Medicos de carnium electione cõtrouerſiã, quanta prima facie apparet. Hoc quoq; ſcire in vniuerſum oportet,quod ſiccorũ animalium carnes in prima ætate, quę humidior eſt, pręſtantiores ſint, & minori momento conficiantur. Cùm verò adoleuerint, ob ſiccitate ægrè concoquantur. Contra humidioribus animalibus carnes progreſſu tp̃is cõſumpta humiditate ſuperflua,aptiores & ad cõcoquendum & ad nutriendum fiant. Quod Galenus etiã lib. 3. de aliment. facul. cap. 1. in hunc ſcribẽs modum innuere voluit. His,inquit,animalibus, quæ natura tẽperamento ſunt ſicciore, adoleſcens ætas ad mediocritatem ipſam confert: humidiorum verò natura, quod ſibi ad probam ac conuenientem tẽperiem deeſt, id ab ętate florenti adſumit. Non modo itaq; vituli carnes habent ad conficiendum perfectis bobus pręſtãtiores, ſed ẽt

hœdi

hœdi capris: velut contra veruecces anniculi agnis lactentibus, & porci anniculi vel bimi poculis paruis. Hinc non temerè ab Auicēna. 3.1. doct. 2. cap. 7. dictum est. Oportet vt cibus, nimirùm sanitati cōueniens, sit, qualis caro est, pcipuè hœdorum, vitulorum lactentium, & agnorum anniculorum.

Ex quibus oībus sequitur, tandē, carnes hircorum, caprarum, arietum, ouiū, boum, atq; verriū antiquorum, non vndequaq; laudabilis esse alimenti. Carnes verò vitulorum iuuenum, agnorum anniculorum, & maialium anniculorū vel bimorum valetudini tuendæ esse accōmodatissimas. Hoc quoq; ignorandū non est, q carnes naturali tēperamento sicciores, sint exliandæ: quò nimirum ab aquæ humiditate contēperentur. Elixatio.n. siccitatem tēperat. Humidiores verò assandæ, nēpè vt earum humiditate ab ignis calore attenuata nōnihil atq; imminuta, mediocritatē consequantur. Assatio.n. ex Galeni snīa, humiditatem moderatur. Quo fit vt carnes leporum, cuniculorum, ceruorum, boum, & capreolorum elixę: porcellorum verò ac veruecum assæ sint preferendæ. Eadem ét ratione in ætatibus, tēperaturis, atq; anni constitutionibus humidis, sicciores & assæ carnes magis cōueniunt: In siccioribus vero humidę atque elixę.

¶ De

¶ *De cibis bene nutrientibus.* *Cap. VIII.*

OVa recenta, vina rubentia, pinguia iura,
Cum simila pura, naturæ sunt valitura.

Tria alimẽtorum genera exigua mole plurimum nutriẽtia his versibus comprehenduntur.

PRIMVM, oua recentia: de quibus Galenus lib. 3. de alimen. facul.c.21. in eum scribit modum: Oua recentia veteribus plurimum præstant: quippe optima sunt recentissima; vetustissima autẽ pessima. Quæ verò in horum medio sunt, proportione recessus ab extremis, bonitate aut prauitate inter se differũt. Idem lib.1. aph.cõment.4. oua inter alimenta pleni victus numerauit. Quam sñiam Auicenna quoq; cũ alijs plerisq; locis, tũ maximè.4.1.c.1. ijs fere verbis cõfirmat. Quandoq; est nutriens paruæ quantitatis plurimo reficiens alimentum: eius generis sunt potissimũm oua & testes gallinacei, quorum fere nutrimentum cum ipsorum pensatur põdere. Porrò ouorum multæ inter se sunt differentiæ: Et prima quidẽ penes propriam substantiam. Gallinarum, n. perdicũ, & phasianorum iuuenum ac pinguiũ omnibus præstant, & ad victus salubris ra- *Ouorum differentiæ.*

tionem accõmodatiſſima ſunt: anatum verò anſerum, pauonum ſtruthiocamelorum & ſimilium deteriora habentur. In figura quoq; ouorũ aliquod bonitatis diſcrimen eſt: paruula.n.oblonga & candida reliquis, ſucci probitate excellere credũtur, id quod vulgaris ēt hiiſce verſiculis comprobatur.

Regula presbyteri iubet hoc pro lege teneri,
Quòd bona ſint oua, candida, longa, noua,

Quin ab Horatio quoq; hoc obſeruatũ eſſe ēt Plinius meminit, qui lib. 10. natural. hiſtori. c. 52. ita ſcriptũ reliqt, Quę oblonga ſunt oua, gratioris ſaporis putat Horatius Flaccus. Locus eſt libro. 2. Sermonum, Satyra. 4.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento
Et ſucci melioris, & vt magis alba rotundis,
Ponere.

Candida pręſtantiora dixit, atq; eius rei vel inde certiſſimum indicium colligas, ꝙ anatũ, & anſerũ oua plus aqueæ naturæ poſſideant, pallidioraq;, & ob id cibo minus idonea ſint. Quanquã verò oua per ſe quidẽ ſalubria ſunt, coctura tñ ratione non parũ immũtantur, adeo vt interdũ inſalubria fieri poſſint: Nam quędam diutius coquuntur alia ad mediocrem vſq; cõſiſtentiam alia in aqua eouſq; duntaxat, dum incaluerint, lixantur. Secundũ quas differentias, alia quidem ἑφθά: i. cocta vocãtur: alia τρομητὰ id eſt,

id est, tremula: alia vero ῥοφητὰ. i. sorbilia. Tremula itaq;, hoc est, quę eatenus per coctionẽ inspissantur, vt in manu tenentis in testa siue putamine suo tremere videantur, oĩum sunt pręstantissima, plurimũ alimenti & optimi succi corporibus exhibẽt, facillimeq; tum concoquuntur, tũ distribuuntur, & sanguinem cordi q̃ maxime congruentem generant. Quare ijs cumprimis qui ex morbo debiles adhuc sese colligunt, senibus, & imbecillibus conueniunt, præcipuè verò eorum vitelli. Quod Auicenna quoq; in libro de viribus cordis Tract. 2. c. 3. Vb ex ꝓfesso de ouis agit, sic ferme scribens cõfirmat oua tametsi cordis medicina non sint, ad refectionem tñ eius adsciscuntur. Nam ipsum valde corroborant, & potissimũm eorum vitelli, dummodo sumãtur ex ouis bonę carnis auiũ, velut gallinarũ, perdicum, ac phasianorum. Eiusmodi.n. temperatura constant mediocri cito in sanguinem conuertuntur, & post transmutationẽ parũ superfluitatis relinquunt: sanguis aũt inde genitus est subtilis ac clarus, cor maxime corroborãs: quo fit, vt ouorũ vitelli in dissolutione substantiæ spiritus, & imminutione ipsius sanguinis vitalis, ceteris alimẽtis iure pręferantur. Sorbilia aũt oua tremulis minus quidem nutriunt, sed facilius sub-
 ducun

ducuntur,& faucium aſperitates ex vociferatione, aut ex humorū acrimonia leuigāt: humorum quoq; lentorē in pectore pulmoneq́; incidunt. Oua verò immoderatio recoctura penitus denſata: quę Græcis ἐφθά vocari diximus, & ad coquendum ſunt difficilia, & tardi tranſitis, craſſiusq; alimentū corpori tribuunt. Porrò iiſdem ex vario præparationis modo maior adiungitur, aut bonitatis, aut prauitatis occaſio: nam hæc quidē aſſantur, alia elixantur, nonnulla friguntur, quædam deniq; in iure coquuntur. Aſſa igitur elixis craſſioris ſunt ſucci, ac difficilioris concoctionis: eorū.n.genuina humiditas à foci caliditate depaſcitur: atq; hinc ſane euſq; aſſata, donec adurantur ac tetrū odorem reddant, venenoſam qualitatē induunt quemadmodū Marſilius Ficinus in lib. de vita cœlitus comparanda c.22. diligenter admonuit. Solent aūt bifariam aſſari, aut.n.cum putamine feruentibus cineribus integra obruuntur, aut in teſtis ſuis franguntur. Quorum hęc quidē deteriora ſunt. Illa vero rurſus duobus modis parantur: aut.n.tota cinere cooperiuntur, aut ex parte nuda ad prunas collocant. Quæ cinere tota obruuntur peiora euadunt, quia dēſata vndiq; à circumfuſo igne extima parte, fumorum exhalatio intercinitur. Nuda verò

prunis

prunis imposita fumos exhalant depurantúrq;. Elixa assis præstantiora sunt: nam aquæ humiditas, ne foci caliditate exiccent, obsistit. Parant & hæc quoq; dupliciter. Vel.n.integra caldarijs supernè infusa elixantur, vel ex testis fractis in aquã ferme feruidã coniecta coquuntur. Quorum illa quidẽ, vbi penitus incrassata fuerint: deteriora habentur: testæ.n.quo minus crasities eorum attenuetur, ac fumi dissipentur, obstant & impediunt: sed si ab igne, cùm liquidum adhuc eoactum densatumq; nõ sit, auferantur, meliora fiunt. Hæc vero calor penetrat, crasitiemq; attenuat, & odoris insuauitatem auertit, vnde cæteris oĩbus laudabiliora censentur. Longe verò seipsis meliora adhuc redderent, si ad mediocrem consistentiam coctis, confestimq; à foco summotis aceti nonnihil cũ butyro & croci momento commistum inspergeret. Quæ verò ἐν τῷ ταγήνῳ .i. in sartagine spissantur, atq; ob id ipsum ταγηνιστὰ .i. frixa nuncupantur, pessimum habent oĩbus modis alimdntum, tardeq; transeunt. Nam interim dum in ventriculo concoquuntur, in nidorem ac fumũ abeũt, secumq; admistos cibos corrumpunt, & succus inde prognatus, non solùm crassus, verumetiam prauus atq; excrementitius est. Quapropter inter deterrimas ea-

rum rerum habentur, quę concoqui nequeunt. Iis verò nocentoria adhuc fiūt, quę in vetere & ferrea sartagine friguntur. In iure deniq; cocta. Isacco in dictis vniuersalibus teste, locum inter assa ac ea, quę in aquam feruidam coniecta coquuntur, medium obtinent. Porrò quę πνικτα .i. suffocata appellantur, elixis & assis sunt meliora. Ea Galenus ad hunc modū parare docet: Vbi ipsa oleo ac garo & pauco vini conspersa fuerint, vas quo continentur, cacabo aquam calidam habenti inditur: deinde vbi ipsum totū supernè obturatū fuerit, ignis subſtruitur, quo ad oua mediocrem habeant consistentiā. Quæ.n. supra modum fiunt crassa, elixis & assis sunt similia. Quę verò ad mediocrem crassitiem peruenerunt, melius q̃ dura concoquuntur, & alimentum corpori dant præstantius. In ipsis quoq; ouorum partibus discrimē est. Vitellus namq; sicuti à Rhaze lib. 3. ad Almanso. c. 14. scribitur, in caliditate temperatus existens optimè nutrit. Albumen verò frigidum & glutinosum est, ægrè concoquitur, & sanguinem prauum generat, eaq; ratione adducti nonnulli, albumen debilioribus exhibendum negāt. Vitellus quoq; proprietate quadā substātiæ facile inflammatur, & in fumos abit, quo fit, vt in febribus & ægritudinibus calidioribus

non nisi probè alteratus, exhiberi deat. Alteratur aũt ex Ioannis Michaelis Sauonarolæ sñia, ad horas plus minus sex in aqua frigida infusus. Simeon Sethi hoc quoq; addit: Oua proprietate quadam peculiari εὐφυΐαν.i. ingenij fœlicitatem & bona habitudinẽ tribuere ijs, qui κατὰ γάματος θυγατέρων ταύρου καὶ βουτύρου, hoc est, cũ textura filiarum tauri.i. mele & butyro asiduè esita uerint. Sed Galen. lib. 5. de sanita. tuen. c. 8. de cibis, ex quibus obstructio incidit, mentionem faciens, senes hortatur, à multo ouorum esu abstineant, quod nimirum crassum lẽtumq; succũ creent. Qui vtiq; locus non simpliciter de omnibus ouis intelligẽdus venit, sed de ijs, quę vel elixa, vel tosta penitus densata sunt itẽ de frixis & veteribus. Leonhartus Fuchsius hunc Galeni locũ in Gręcis exemplaribus corruptum putat, & pro ὠῶν legendũ esse ὄων.i. sorborũ, sũ enim καὶ ὔοα Gręcis, Galeno lib. 8. de simp. medicam. facul. c. 13. teste, sorba sunt, quę certè, vt idem tradit, adstringentem atq; adeo obstruentem facultatem obtinent. Leontius apud Constantinum Cęsarem lib. 14. de agricultura c. 17. ét modũ tradit. quo oua diu à corruptela seruabis, hyeme quidem in paleis, ęstate infurfurib. Alij aqua abluta oua sale tenui intingũt, & sic conseruãt.

Quidam ad tres aut quatuor horas in muriam tepidam mergunt, deinde extracta in furfures aut paleas deponunt. Attamen ei, quod in muriam aut salem impositum est, pars aliqua decedet. Ceterum plenum ouum, aut non plenum, cognosces ex immissu in aquā: defectuo sum.n.innatabit, plenum deorsum demergēt. Eadē ēt à Columella de re rustica lib.8.c.6.& à Plinio li.10.c.54.& 60. prodita sunt. De ouis plura Gale.lib.3. de alimen.facul.c.21.& in libr.de cibis boni & mali succi, cap.7. Paulus libr.1. cap.83.& Aetius libro.2.cap.132.

Vini differentia. SECVNDVM, vina rubentia: vbi ante oīa sciendum, vinum quidē ex eorum esse numero, q̄ nostrum corpus alunt. Nā si modo quicquid alit, alimentū est, vinum ēt in genere alimentorū est ponendum. Verùm ꝑ magna eius secundū colorē differentia est. Nam hæc quidē alba sunt, alia rubra & clara, nōnulla rufa, siue, vt vulgo dicunt: citrina. quædā verò nigra. alia rursus medium inter hęc obtinent. Ex quibus oībus alba ceteris tum imbecilliora ac minus calida habentur: tum minoris ēt alimenti: nō ergo ab re capiti neruisq; noxia sunt. vrinam cient, & meatus aperiunt. Quòd debiliora sint, manifestissimum omnibus fit ex ijs, q̄ Galenus cōm.1.in tertiū librum Hippocratis de victus ratione

in

In morbis acutis ſcrbit, inquiens: Vinũ potens vehementer celeriterq́; corpus calfacit, caputq́; ferit. Imbecillũ cõtrario agit modo. Cùm igit̃ minus & calfaciat & caput tẽtet, neceſſariò ẽt imbecillius erit. Quod deinde minus calfaciãt, idẽ cõm. 6. in citatũ Hipp. lib. clariſsimè oſtendit. Nẽpe, inquit, ex vinis albis nullũ valenter calfacere põt. Quod.n. ſummè calidum eſt, id continuò & flauũ exiſtit, veluti & quod ab ipſo eſt fuluum. Mox ab his rubrũ, & deinde dulce. Albũ aũt minus quidẽ his oĩbus calfacit. Qđ verum vtiq; experientia cõprobabit, ſi vina eiuſdẽ inter ſe territorij comparentur. Nam inter vina rubra & rufa Gallica nõnulla albis quibuſdã alibi natis longè & potentia & caliditate inferiora reperias. Quare eiuſdẽ territorij vina inter ſe conferenda ſunt. Quòd verò vina alba minus q̃ reliqua alant, declarat ipſorum natura, pręterea Galenus cõm. 11. lib. 2. apho. idipſum in eum ſcribens modũ cõfirmat: Vina aquoſa (ſic aũt nominant alba & tenuia) ſicut aquę ſimilẽ formã habent, ita ẽt vim: quare vrinam cient, & minimũ nutriunt. Idẽ cõm. 18. eiuſdẽ libr. Vina, inquit, aquoſa exiguũ præbent corpori alimentũ. Sunt aũt hęc colore quidẽ alba, tenuia vero ſubſtantia. Idẽ in lib. de cibis boni & mali ſucci ci c. 17. de iiſdem ita ſcriptum reliquit:

Vina quę aquosa tenuiq; substãtia sunt, vrinam mouent, & paucissimi sunt nutrimenti. Quòd minus ĕt caput feriant, Galenus lib. 5. de locis affectis cap. 5. iis ostendit verbis. Vinum album atq; modicè astringens, vt ventriculum robustũ efficit, ita haud quaq̃ tentat caput, id qđ facere solent ea, quæ vehementes vires obtinent. Auicĕna quoq; 3. 1. doc. 2. c. 8. in hunc propè modum scribens idem confirmat: Vinum album & tenue calorificis præstat non. n. capitis dolorĕ efficit, sed eundem potius vbi fortè ex stomachi ardore initiũ duxerit, humectando leuat. Cur autem cæteris caput minus feriant, eius rei causa alia non est, q̃ q minus fument euaporĕtq;. Quod deniq; meatus aperiĕt, vrinamq; moueãt, Hippocr. lib. 3. de victus ratio. in morb. acut. aphor. 6. iis verbis disertè significauit: Ad vesicam alio vino magis penetrat, vrinasque prouocat, & perpetuo perũpit, atq; multa ad opem his morbis ferendam facit. Rationem eius rei tradit Galenus. lib. 7. methodi medendi c. 6. in eũ scribens modum: Vina aquosa vires organorum adaugent, & expellendis excrementis viam faciunt. Eoq; fit, vt ĕt talia vina preter cætera vrinã moueant, qñ & ipsa totum corpus celeriter trãseunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt. Celeriter certè

tè transeunt, tum quia tenuia & tepida sunt, tum quia astringunt. Tenuitate.n. & tepiditate prompte mobilia fiũt, adstrinctio aũt ipsa magis impellit. Ex quibus iam illud quoq; elicitur nempe alba & tenuia vina tutò exhiberi corporis intẽperie vel naturali, vel quoquo modo aduentitia biliosis: ęque verò & studiosis, & quibuscunq; caput vel naturę ipsius habitu, vel ab alia quapiã extrinsecus obrepente causa, imbecillius existit: pari modò & iis, qui calidam & humidam cerebri tẽperaturam obtinent: quippe vina potentia ita adfectis aduersissima sunt. Cumulatim.n.quemadmodum loco iam citato Auicẽna oñdit, caput humoribus vaporibusq; & caliditate replẽt, valideq; cerebrum perturbãt, & maturius ebrietatem inducũt. Quòd si tñ res cogat aliquando eis vti, copiosiore prius aqua diluenda sunt. Iam verò & calidiorem ventriculi atq; hepatis tẽperaturã habentibus, nimioq; ęstu & ardore, fameq;, aut mœrore vexatis, atq; itẽ in anni tẽpore, regione, tẽpestateq; calida, vina debiliora magis conferunt: vt in quib. calida vina eos, qui refrigerandi sunt impensius calfaciãt, capitisq; dolores, & febres facilè inferant, neruosque lædant.

Vina verò rubra & clara, cuiusmodi Bellouacẽsia cumprimis habentur, cęte

ris calidiora sunt. Quod breuissime Galenus côm.6.in 3. Hipp.lib.de vic.rat. in morb.acut.his verbis significauit: vinum quod summè calidum est, id continuò & flauum existit. Eadem cęteris quoq; valentius alere, idem côm.11. lib.2.apho. ita scribens attestatur: Quæ crassa sunt & colore rubea, plus alimenti habent, q̃ reliqua vina. Inest aũt eis, & citissimè implere corpora euacuata, & ob hoc indigentia actione. Quod ita sanè intelligendum venit, vt vina rubea ea de causa firmius alere dicantur, ꝙ ex ipsis plus in mẽbrorum substantiã conuertatur. Hac rõne & nigra cęteris pręferri possunt, quod & ipsa nimirum non mediocre, neq; dissipatu facile alimentũ corpori tribuant, Atq; hinc certè nõ temerè à Galeno côment.18.lib.2.apho.ita sctiptum est: Crassa & falua multò quidem magis corpus alunt, sed tñ vincuntur à nigris in nutriẽdo plurimũ, quantũ superant in præstando aceruatum & velox alimentum. Eodem planè modo & illa intelligenda, quæ ab Isaaco in diætis particularibus scribuntur: vbi vinum nigrũ plenioris alimenti q̃ rubrum esse contendit. Cęterùm vina quidẽ hæc colore rubea, vt vrinã leuius, q̃ alba ciẽt ita maiorẽ capiti noxam adferunt. Animalis.n.facultas promptius q̃ naturalis aut vitalis, calido offenditur: Quia calidum

lidum caput propte ferit, ac spiritū animalem dificit. Spiritus.n.hic subtilis, ac vt ab omni excellente calido discutiatur, idoneus est. Quo fit, vt eiusmodi vina debile cerebrū habētibus exhibenda non sint, nisi diluta, & exigua planè copia. Ab ijs verò quibus bona cerebri habitudine ac firma sanitate frui datum est, tutius ebibuntur. Firma nanq; cerebri constitutio, vt eleuatis ad sese vaporibus strenuè obsistit, ita ab iisdem etiam minus offenditur. Vbi hoc quoq; ignorandum non est, nempè motus ingeniorum in eiusmodi hominibus, si vino bono ac potente moderatè vtantur, longe seipsis & ad excogitandū acutiores, & ad explicandū ornandumq; vberiores, & ad memoriam deniq; firmiores atq; diuturniores euadere. Spiritus enim tenues, clari, & puri ex bono vino potius, q̃ quouis alio potu generantur. Hinc est quod Theologica in contemplatione circa sacrosancta Dominicæ passionis mysteria, optima cumprimis vina deligunt, quæ ob id idipsum iā passim ét Theologica nominatur. Hæc vtiliter ijs quoq; dantur, qui calfaciendi sunt, vtpote pituitosis frigidisq; temperamentis, crudiq; humoris copia refertis, tum ijs, qui frigidis in locis ociosius viuunt. Dantur quoq; in hyeme frigidaq; & humida tempestate. His.n.omnibus,

Vina Theologica.

nibus, ideo quod frigiditatē corrigant, & obstructiones tollant, accōmodatissima sunt. Genuinum calorem refocillāt, vnde concoctio melior & sanguis probus euadit, cibum per oīa corpora mem bra, vt quæ facilè penetrent, deducunt. Quamobrem ex morbo ęmaciatos reficiunt, corporaq; ipsoru n augent. Etenim cibi cupiditatem faciunt, pituitam extenuant, & in sanguinem commutāt, bonum colorem conciliant, animo letitiam voluptatemq; pariunt, & robur adijciunt. Harum itaq; commoditatum moderata vini potio, immoderata verò contrariorum occasionem prębet.

VINA vero rufa, siue citrina, minus quidem q̃ rubea & clara, excellentius tñ q̃ alba tum calfaciunt, tum nutriunt: quo fit, vt caput ẽt q̃ alba magis offendant quemadmodum fusius comment. 1. & 6. in. 3. Hippoc. libr. de vict. rat. in mor. acut. Galenus monstrauit. Hæc ẽt alba à quibusdā vocari solent: hinc est quod quidam dicunt, vina alba cito plurimum calfacere.

VINA verò nigra minus q̃ rufa calfaciunt, vñ minus ẽt caput feriunt: sed cùm tardius ꝑ aluū q̃ alba transeāt, vrinamq; leuius moueant, vehementius ẽt quàm alba caput tentāt. Et hęc ipsa plenius quidem q̃ alba & rufa, minus verò quàm rubea nutriunt, vt copiosius lo-

cis

cis paulò antè citatis Galen. ostendit.

TERTIVM, pinguia iura: hoc est sorbilia ex iusculis carnium, & pręcipuè pullorũ cõfecta, ζωμοὶ καὶ ζωμίδια Gręcis, Brodia verò vulgo appellãtur. Quę sanè cùm naturæ amica sint, citius tũ cõquuntur, tũ per ventrem subeunt: nam quæcunq; cum voluptate assumuntur, illa ventriculus auidius amplectitur, faciliusq; concoquit: plurimum corporibus exhibent alimentũ, & bonũ sanguinẽ producunt, idq; excellentius adhuc si cum similaceo pane præparentur. Simila. n. vel similago. i. subtilissima ac purissima delicatissimi tritici farina, σεμίδαλις à Græcis dicta, copiosum & laudabile corporibus alimentũ præstat, vt testis est Rhazes lib. 3. ad almans. cap. 5. Tria hæc alimentorum genera, quæ exigua mole plurimum nutrire ostẽdimus, Auicẽna quoq; 2. 1. doc. 2. Som. 3. c. 15. breuiter iis ferè verbis complexus est: Cibus subtilis, boni succi, & plurimi alimenti, est, exẽpli gratia, vt ius carnium, vinum, & oua, eaq; tum sorbilia, tũ tremula. Talia. n. exigua male plurimum nutriunt, quia maxima substantię ipsorum portio in alimentum transit. Vnde sequitur tandẽ & robur insigne cõciliare ijs, qui ipsis sæpius vsi fuerint. *Iura à carnibus*

Additio iocosa de vino Theologico ex Chil. 3. cent. 2. Prouerb. 38. Eras. Rot.

Hac

Hac tẽpeſtate, inquit, apud Pariſios vulgari ioco vinum Theologicum vocant, quod ſit validiſsiſimum, minimeq́; dilutum. Nec infeſtiuiter quidam huius ſce Prouerbij cauſam rogatus, rñdit, A iureconſultis occupari, quas vocãt Prębẽdas, Decanatus, & Archidiaconatus, Theologis nihil reliquum fieri præter curata, quæ vocant, ſacerdotia. Cæterũ qm̃ de paſtoribus ſcriptum eſt, Peccata populi comedetis, nimirum ad cibi tam duri concoctionem opus eſſe vino efficaciſsimo atq; hinc eſſe natũ vulgi dictũ.

¶ *De cibis bene nutrientibus & impinguantibus.* *Cap. IX.*

NVtrit triticum & impinguat, lac, caſeus infans,
Teſticuli, porcina caro, cerebella, medullæ,
Dulcia vina, cibus guſtu iucundior, oua
Sorbilia, & ficus maturæ, vuæq́; recentes.

Duodecim alimentorum genera plurimum nutrientia & impinguantia hoc loco referuntur.

PRIMVM, Triticum vt panem videlicet triticeũ per triticũ intelligas. Hic enim Auicẽna teſte. 2. Cano. c. 572. celeriter

leriter impinguat, præsertim si ex nouo tritico præparatus fuerit. Porrò qđ ad tritici tẽperamentum attinet, ipsum est primi ordinis excalfacientium: non tñ nec resiccare, nec refrigerare manifestò põt, queãdmodum Gal. libr. 8. cap. 72. de simpl. medicam. facult. & post eũ Paulus lib. 7. luculenter & perspicuè docuerunt. Hinc ẽt Rhazes lib. 3. ad Almans. c. 2. ita ferè scriptum reliquit: Triticũ moderato proximũ aut paulò calidius est, pręstantia eius sumitur, partim quidem à propria substantia, partim verò à preparationis modo. Quod quidem ad substantiam attinet, est & in tritico non parua speciatim differentia: quippe qđ graue est ac densum, & in profundo flauum, copiosissimi id alimẽti est, crassiq; succi ac lenti: contrà qđ leue est & rarũ & album, minus nutrit, succumq; gignit grassum minus ac lentum. Atq; eius rei locupletissimus idemq; grauissimus testis est Galenus, qui lib. 1. de alimẽt. facult. c. 9. Ita scribit: inter tritica plurimũ habent alimenti, q̃ densa sunt, totamq; substantiam habent adeo cõpactam, vt dentibus vix diuidi queant. Talia. n. exigua mole corpora plurimũ nutriũt; quæ verò ijs sunt cõtraria, quęq; dentib. quidem facilè franguntur fractaq; rara ac laxa apparẽt, magna mole exiguũ reddunt alimentum. Quod si vtrorum pa-

rem modū pēdere libuerit, q̄ densa sunt, multò grauiora esse cōperies. Hæc autē sunt, colore ét laxis flauiora. Explorare aūt horum naturā non simpliciter oportet, superficiem externā duntaxat contēplando, sed diuidendo quoq;, vt diximus, ac frangendo: multa.n. quæ extrinsecus flaua ac densa fuerint visa, rara intus, ac laxa albaq; apparuerunt. Hęc ille. E quibus sanè verbis illud ét sequit̄, nēpe panem ex denso, graui, ac flauo tritico confectum, oīum esse tum p̄stantissimū, tum maximi alimenti adeoq; magis ét victus salubris rationi conuenire, q̄ qui ex quibuslibet alijs granis confectus sit. Panem aūt, qui ex nigro atq; inueterato tritico pręparatur, nemo affatim citra sanitatis dispendium mandet. Quòd si quis ei non assueuerit, etiamsi minimū sumpserit, ægrotabit. Est.n. iniucundus, grauis, concoctu difficilis, & mali succi. Cōtra verò, qui ex electo tritico conficitur, non modò ad concoquendum est facilis, sed hominum ét corporibus est saluberrimus, vt q sanguinem medium consistentia generet. Medium aūt Gale. lib. 3. de alimen. facul. c. 27. vocat, qui neq; admodum tenuis est, neq; aquosus, neq; vehementer crassus. Verùm hactenus de tritici secundum substantiam electione hæc dixisse huic sermoni, in quo præstantiam inquirere instituimus,

stituimus, satis sit, nũc reliquũ est, vt de pręparatione nonnihil etiam dicitur. *Sciendum*] igitur, ꝙ oĩa, quæ ex farina tritici friguntur, crassi sint succi, & tardè transeant, iecorisq; meatus, per quos fertur alimentum, obstruant, lienis imbecillitatem augeant, calculos denique in renibus gignãt. Quòd si tñ cocta bellè fuerint, atq; in sanguinẽ mutata, admodum nutrient. Tritcũ verò elixum, graue & concoctu difficile est edulium, & inflationes creat. Vires tñ habet magnas, si sic sumptum concoquatur, nutritq; validè corpus, ac robur insigne iis qui ipso vsi fuerint, conciliat, vt lib. 1. c. 14. de Alim. fac. & in lib. de attenuante diæta. c. 5. testatur Galenus. Concoctu aũt inter panes sunt facillimi, qui plurimum sunt fermentati, & pulcherrimè subacti quiq; in clibano igne moderato fuerunt assati. Nam ignis ardentior primo statim occursu superficiẽ externam circumurens in teste nondum indurat, acciditq; duplici nomine prauũ panem fieri: priori quidem, ꝙ partem internam habeat crudam atq; illaboratam: posteriori verò, ꝙ externam siccam habeat, ac præassatam ac testaceã. Porrò ignis moderato remissior, panem minus bellè elaborat, sed ipsum crudiorem relinquit: & maximè partem oẽm eius internã. Qui aũt in igne moderato, largiori spatio

ſpacio per totos ſeſpſos æquabilter aſſa ti fuerint, ij tũ beliſſimè in ventriculo concoquunt, tũ ad cæteras actiones, quę coctionem conſequuntur, erunt accõmodatiſſimi. Peſsimi aũt panes ij ſunt habendi, qbus nihil memoratorũ antè, adeſt. Plura Galen. lib. 1. de alim. facul. cap. 9. & infrà capit. 14. huius opuſculi.

SECVNDVM, lac, quod de eo lactis genere cum primis intelligendum videtur, quod ὀξύγαλα Græci, Arabes ado hoc vel adahohe, Barbari verò balbucam nominant. i. lac acidum ebutyratum, Germanicè *Botermelc.* Galicè *Lait au beurre.* Hiſpanicè *Leche de manteca.* Hoc enim cum plane calido ſiue recenti ſumptitatum corpora maximè impinguat. Verùm cùm frigidum ſit, ac craſſi ſucci, non ſimpliciter oĩbus, ſed ijs ſolis, qui id probè concoquant, exhibendum eſt. A ventriculo. n. qui quauis de cauſa frigidior eſt, minus belle conficitur: à tẽperato verò, quis ęgrè conficiat tñ aliquantum. Contra ventriculi iuſto calidiores, ſiue ab initio tales fuerint, ſiue à quapiam cauſa poſtea in eã temperiem ſint adducti, præterq̃ q̃ nihil ab huiuſce modi edulijs lędunt, cõmodò ẽt aliquo fruunt. Sed de hoc copioſius Gale. li. 3. de alim fac. c. 15. Intelligi ẽt de lacte caprino põt, de quo c. 7. abundè diximus.

Caſeus recens. TERTIVM, Caſeus infans ſiue recens:

cens:de quo Dioscorides lib.2.c.63.ita scriptum reliquit. Caseus recens sine sale sumptus alit, stomacho vtilis est, & facilè in membra delegatur: corpus auget aluum modicè emollit: alius tñ alio prę stantior, pro natura lactis, à quo conficitur. Eadē ferè tradit & Auicen. 2. Can. c.127. Etsi verò caseus iam dictus abundanter alit & corpus impinguat nihilominus tñ & ipsius esum consequunť nocumēta illa, q̃ c.7. recēsuimus. Quare ad scđæ valetudinis vsus inutilis habetur.

QVARTVM, Testiculi: quod primo quidem de gallorū saginatorum testiculis intelligendum est. De illis.n. Galenus lib.3. de aliment. facult. c.5. in eum scribit modum: Gallorum gallinaceorū altilium testes & suauissimi sunt, & laudabile corpori prębent alimentum. Et iterum vbi supra cap.6. Soli gallorū gallinaceorum testes vndequaq; sunt pręstantissimi, & potissimùm eorum, qui saginati fuerint. Et multò clarius adhuc c.20. eiusdē libri. Gallorum, inquit, gallinaceorū testes sunt pręstātissimi, pręcipuè altilium, & multò magis, si cib. eorum, quo sunt nutriti, seroso lacte fuerit imbutus: nam & boni sunt succi, & validè nutriunt, & ad coquendum sunt facillimi. Quin etiā Auicēna testimonio. 2. Cano. c.719. eadem cōfirmantur. Exigua prætereà mole, eodem Auicen. 4.1. *Testiculi*

c.1.

c.1.teste, plurimùm nutriũt. Deinde verò intelligendum ẽt de testib. suum iuuenũ mediocriter pinguium, qui nondũ coierunt. Nã quanto suum caro alijs est præstantior, tãto horũ quoq; testes aliorũ aĩantium testibus sunt meliores, quẽadmodũ disertè admodũ Gal. lib.3.c.6. de aliment. facul. demonstrauit. Illud quoq; hoc loco ignorandũ non est, nẽpe adulteriorum animalium testiculos, in quib. semen iam fermentatum est, ad coquendum esse difficiles, ac mali succi: Iuniorum vero, quæ nondũ coierunt, & in quibus semen nondum fermentatũ est, prestantiores sunt, & laudabile corpori tribuunt alimentum, si belle conficiant alij magis, alij minus, pro ea proportione, quam in carne inesse diximus.

QVINTVM, porcina caro: de cuius præstantia & effectu satis superq; diximus capite septimo.

SEXTVM, Cerebrum: de quo copiose admodum Galenus lib.3. de aliment. facult.c.7.in cum scripit modum: Cerebrum omne, cibus est pituitosior crassiq; succi, & tardè permeans: ac ad coquendũ difficilis. Non minimũ ẽt cerebrum omne stomacho nocet. Quidã aũt ipsius mollicie decepti, ipsum egrotis exhibent, cum preter alia nauseam etiã concitet. Quinimo, cùm cuipiam à cibo vomitum mouere vis, huius partem pinguitur

guitur cõditam, postremis epulis edendam exhibe. Illis vero caue exhibeas, qui cibum non appetunt, quos veteres ἀποσίτους appellabãt. Meritò igitur nemo cerebrũ ab aliis epulis mandit, cùm oẽs ipsa experientia docti, sciant ipsum nauseam excitare. Iure ẽt pleriq; cum origano mandunt, vti nõnulli cum sale variis modis apparato: quippe cùm crassi sit succi, & excremẽtitium oĩno sit accõmodatius, qñ cum incidẽtibus, & calfacientibus fuerit paratũ. Si tñ recte conficiatur, alimentũ corpori præstabit non contẽnendum. Hæc ille. Sunt ẽt qui cerebrum, priùs q̃ mandatur, super craticulam probe inassandum esse moneant: qđ scilicet eius immoderatio per ignis caliditatem magna ex parte corrigatur ac tẽperararetur. Rhazes lib. 3. ad Almanſ. c. 11. hoc ẽt adiungit, nẽpe, cerebrum calidæ quidem tẽperaturæ hoĩbus in cibo esse vtile, frigidioribus vero, quiq; vitã frigidis passionibus obnoxiam degunt, aduersissimum. Neq; id quidem temere. Quippe similibus, vt testis est Galenus cùm alibi sępius, tum pręcipuè libr. 1. de sanitate tuen. c. 10. quilibet excessus augescit, contrarijs emẽdatur ac minuit. Vt aũt summatim de cerebro perstringam, ad victus salubris rationẽ parũ accommodum est: quare ex interuallo potius ac parcè, q̃ assidue atq; affluẽter

co

eo vescentur, qui sanitatis tuendę curā susceperint. Quorundā tñ animaliū cerebrū ceu medicamentum valet. Sic cerebrum capreoli aduersus venena, & virulentarum bestiarum morsus remedio est. Terrestris leporis inassatum cerebrū manditur iuuãdis tremoribus, qui valetudine cōtracti sunt: affrictu aut cibo facilem infantib. dētitionem pręstet. Quidā ēt aduersus metū vtiliter edi prodiderunt. Cerebrum pulli & caponis in vino bibendum datur contra serpentium morsus, sanguinem à cerebri mēbrana profluētem sistit, & in cibo cerebri substantiam augęt, vnde & his, qui tardiori leniori q; ingenio ac mēte sunt, prodesse dicitur. Quod ad electionem attinet, Animalia volucria exiguum quidem habent cerebrum, sed ipsum tñ tantò pedestrium cerebro est præstantius, quãtò & siccius: volucrium aūt ipsorum, montana cerebrū habent quàm palustri a præstantius, pro aliarum oīum partium proportione. Porrò ex pedestribus animalibus Auicēna agnium prefert, post hoc verò vitulinum pręcipue commendat. 2. Cano. cap. 129.

SEPTIMVM, medulla: de ea Galenus lib. 3. de alimen. fac. cap. 8. hęc prodidit: Medulla, inqt, quæ in ossibus inuenitur, cerebro est dulcior, iucundior, ac pinguior: adeò, vt si ea inter se compa

rando guſtes,putaturus ſis cerebrum au ſterũ ẽt aliquid in ſe habere. Porrò medulla nauſeam prouocat,ſi liberalius ſumatur,quemadmodum & cerebrum;nutrit tñ & ipſa, ſi probè conficiatur Auicenna cum ſeminib.& pipere condit.2. cano.c.496. Quod delicati quidam lurcones, & artis obſonatricis periti faciũt cydonijs & paſſulis,Laudatiſſima eſt ceruina, mox vitulina poſt, hanc taurina, dein caprina,& ouilla Dioſco.li.2.c.69.

OCTAVVM, Dulcia vina, de quibus infrà cap.11.

NONVM, cibus geſtu iucundior,talis.n.non exiguum corpori tribuit alimentum, queadmodum Hippocrates ẽt lib.2.apho.38.monet, vbi ſic ſcriptum reliquit, Paulò deterior & potus & cibus,verùm iucundior, melioribus quidem, ſed iniucundioribus præferendus eſt.Q nam ſnĩam ipſe exponens Galenus Quęcumq;, inquit, cum voluptate aſſumuntur iſta ventriculus arctius amplexatur, & facilius concoquit. Refugere aũt conſueuit ea,quæ iucunda & inſuauia ſunt, vtpote quæ vel nauſeas vel inflationes,vel fluctationes pariant: quod quidem in plurimis etiam ijs qui boni ſunt ſucci cibis, accidit. Quando verò Paulò fuerit deterior, tunc in ijs qui libenter hunc aſſumunt, non modò non etiã deterior, ſed qñq; melior redditur.

Oua sorbilia. DECIMVM, oua sorbilia, quæ sane præcedenti capite parua mole plurimum alere ostendimus.

Ficus. VNDECIMVM, Maturę ficus: De quibus Simeon Sethi hęc tradit. Ficus admodum nutriunt, carnē tñ non compactam, neq; firmā generant, ceu panis & suilla, sed sublaxam ac subinanem, vt fabæ. Ventre flatibus implét, nisi probè concoquantur. Minus verò cæteris opo ris sunt mali succi, & ventrē proritant, & facilè exeunt. Et flatu dignam abstergendi facultatē obtinent, quo fit, vt post ipsarum esum nephretici multas arenas excernant. Maturæ ficus nihil propemodum oīno lædunt, proximeq; ad caricas accedunt, multaq; cum illis vtilia habent. Si quis tñ largius esitauerit, in vna re ab eis offendetur, quādoquidem sanguinem non admodum probum gignunt: quo fit, vt ex ipsarū vsu pediculorum multitudo proueniat. Oportet aūt post vsum ficuum alimentū quod incidat & extenuet, ingerere. Ad hæc fici pulmonem & thoracē iuuat. Aiunt insuper contra venena facultatem habere si quis singulis diebus ieiunus ijs vtatur. Caricæ pectus iuuāt, & ad tusses faciūt, vrinam cient, satisq; nutriunt, corporis etiā bonā habitudinem efficiunt. Ante cibum sumptæ ventrem irritant, sed nisi celerius ventrem pertranseant, nō bo

num.

num ſanguinem gignunt. Quapropter ſi ad ſatietatem vſq; crebro edantur, ſca biem & putritum excitãt. Cibus aũt bonus eſt, & aduerſus venena remedium, ſi cũ nucibus aut amygdalis comedantur. Renes expurgant, & iecoris lienisq; ob ſtructiones auferunt, verum calfaciunt, & ſitim inferunt, & flauum in calidioribus temperamentis bilem procreant. Addit Galenus: Iecori lieniq; inflamma tione obſeſſis eſſe noxias quemadmodum & ficus, non peculiari quadã & eximia facultate, ſed communi ratione dulcium oĩum ciborũ ac potuũ: obſtructis aũt illis, aut σκίῤῥῳ adfectis, ipſas ex ſeſe nil cõmodare, nec officere: ſed medicamentis incidentibus ac extenuantib. & abſtergẽtibus miſtas, nõ mediocriter iuuare. Proinde nonnulli mediocrũ in dictis lienis, ac hepatis affectib. exhib ẽt ipſas lõge ante cibũ cũ thymo, aut pipe re, aut zingibere, aut pulegio, aut ſatureia, aut calamintha, aut origano, aut hiſſopo. Ad eundem aũt modum, ſi caricæ cum alio quopiam eorum, quę facul tatem habent acrem, aut oĩno incidẽdi ac extenuandi, aſſumãtur, iuuabunt non ſolum ſic affectos, ſed etiã ſanos. Siquidem iecoris meatus, per quos fertur alimentum, apertos eſſe nõ ęgrotis modò, ſed ſatis ẽt eſt tutiſſimum. Ad eũ igitur modum vulgo ficubus cum attenuanti-

bus, ſale acceto, & garo pręparatis, veſcuntur, ꝙ ipſas vtiles eſſe experientia didicerint. Plura Dioſcrides lib. 1. cap. 144. Galen. lib. 2. de alimen. fac. c. 8. Paulus lib. 1. capite. 81. & Aëtius libro. 1.

Vuæ. DVODECIMVM, Vuæ recentes. i. dulces maturę. Nam ficus & vuæ, quemadmodũ inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus oĩbus magis nutriunt, minimumq; praui ſucci habent, præſertm cùm exactum maturitatẽ fuerint adepta. Porrò ꝙ ipſa nutriunt, maximo argumento ſunt ij qui vinearum fructum cuſtodiunt, qui cùm duos menſes ſolis viuis ac ficubus, quorum cuſtodiæ pręſunt, veſcãtur (niſi fortè panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tñ admodum fiũt: At caro, quæ ex ipſis gignitur, haud quaq̃ eſt firma ac denſa, quemadmodum ea, quæ ex carnib. fit: ſed laxa eſt ad pręlum da: ob id celeriter ẽt: cũ veſci ipſis deſierint, conſtringitur ac cõſidet. Verùm vuę minus alunt q̃ ficus, maximumq; id ipſis ineſt commodum, ꝙ velociter ſubeãt. Quocirca, ſi qñ hæſerint, grauiter lædunt neq;. n. retentæ bellè concoquuntur, & dum in iecur ac venas diſtribuunt, ſuccum crudum generant, qui non facilè in probum ſanguinem mutatur. Vinaceorum ſiue nucleorum ſubſtantia ſicca eſt, & quodammodo adſtringens oĩaq; inteſtina

testina peruadit nihil quod sensu depre hendi queat, à sese mutata. Vuæ verò tantisper à collectione dum membrana extrinsecus ambiens detumuerit, pensiles aeri expositę, neq; sistunt ventrem, neq; proritant, minusq; flatibus implēt, cæteris aūt facilius cōcoquuntur, & melius nutriūt. Non parua autem est inter vuas differentia, ꝙ aliæ sint dulces, aliç acidæ, aliç austerç, aliæ deniq; quç nullam vehementem hēant qualitatē, vocant aūt ipsas vinosas. Cæterū quç dulces sunt, succum habent calidiorē, & ob id sunt sitibundç: austerç verò & acidæ frigidiorem: vinosç aūt locum inter calidū ac frigidū mediū obtinent. Aluum subducunt dulces, & maximè si sint humidę. Olum quidē certè vsus (si quis moderatè sumat) est tutissimus, quum natura fuerint carnosç, ac maturç, siue in vite summam maturitatem obtinuerunt, siue quod maturitati deerat, ex consequenti suspēsione sint adeptę. Vuæ quæ albæ sunt, vehementius aluum turbant & subducūt, magisq; stomachum inflāt, ꝙ nigrę. Oēs verò ciborum appetētiam excitant, & Venerē. Cōuenit cùm eduntur, mēbranam & nucleos expuere, ꝙ difficulter conficiātur, quemadmodum luculenter, & perspicuè docuit Galenus lib. 2. de alimen. facul. c. 9. & li. 1. de locis affect. c. 4. & post. n. Simeon Sethi in

Syntagmate de cibariorum facul. Cęterum vuę recētes, è quibus vinacei exempti sunt, & celerrime per transeunt, cibisq; alijs pręeunt, si in ventriculum purum inciderint, & sumptę primis epulis fuerint. Quòd si sumptæ post alios cibos fuerint, aut ēt prauū succū in ventriculo offenderint, celerimè vnà cum alijs cibis corrumpuntur. Idē de alijs quoq; fructibus aluū subducentibus intelligendum. Si cui viridibus ac recētibus vuis vesci placuerit, ad horę ferè in aqua feruida vt maceret, ac frigida, deinde abluat oportet prius, q̃ mandere ipsas aggrediatur: quæ.n. ita pręparantur innoxię fiunt. Vuas, quę subtilem ac tenuem habeant corticem citius, deorsum concedere, minusq; ventrē flatibus implere: his verò cōtrarias contraria operari, Rhazes libr. 3. ad Alman. c. 20. autor est. Vuę acerbę atq; immaturę, frigidę & humidæ sunt, ventrem constipāt stomachum corroborant, & caliditatem à flaua bile ortam sedant, sed parum nutriunt. Succus inde expressus, qui Gręcè vocatur ὀμφάκιον vulgo Italorū & officinis Agresta, bibit ad recentē sanguinis excreationem, etiamsi rupta parte aliqua contingat: sed pauco & aquatiore est vtendem. Plurimis verò ante diebus inueteratus, cumq; stillatitio rosarum liquore decoctus atq; exhibitus,

nauſeantibus, & his qui cibaria in ventriculo non retinent, ſuccurrit. In cibo aſtringit, bilioſo alui profluuio & dyſenteriæ proficit. Sunt præter has ẽt vuæ ſiccæ, quæ, ꝙ in ſiccando Solẽ patiantur & ignem paſſæ ſiue paſſulæ vocant̃: hæ ſunt alijs vuis calidiores, ſtomacho gratiores. Valentius alunt, ſed minus ſubducũt aluum, eademq́; fermè cum aliis vuis habent rationem, q̃ caricæ cum ficubus. Multæ.n. fiunt dulces, acerbæ aũt oĩno paucæ: plurimæ verò ex vulci & auſtera qualitate ſunt miſtæ: quanquam dulces nonnihil quoq; auſtere qualitatis habent, & hauſtere dulcedinis. Ceterùm vt dulces temperamento ſunt calidiore, ita auſtere frigidiore. Ad hoc, auſteræ ſtomachum roborant, & ventrem conſtipant, & his multo magis acerbæ: mediam aũt quodammodo inter ipſas conſtitutionem dulces obtinent vt quæ nec ſtomachum diſſoluant: nec aluum ſubducant. Dulcibus tñ, vt vis quædam ſemper ineſt contemperandi, ita & mediocriter detergendi, quibus duabus facultatibus exiguas mordicationes, quæ os ventriculi infeſtant, obtundunt. bellè nutriunt, ex acinatæ pectus & pulmonem iuuant, ſtomachũ, iecur, & lienem corroborant. Cum nucleis manducatæ conducũt inteſtinis. Eſt tñ præſtabilius nucleos expuere, ꝑꝑ duritiẽ & terrã ip-

ſorum eſſentiam. Vuæ paſſæ pingues ſeptem drachmarum pondere, per ſex dies ſumptę ab ieiunio, purgãt phlegma, & ſanguinẽ abundare faciunt. Tota ſubſtantia familiares ſunt hepati, & vſu crebro conſuetæ. Nutriunt.n. ipſum & impinguant, ſanguini bonum colorem pręſtant, & humores percoquunt ob id feliciſſimè, exemptis vinaceis, miſcentur medicamẽtis hepaticis. Sed ſi paulò largius ſumantur, incendunt & exurunt ſanguinem. Præſtantiores aũt ſunt quæ tum pinguies ſunt, tum corticem habẽt tenuẽ, dulcioresq́;. Paſſulę minus quidẽ ꝗ caricę ventrẽ mouẽt abſtergũtq́;, ſtomacho tñ magis accommodanẽ. Plura Galen. lib. 2. de alimen. fac. c. 9. & 10. Paul. lib. 1. c. 81. Aetius lib. 1. Simeon Sethi in Syntagmate. Rhazes libr. 4. ad Almã. c. 20. Auicẽn. 2. Can. c. 737. Auerrhoes. 5. collectam. c. 37. Rabbi Moſes Trac. 3. ad Sultanũ Babyloniæ, & Iacobus Syluius lib. 1. de medicam. ſimpl. natura. Ex quibus ſanè oĩbus ſatis liquet, quæ de recẽtibus hoc loco dicunẽ vuis; ea etiam de paſſulis eſſe intelligenda.

¶*De boni vini proprietatibus. Cap. X.*

VIna probantur odore, ſapore, nitore, colore.

Si bona vina cupis, quinq; hæc laudantur in illis:

For-

Fortia, formosa, & fragantia, frigida, frisca.

Quatuor generalis boni vini differẽtias primus versus complectitur, cuiq; eę omnes insunt, idipsum vulgari ioco, nimirum ob colorem, odorem & saporem, *Cos*] appellari solet.

Prima quidem Odor est. Vinũ.n. instar aromatis vnguentiq; suaueolens, Constantino Africano lib. 5. Theorices cap. 28. teste. alimentum corpori suppeditat non mediocre, succum gignit laudabilem, partes principes facultatẽ, ceu fontes corroborat, facultates animamq; exhilarat, spiritus quoq; tenues adauget, eosq; languidos tantumq; non exolutos reficit & recreat: quo fit, vt solo ẽt olfactu λειποθυμία languentibus sæpe animum reuocet. Iucundo.n. odore, quẽadmodum in libro de alimẽtis Hippocrates testatur, vires celerrimè reficiuntur. Contra, quod fœtidũ est, natura abominatur: Spiritus nanq; crassos & melãcholicos, & malum succum generat, prauamq; fumorum qualitatem sursum transmittens capiti dolorem infert. Humani verò siue Ioãnitius de vini differentia, quæ ab odore sumitur, in supplemento cõm. 1. Galeni in lib. 3. Hipp. de vict. rat. in morb. acut. in hunc fermè modum scriptum reliquit: Vinum boni *Vini odor.*

odoris succū quidē gignit laudabilem, sed cùm calidiore sit tēperamento subtilioreq; substantia, corpus celeriter cal facit & caput vaporum copia infestat. Quod vero non boni odoris existit, sed feriētem quandā & in suauē nactum est qualitatem, etsi prauū procreat succum, capiti tñ ob frigiditatem & crassitiem suam minorē noxā suggerit. Quod nullo denique pacto odorem habet, sed est aquę instar inodorum, hoc ipsum, cū insigni crassitudine præditum sit, tm̄ abest vt caput offendat, vt ei ne vapores quidem aut fumos cōmunicare posit.

Vina sapor. SECVNDA, Sapor: quod pręcedente capite de iucundiore cibo diximus, si ad iucundiorem ēt vini saporem trāstuleris, nihil erit quod nos de ipso nouum dicere oporteat. Etenim & hoc quoq; cum voluptate assumitur, auidius à ventriculo attrahitur, & melius nutrit. Non ignorādum tñ hoc loco, quod & vini secundùm gustādi qualitatem permagna sit diuersitas. Dulcia.n.eodem Constantino teste, plus alijs nutriunt, sanguinē crassiorem generāt, ventrem humectāt, concoctioni renitūtur, & sitim excitāt, Fontica siue στυπτικὰ stomachum quidem corroborant, ventrem constipant, & intestinis conueniunt sed in thoracis pulmonisq; ęgritudinibus, in quibus spiritum detinetur, inhabilia sunt, neq; fa-

cilè

cilè concoquuntur. Acerba, quæ etiam διετικήτεθουρ sunt, hoc est, quemadmodũ infra cap.44.ostendetur, vrinam prouocant, crassos humores incidunt atq; dissoluunt. Amara minore caliditate participant.

TERTIA, Nitor: siue splẽdor, qui sanè non ipsius modo vini, sed etiam spirituum, qui inde ortum habebunt, subtilitatem arguit. *Vini nitor.*

QVARTA, Color. quod.n.ad vini nutrimentũ attinet, non parua eius secundùm colorẽ differentia est. Rubicundiora nanq; (si ipsis cętera oĩa antè pariter adfuerint) potentius q̃ alba nutriũt; atq; ea de causa macris etiam q̃ alba cõuenientiora sunt. Cõtrà verò obesis ac pinguibus alba magis conferunt. Verũ de hac vini differentia cap.8.abundè diximus. *Duo*]sequentes versus quinq; species boni vini notas continent. Quarũ prima quidem, vt sit fortè: fortitudo vero ex effectu deprehenditur. Vinum.n. potens Galeno cõm.1.in lib.3. Hipp.de vict.rat.in morbis acu.teste, vehementer celeriterq; corpus calfacit, caputq; ferit. Idem ẽt cõm.2. in citatum Hippocratis librum, iis confirmat verbis: Fortia vina vehamenter calfacientia, caput humoribus vaporibusq; & caliditate replent. Eiusmodi namq; vina prætérquã quod non mediocriter corpus alunt, spi- *Vini color.* *Vinum forte.*

rituum ét nõ exiguam copiam generãt. Abstinédum tñ ab ipsis, nisi diluta sint, iis potissimum, qui debile cerebrum habent. Cùm enim vaporosa admodũ sint: facilè capu: grau. nt, eaq; occasione cerebrum offendunt.

Vinũ formosum. SECVNDA, vt sit formosum: Vinũ enim formorum siue pulchrum maiori cum voluptate assumitur, probius concoquitur, & facilius in corpus distribuitur, prompt u:q; nutrit.

Vinũ fragrans. TERTIA, vt sit frangans. Vinum.n. frangãs, siue suaueolens & aromaticum, vires maximè roborat, & vt paulò ante dictum est, spiritus tenues generat.

Vinũ frigidum. QVARTA vt sit frigidũ. Nam vinũ actu siuè φαντασία frigidum esse debet, non aũt facultate aut potentia. Quo.n. ab externo aliquo calido incalescit, hoc rarius statim & tenuius penetrantiusq;, vt oïa subeat, redditur: qua ratione nisi quis ipsum parcisimè sumpserit, citius ïebriat, neruos debilitat, & caput lędit.

Vinũ friscum. QVINTA, vt sit friscum, siue leue, Tale aũt cùmprimis censendũ, φ effundendo sonũ efficit, spumãq; agit in medio tenuẽ, ac facile labilẽ ceu euanescentẽ, vel per cuius susuram modò sursum, modò deorsum discurrentes conspiciuntur ἄτομοι, id est minutisima quædam corpuscula, qualia, in Sole videntur, quũ per fenestrã radios ac lumen immittit.

Nisi.n.ita affectum fuerit,pendulum dicitur : ac multò etiam magis, si penitus sono atq; atomis destituatur. Quod verò spumā habet cū magnis ampullis ad scyphi latus diu hærentibus, debile siue dilutum esse dignoscitur.

Annotatiuncula.

In tertio versu *παρόμοιον* est,nam singula eius verba similiter incipiunt.

¶ *De vino dulci & albo.* *Cap. XI.*

CORpora plus augent tibi dulcia, candida vina.

DOCETVR hoc versu, candida & dulcia vina, si ipsis cætera quoq; adfuerint, q̃ reliqua maioris esse nutrimenti. Cuius quidē rei causa dulcedini attribuenda est. Nutrimentū.n.hominis, vt copiose admodū lib.4. de simp.med.fac. c.14.Galenus monstrat,dulce, aut dulci permistū esse oportet. Quippe dulcia, cū naturę sanguinis nostri & carnis proximè congruant,nō solùm ori & palato, verùm & aliis plerisq; viscerib. accepta sunt ideo,vt ab illis auidissimè excipiantur.Vngunt.n.implent,& restituunt erosas particulas. Atq; ita sanè fit, vt vina quoq;,quę cap.8.in numero corpus nostrum alentium posuimus, quo dulciora sunt,eo magis nutriant.Quod ēt Auicē. testimonio cōfirmatur qui 2.1.docto.2. *Vinū candidum et dulce.*

c.8.

c. 8. ita ferè scriptum reliquit: Vinũ qđ crassum simul est & dulce, ijs potissimũ cõuenit, qui corporis robur ac molẽ sibi parare studẽt. Idẽ trac. 1. 2. can. c. 3. causam cur dulcia plurimũ alant, hanc esse tradit, Nẽpe quod dulcibus natura delectetur, & quæ visceribus inest trahendi vis, eadem auidissimè rapiat. Quanq̃ verò hic versus de omni vino dulci rectè intelligitur mediocre tñ, quod summũ dulcedines gradum non attingit, preferendum est. Nam quę excellenter dulcia sunt, quale Apianum est, quod muscatellum siue muscatellinum vulgo dicitur, sanguinem corrũpunt. Naturalis enim vis hepatis ea ex ventriculo, priusquam concocta & a superfluitatib. secreta sint: exugit atq; attrahit: quare sanguis serosis & crudis expletur humoribus, adeoq; vt ebulliat atq; putrescat, idoneus efficitur. Neq; id solum de vino, sed & de omnibus extremè dulcibus æstimandum est. Ad hæc, dulcia oĩa, quę sumuntur immodicè, corporibus ad patiendum paratis triplex noxę genus important. Quorum primũ quidem est fastidium: dulcia. n. calididate atq; humiditate sua os ventriculi leniunt ac leuigãt, illiq; affectionem inanitioni ac corrugationi, famis causę, contrariam inducunt Secundũ, velox inflãmatio atq; in flauã bilẽ conuersio: ad cuius generationem

tionẽ dulces humores oẽs idonei sunt. Quò fit, oĩum horũ maximè mel bilescat, quod dulcissimum sit: deinde & dulcia vina. Hæc eadem & sitim faciunt ꝑꝑ tum caliditatem, tũ crassitiem, nec conferũt fabricitãtibus, neq; biliosis: quemadmodum Galenus cõm. 2. in libr. 3. de vict. rat. in morb. acutis luculẽter & perspicuè docuit. Tertiũ, hepatis atq; lienis obstructio. Hæc. n. viscera, dulcia vehementer appetũt, eaq; ante perfectã concoctionem ad se vnà cũ fœcibus trahũt, & maximè hepar, vnde facilius ẽt in obstructionis periculũ adducuntur, crassa nimirum substantia, in qua dulcis sapor fixus, ac fundatus est ad hoc cooperante, vt testis est tracta. primi, secundi Canon. cap. 3. Auicenna Eadem ratione reliquis etiam lotium minus citant ac profundunt. Cæterùm aduersus iã dicta tria incõmoda acida cũprimis remedio sunt. Appetẽtiam. n. aciditate reuocãt, inflãmationem frigiditate restringunt, obstructiones substãtię subtilitate recludũt. Et licet vina aliaq; nutrimenta dulcia hepar atq; lienem obsepiant, in pulmone tñ contrarium operantur; hũc. n. ab obstructione liberãt. Nam in descensu per οἰσοφαγον, qui Arabibus Meri appellatur, nihil ad ipsum à dulcibus resudat nisi subtile: neq; sanguis ex reb. dulcibus genitus ad pulmonẽ penetrat, nisi

prius

priùs in hepate depuratus, atq; ĩ corde tenuatus fuerit, queádmodum idipsum Gale. cõm. 2. lib. 3. de vict. rat. in morb. acut. clarissimè ostendit. vina item dulcia minus inebriãt. Cuius rei grauissimum habemus testem Hippocratẽ, qui lib. 2. de vict. rat. in morb. acu. apho. 2. in eum scribit modum: Vinum dulce vinoso minus caput grauat, minusq; mentẽ ferit. Rationẽ reddit Macrobius. lib. 7. cap. 7. Saturnal. Ex dictis iam oĩbus colligitur, corpori, quod vel naturę ipsius habitu, vel ab alia quapiam extrinsecus obrepente causa extenuatum est, vinum dulce cùmprimis, & crassum, ac sufficienter coloratum exhibendum esse. Hoc. n. euidenter nutrit, substantiamq; corporis deperditã restituit, & impinguat. Sed corpori obeso ac pingui vina tenuia, odore & sapore iucunda subalbida, & moderate fortia, magis ex vsu sunt. Sitis restinctioni adhibendum est vinum albũ, tenue ac debile. Hoc. n. non refrigerat solùm, sed validè ẽt humectat: quò fit, vt sitim ẽt facilius depellat: & quanto sitis vrgentior fuerit, tanto illud conuenientius sumitur. Ad spiritum verò & virtutum tum instaurationem, tum roborationẽ, vinum subtile, odoratum, sapore gratum, colore moderatum, & sufficientis fortitudinis vtilius bibitur, idq; cum pauco cibo. Porrò affectus thoracis ac

pulmo-

pulmonis, qui diuturni sunt, & sine febre, à viuis mediocris substantię & sapore dulci, multum iuuantur, & potissimũ qui humoris per sputa expectoratione purgantur, quemadmodum copiosius in libro de attenuante diæta cap. vltimo Galenus doces. Eadem ad alui subductionem perquam vtilia habentur.

¶*De vino rubro.* *Cap. XII.*

SI vinum rubrum nimium quandoque bibatur,
Venter stipatur, vox limpida turbificatur.

Hic recensentur duo incommoda ex immoderata vini rubri potatione.

PRIMVM, ventris cõstipatio: cuius rei causam nonnulli hãc assignant, nempe quod vinum rubrum, si cætera consentiunt, reliquis impensius tũ calfaciat tum alat: ac caliditatis quidem ratione magis desiccet: ratione verò nutritionis auidius à natura detineatur. Alij verò ad immodicam vini rubri styptici, siue pontici assumptionem referunt. Hoc enim cùm cõstispandi. dẽsandi, & astringendi vim hẽat non solũ ęgrè in corpus distribuitr, sed aluum quoq; supprimit. *Vinũ rubrum nocium.*

SECVNDVM, gutturis & faucium exasperatio, siue raucitas. Eam.n. vina quędam impensè rubra siccitate & ter- *Faucium exasperatio.*

rena

rena essentia sua efficiunt. In horum numero vina quoq; rubra Brabantię reponenda sunt. Nam & ipsa sanè ob siccitatem & terrenam essentiam fauces exasperant, idq; potissimũ faciunt cum adhuc musta sunt, aluum tñ non cohibent. Musta.n.admodum rubentia ventris soluendi vim habent, & hoc quidẽ ex multa terrenę fęcis admistione. Hęc.n.proptereà quod nitrosa ac salsa qualitate prędita sint, intestina mordicãtes & abstergentes alui subductionem moliuntur. Ab eiusmodi igitur dũ musta.i.turbida sunt ac feruent, abstinendũ est: Ex quo.n.mordicant, mordax ẽt fumus ab ipsis resoluitur, qui ad cerebrum sublatus, oculos acrimonia sua corrodit atq; rubefacit. Idẽ de mustis quoq; Brabantiæ, siue ea rubra, siue alba fuerint, æstimandum est. Causa aũt, cur fumus iste mordicet, ex eo est, ꝙ vinũ, vnde dissoluitur, sit mordicantium. Oportet.n.similem esse defluxum subiectæ substantiæ, vt comment. 14. lib. 1. aphor. & com. 2. lib. 3. de vict. ratio. in morb. acut. Gale. clarissimè ostendit. In vniuersum, vina crassa pontica siue στυπτικὰ, rubra vel nigra opportunè ad retentorię facultatis ventriculi aliorumq; viscerum corroborationem bibuntur: qñ nimirum recrementa vel plura iusto, vel ramentosa descendunt, velut in alui profluuio

atque dysenteria contingit, sicuti & quæcunq; alia adstringentia medicamenta. In eum vsum & fulua vina, prosunt, non tñ simpliciter fulua, sed fulua austera, quemadmodum Hippocrates lib. 3. de vict. ratio. in morb. acut. apho. 7. & post eũ in suis cõmentarijs Gale. manifestè docuerunt. Quibus aũt venter non facilè concoquit, ijs vina subtilia, vel substãtia & colore mediocria, odorata, sapore iucũda sufficiẽte fortia, ac st ypticitate quadã participãtia, conferunt.

De lethalium venenorum remedijs.
Caput. XIII.

ALlia, ruta, pyra, Et raphanus, cum theriaca nux,
Præstant antidotum contra lhetale venenum.

Hic sex referuntur, ἀντιφάρμακα & remedia contra lethalia venena ac venenatorum morsus.

Primum, allium: quod cum aduersus oẽ venenorum genus, tum imprimis aduersus vitiosę ac corruptę aquæ noxas remedio est. Presumptũ. n. quemadmodum idipsum Dioscorides libr. 2. c. 145. Plinius lib. 20. c. 6. & Constantinus Cæsar. lib. 12. c. 30. de agricultura clarissimè ostẽdunt vires eius, quę per imprudentiam bibitur, inefficaces atq; irritas reddit. Auicenna. 2. Can. c. 123. pa- *Allium.*

rem

rem facultatem & Cępe attribuit, quo fit, vt sub alio hoc quoq; comprehendi debeat. Idem. 3.1. doct. 5. c. 7. ceu theriacen vitiosarum aquarũ cępe cõmendat, & maximè quidem si cum aceto sumatur: Nam cępe, cùm extenuandi, incidẽdi, cumq; stypticitate quadã abstergendi, & non ignauiter aperiendi vires obtineat, caloreq; tertium ordinẽ accedat, malas aquas, ne frigiditate ventriculum offendat, temperat, crassasq; vt promptius descendant, extenuant, Acetum verò cum ipso permistum, non modò virtutem eius in aquarum tum extenuatione tum penetratione auget, sed à siti quoq;, quã cępe mouere, solet prę seruat. Eadẽ & in alio ratio est: quare post crassę & turpidę aquæ potum pręcipuè commendatur. Eas. n. vt citò descendant extenuat, & ne ventriculo ac intestinis officiant, venâsve obstruant, iuuamentum pręstat: Allium præterea, Auicenna. 3.1. doct. 5. c. 4. teste. iter facientibus contra occurrentis aeris frigiditatẽ mirificè prodest: qua ex causa per diuersas mundi plagas oberrantibus, varioq; potu vtentibus, vtilissimè pręsumitur: id quod Macer lib. 1. capite. 5. hisce etiam versibus innuere voluit.

Allia qui mane ieiunio sumpserit ore,
Hunc ignotarum non lædet potius aquarum;
Nec diuersorum mutatio facta locorum.

Allium

ALLIVM quoq; contra virulentarum bestiarum, serpentinũ, & vituperarum ictus, & priuatum hæmorrhoi, prodest, ita vt non aliud magis, si cum vino iugiter adsumatur, aut tritũ in eodem ebibatur. Contra rabiosorum morsus & illitu & cibo valet. Venenatis μυγαλῆς hoc est, muris arenei morsibus, efficacissimè cum ficulneis frondibus & cymino illinitur. Quin & venenata animalia alij odore fugantur, vt ex illo Vergiliano disticho pater:

Thestylis & rapido fessis messoribus æstu,
Allia serpillumq; herbas contundit olentes.

Eius rei causam Aemilius Macer loco paulò ante citato, his versibus exponit:
Hæc ideò miscere cibis messoribus est mos.
Vt si fortè sopor fessos depresserit illos.
Vermibus à nocuis tuti requiescere possint.

Porrò cùm fœtor allij, qui id non degustarũt, longè grauissimus & molestissimus sit, ei quoq; rei, ne qui sumpserũt, alios offendẽt, remedium aliquod adhibendum est. Menander itaq; è Græcis autor est, allium edentibus, si radicem betę in pruna tostam superederint, odorem extingui. Quidã tradunt, ipsa grauem halitum non esse factura, si quis ab ipsorum esu crudam fabã insuper mandat. Hieronymus Tragus eandem facultatem viridibus ẽt rutæ folijs adsignat.

Macer

Macer lib. 3. cap. 6. zedoariæ radicem id efficere, his verbis tradit:

Allia quem faciunt fœtorem pellit ab ore.

Cæpæ. CAEPAE quoq; ex Dioscoridis Anazarbei sententia rabiosi canis morsibus cum aceto, ruta, & melle illitum auxiliatur. Eadem ad verbum ferè mutuatus est Auic. 2. can. c. 123. Verùm in hoc dissentit, quod acetum omiserit, & salem in mellis locum suffecerit. Cępe pręterea flatus Venennatorũ in cibo discutit atq; expellit. Et succus, qui ex eius esu plurimus in stomacho gignit, peculiari quadam proprietate venenatorũ noxas frangere à quibusdam creditur. Cæterum silentio illud hoc loco minimè prętereundũ est, quod alliũ, cępe ac porrũ in cibo nõ conueniant, neq; temperatis, neq; calidis corporibus. Nam extra hoc, quod paucissimum & prauum dant alimentũ, acrẽ & atq; pungentem sanguinem, maximè si cruda ingerantur, generant: humores tñ crassos tenuant, lentosq; incidunt. In totum, oĩa hæc si cruda edantur, peiores quàm cocta succos procreant, ac plus humoris excrementitij continent. [*Porrum*] Simeon Sethi calidum & siccum in secundo facit ordine. Vrinam cit, & noxiũ succum creat. Assiduè comestum visus habetudinem, & capitis dolorem efficit. Stomacho aduersat. Dificilia inuehit somnia. Neruos, dentes, & gingiuas acrimonia

monia sua lædit, & sanguinem nigrum atq; melãcholicũ generat. Biliosis itaq; & melancholicis vitãdum est, potissimũ si crudum fuerit. [*Cæpæ*] ex quarto sunt ordine excalfacientium earumq; essentia crassarum est partium. Si succum exprimas, quod reliquum est admodũ terreæ substantiæ est, eiusq; calidæ. At succus aquæ aëreeq; caliditatis. Si crudæ edantur, humores in stomacho malos putridos, & corruptibiles generant, Difficilia & terribilia inducunt somnia. Largiore cibo capitis dolores cient: In morbis coctæ etiam letargicos & phreniticos efficiunt, memoriam & rationem, vt aliqui ferunt, lædunt. Si verò cũ electę carnis iusculo coquantur, plurimũ malignitatis deponunt, appetentiam inuitant, concoctionem promouent, & frigidos cibos, quibus cũ percoquuntur, temperant. Si quis tñ crebrius his vtatur, in lienis vitia incidit. Tutus igitur est, eas rarò attingere. [*Allium*,] vt Galeno placet, excalfacit quarto excessu, humiditate quidem participat aliqua; sed minore q̃ cæpæ. Inflationes ꝓmutat alteratve. Veterem tussim crudũ coctumve comesum lenit. Asperas arterias clarificat, & screatum prouocat. Aciem oculorũ esu hebebat. Capitis dolorem facit. De eo hoc amplius Galenus lib. 12. metho. medendi, capite octauo: Est inquit, allium

ex

ex eorum ciborum genere, qui & flatũ discutiant, & minimè sitim inferant. Sũt qui, parum id experti, existiment maiorem quã cępas sitim excitare sed planè errorę; cum non modò non maiorem q̃ cæpæ, sed nec oĩno sitim faciat. Idẽ omnium planè eduliorum maximè flatum discutit. Itaq; ipse certè agrestium theriacen id appello. Abstinendũ tñ, vt paulo ante dictum est, ab assiduo horũ triũ vsu, & potissimùm cùm iis, qui ipsis vescitur, natura fuerit biliosos. Solis.n. qui vel succum pituitosum, vel crudũ & crassum ac lentum aceruarint, cibi eiusmodi sunt accommodati.

Secvndvm, Ruta: Eius duo sunt genera. Vnum satiuum atq; hortense. Alterum montanum syluestreq;. Ruta montana syluestrisq; in eis damnatur, ꝙ ex quarto sit ordine excalfacientium & siccitantium. Satiua verò cum ex tertio sit, in cibos magis admittitur. Est aũt nõ solũ gustu acri, sed & amaro. Ex quo sanè ẽt digerere atq; incidere crassos lentosq; humores põt. Ob eam vim & per vrinas euacuat. Quin & tenuium est partium, flatusq; extinguit. Quare ad inflationes coli, vteri, & recti intestini cõpetit, ac Veneris appetitum cohibet. Discutit atq; exiccat strenuè· est.n. eorum ex numero medicamentorum, quę valenter deficcãt. Traditur ẽt ꝙ cruda, saleq;

leq; condita ac comesta, visus aciem mirum in modum exacuat: ob id antiqui sculptores & pictores hoc cibo assiduè vtebantur. Nonnulli & succum eius cũ succo fœniculi & melle commiscentes, medicamẽtum ad oculorum aciẽ acuendam conficiunt. verùm cùm acrimonia quędam oculis infesta succo eius insit, ventilãdo applicari debet, vt vapor eius tñ, & non substantia oculos pertingat. Quęcunq; aũt ruta & per se pro lhetalium medicamentorum antidoto valet, folijs tritis, & ex vino sumptis: Contra aconitum maximè & ixiam. Item fungos, siue in potu detur, siue in cibo. Valet & contra scorpionum ictus, & araneorum, apum, carabronum, vesperarum aculeos & cantharidas, ac salamandras, canisve rabiosi morsus. Acetabuli mensura succus siue semen è vino bibitur, & folia trita vel commanducata imponuntur cum melle & sale, vel cum aceto & pice decocta: Succo verò perũctos, aut eam habentes, negant feriri ab his maleficijs: Serpentesq; si vtatur ruta, nidorem fugere. Folia per se præsumpta, aut cum nuce iugladæ, aridisq; ficubus, inefficaces venenorum vires reddunt. contra serpentes simili modo sumere conuenit. Aristoteles lib. 9. c. 6. de historia animalium tradit, mustelam dimicaturam cum serpente, rutam comedere.

Odor.n.eius infestus est serpētibus. Ruta quoq; cum ficubus & amygdalis dulcibus mane sumpta, à veneno preseruat. In sanctuarijs Mithridatis maximi regis de victi, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti, è duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ folijs viginti simul tritis, addito salis grano: & qui hoc ieiunus sumat nullum venenum nociturnum illo die. Autor est Plinius lib.23.natu.histo.c.8. eadē Galen. quoq; lib.2. de antidoditis c.43. & lib. 2.de aliment.facul.c.28.& in libro de cibis boni & mali succi c.14.cōfirmat. De ruta plura leges apud Dioscoridē lib.3. c.43.Plinium lib.20.c.13.Galenū lib.8. c.49.de simpl.medicamen.facult. Constantinū Cæsarē li.12.c.25.de Agricul. & Simeonem Sethi in Syntagmate.

Pyra. TERTIVM, Pyra: Hęc namq; veneni, & precipuè fungorum malignitatem pellunt abiguntq;. Quod quidē de pyris sylucstribus cūprimis intelligendum vt: De eis.n. Dioscorides lib.1.c.132. ita scriptum relinquit: Aiunt Fungos, si sylnestria pyra cū eis coquantur, innoxios fieri. Et lib.6.c.23. Fructus aut folia pyrastri cū fungis decocta, strangulantem illam vim auferunt, esitataq; eisdē auxiliātur. Quod Paulus Aegineta lib.5. c.55. in eum scribens modum innuere

etiam

etiā voluit: Pyra ſyluestria, aut folia ſimul incocta, vim ſtrangulandi: q̃ fungis ineſt, tollunt, eademq́; in cibo conferunt. Hanc pyrorum contra fungos efficaciam, Plinius lib. 23. c. 7. põderi & pugnanti ſucco attribuit. Intelligi prætereа põt & de pyris aromaticis, quę ſanè cùm ſpiritus fragrantia ſua corroborẽt, veneni etiam noxam pelluut.

QVARTVM, raphanus. Eius Greci duo faciunt genera, ſatiui & ſylueſtris. Satiuus hodie peculiariter raphanus minor dicitur, Germanicè *Radys.* Gallicè *vne Raue ou Refori.* Hiſpanicè *Rauano.* Syluestris, Plinio lib. 19. c. 5. teste, Latinis Armoracia appellatur, Germanicè [*Meeradys.*] Satiuus excalfacit ordine tertio deſiccat ſecũdo: Syluestris aũt in vtroq; efficacior eſt. Quin & ſemen ipſum planta efficacius eſt. Satiuus contra viperarum ictus auxiliatur. His qui fungis ſtrangulantur, tam cibo, q̃ potu ſalutaris eſt. Si quis ieiunus ipſos accipiat, ſecurus erit, vt ne à medicamentis lędatur. Succus ipſorum ex aqua acceptus, boletis & venenis reſiſtit. Si verò raphani ſucco quis manus ſuas probè illinat, ac confricet, intrepidè & citra periculum reptilia ac ſerpentes apprehendet. Scorpijs impoſiti raphani, eueſtigo ipſos interficiunt, & ſuccus in hoc expertus magis ac fortior eſt. Si quis præſum-

Raphanus.

pto raphano à scorpio percutiatur non solum non morietur. sed ēt celerē sanitatē adipiscetur. Raphanus aūt ob eam etiā causam contra venena valere dr̄, ꝙ vomitiones moueat, quibus stomachus à noxijs humoribus expurgetur. Semen quoq; venenis & venenatis vermibus aduersatur. Contra cerastis morsus, potum ex vino auxilio est.

Raphanus ipse cum manifesta calfactione attenuandi atq; incidendi facultatem habet. Nam qualitas acris in ipso superat: quibus rebus pituitā scindit & absumit. Sanguinem acrem atque pungentem efficit, eoq; biliosis nocet. Stomacho aduersat̄, ructus ciet, humorem crassum ac lentum, &, si virtus concoctrix debilis fuerit, crudum ēt generat. Vomitum cieri per raphanum sumptum ante reliquū cibum, dicit Dioscorides libr.2.c.105. vtpote qui hoc modo cibū eleuet, & ad euomendū protrudat. A reliquo aūt cibo sumptum, ἀνάδοσιν, hoc distributionē ciborū in corpus iuuare perhibet, his verbis. Summo t̄n cibo sumi debet, quo magis eius distributionem adiuuet: cùm aūt presumit̄, cibum suspēdit · quare vomituris commodissime datur ante cibum, Verùm Galenus lib.2. de aliment. facult.c.70. se mirari ait, tum Medicos, tū Idiotas, qui raphanos crudos à cœna εὐπεψίας ἕνεκεν, id

est,bonæ cōcoctionis gratia edunt. Ipsi quidem,inquit,hanc rem experientia satis sibi exploratam esse affirmant,qui tñ ipsos sunt imitati,oẽs læsi fuerunt. Sumpti.n.post cibũ, coctionem non iuuant, sed impediunt potius. Subinde.n.eructant,ventriculum probè claudi non sinunt,caput vaporibus replent, eiq́; grauitatẽ inducunt.Minus tñ officiunt, qui exigua copia à cęna cũ sale & acito ingẽrunt. inde εὐφυΐαν καὶ τοῦ διάνοια ἑνεπίβολον. i.bonam ingenij habitudinem ac industriam homini, mentemq́; quæ rectè ac perspicuè percipiat,atq; intelligat,efficere tradũt Dioscoridi sensum et ã aciem excitant. Lienem extenuãt, iecinori & lumborum doloribus prosunt.Nonnulli quoq; cum oximelite vomendi gratia proprinãt,multamq́; educunt pituitam, & à febre quotidiana sępe & quartana liberãtur.Folia,si parua copia sumantur,coctionem adiuuãt, & ad appetentiam, quæ collapsa fuerit, excitandã accõmodata sunt.Plura de raphano Dioscorides atque Galenus locis paulò antè citatis, Plinius libr.20. cap.4. Constantinus lib.12.de agricul. cap.12.& Simeon in Syntag.

QVINTVM, Theriacę.Hęc.n.tota substantia sua tam brutis,q̃ ratione prędit is animalibus cõtra omne veneni genus auxilio est,neminemq́; pollicito fru

strari finit. Siquidem nullum vnqnam à feris, quę hominem solent interimere, commorsum hac statim epota antidoto perijsse, memoria est proditum. Nullus eadem pręsumpta, haud multò pòst mor su impetitus, belluæ veneno, ceu illã superante interiit. In pestifera ét luce, solum hoc antidotũ malo correptis prodesse adeò hactenus visum est, vt nullum aliud pręsidium tãto malo resistere fuerit idoneum. Namq; pesti, tanq̃ & ipsa existat quædam bellua, haud paucos interimit, verum ciuitates quoq; totas depascens, malè conficit. Quippe praua quędam aeris ad corruptionẽ prompta mutatio efficitur, & homines cùm respirationis necessitate periculum euitare nequeant, ipsum aerem veluti venenum quoddam ad se per os attrahunt. Theriacem aũt in eiusmodi aeris statu præsumentes, neutiq̃ à malo corripiuntur. Quin & correptis iam eadem medetur, aeris inspirati malitiam inalterans, mutansq;, vt quæ corporis temperaturam infici magis prohibeat. Breuiter, totum corpus ita ab iniurijs securum facit vt nec à deleterio quopiam possit infici. Cõsimilis ferè virtutis est & aliud quoddam antidotum quod ab eius, cui in frequenti vsu fuit noĩe, Mithridatium appellatur. In qualitate.n.atq; efficacia theriacæ proximum est, parumq; differunt,

rūt, nisi fortè, q theraicę paulò calidior & contrà serpentum venena potentior, est. Proditur magnum illū bellatorem Mitridatē hoc antidotū pręsumentem, ob firmam corporis constitutionem ex illo pręparatā, non potuisse veneno poto interire. Cùm.n. bellū aduersus Romanos gerēs, à Pompeo victus, in extremis medicamenti veneno sanus mori co geretur, medicamento epoto, eoq; copioso, ipse quidem non interijt: filię aūt ob eximium erga partem amorē, cū eo mortē volentes oppetere, eiusdē medicamenti potu subito cōciderunt. Deinde cum mortē ille obire statim non posse, veneno pp antidotum pręsumptum inefficaci vocato quodam ipsius amico noīe Bistoco iniūxit ipsum vt iugularet. Atq; sic medicamenti opus ferro absoluens, mori ipsum violenter coegit. Hæc fere Galenus in libro. de Theriaca ad Pisonē c. 2. & 8. & 28. Lege plura apud eundē in lib. de vsu Theriacę ad Pāphilianū p totū, & lib. 1. de antido. c. 19. & Auicē. 6. 4. trac. 3. c. 1. & 6. 4. trac. 1. c. 5.

SEXTVM, nuces: nempe ioglādes, quas nōnulli ēt regias appellāt. Hæ multo sanè in vsu sunt. Cum ruta & ficis pręsumptæ, & à summo cibo: lhetalibus venenis aduersantur: nec minus si à veneni haustu comedantur. Largius esitatæ latos lumbricos pellunt. Cùm cæpa ve- Nuces.

rò, ſale & melle, canis hominisq; morſui conferunt. Et hoc de aridis cùm primis intelligendum eſt. Alimentum porrò, quod corpori prębent, exiguum eſt. Aridę viridibus ac humidis peiores habent: vnguinoſiores.n. magisq; pingues ſunt, itaq; facilè ét in bilem tranſeunt: & quò diutius reconditæ fuerint, magis tales efficiũtur. Quamobrem oleum ét ex inueteratis exprimere liceat. Tunc ſanè concoctu difficiles, & ſtomacho, præſertim bilioſo inutiles fiunt, atq; bilem augent, faucium & capitis dolorem adferunt, tuſſientibus inimicæ, oculos lędũt, vertiginem faciunt; idq; cùm à cibo ſumuntur, linguæ παράλυσιν inducunt, & in ore inflãmationes & vlcera pariunt. Stomacho meliores fiunt, ſi cum caricis edantur. Ad vomiſſiones ieiunis in cibo vtiles. Cęterùm quę virides adhuc ſunt atq; humidę, neq; adſtringentis qualitatis, neq; oleoſæ conſpicuè participes, ſed magis quodãmodo qualitatis expertes, hæc ſtomacho minus nocent: dulciores.n. ſunt, faciliùq; concoquuntur, & multò magis, qñ & ipſę cum caricis manduntur. Humidæ præterea aptæ ad deiectionē ſunt, ſiccę verò minus. Pleriq; aũt ventris ſubducendi gratia cũ caro ét ipſas pręſumunt: in quem virides ſunt ac cõmodatiores, vt quę adſtringentis qualis minus ſint participes. Quin & ſiccarum

rũ quoq;, si priùs (quod nõnulli faciũt) in aqua fuerit maceratę, facultas viridibus est adsimilis. Ad hęc viridium nuclei depellati, atq; torrefacti aliquãtulum, si à reliquo cibo commandecẽtur, ciborũ in corpus distributioné adiuuãt. Et sic patet in vniuersum, corporib. sanis nuces virides magis q̃ siccas conuenire. Plura Dioscorides lib. 1. c. 140. Plinius lib. 23. c. 8. Gal. lib. 2. de alimen. facul. c. 28. & Simeon Sethi in Syntag.

De Aëre. Cap. XIIII.

LVcidus ac mundus sit rite habitabitis aër,
Infectus neq; sit, nec olens fœtore cloacæ.

Hic agitur de prima re non naturali népe de Aëre. cuius, vt Galen. lib. 9. cap. 14. metho. meden. & in arte medicinali cap. 85. testatur, nulla est euitãdi ratio. Nam in aëre nos ambiente semper versari, comedereq; ac bibere, & vigilare, & dormire est necessariũ, & sine eo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causę sine qua nõ obtinet rationem. Quapropter sedulo hoc agendũ, vt in ambiẽte, quoad fieri põt, quàm optimo habitemus. Quod vt rectè cõsequamur, quatuor eius natas hisce versibus expressas diligenter consideremus

oportet. Quarum prima quidẽ eſt, vt ſit lucidus, clarus, minimeq; craſſus, aut nebuloſus. Craſſus.n.& obſcurus humores confundit, turbidusq; ad cor deſcendit: quo fit, vt ſpiritus ẽt turbidi ac craſsi, tum corpus pigrum ac languidum reddentes, tum aĩum quoq; contriſtantes, ex eo producuntur. Nihil aũt magis viuidum ac iucundum, minuſve circa voluntarios motus pigrum reddit hominem, q̃ ſi in lucido ac claro verſatur aere, aut mane ſurgat. Secunda, vt ſit mundus, hoc eſt, exquiſitè ſincerus ac purus, nullisq; vaporibus inquinatus. Impurus namq; iuxta qualitatẽ & naturam illius, quod ipſi admiſcetur cordis tẽperaturam variat atq; immutat, quẽadmodũ idipſum Hali Roboam cõmen. 16. in lib. 3. Artis Medicinalis Galeni oſtendit. Tertia, ne ſit infectus, cuiuſmodi eſſe ſolet in locis cadauerum non crematorum multitudine refertis, ſicut in prælíis contingit. Nã hunc pectis ferè ſubſequitur. Inſpiratus enim in corpore ſpiritus inficit. Quarta, ne fœtorem habeat cloacæ: Sub qua ſanè comprehenduntur & particulares aeris infectiones oẽs, quibus humana natura offenditur nempè latrinarum, cœni, ſterquiliniorum, fouearum, culinæ, locorum in quæ cadauera & oſſa mortuorum cõportantur, & ſtagnorum ſeu paludum, idq; multo quidem magis, ſi

limum

linum insuper aut cānabis in eis putrescit. Qñ.n.aer hmōi sordibus inquinatus in corpora ingreditur, spiritus inficit, ac maximam cerebro noxam suggerit, viarum spiritus obstructionione facultatis animalis transitum prohibens, & halitu suo caput grauans. Huiusmodi ergo aer oībus ex æquo ętatib. omniq; tēperaturę noxius est: sicut ē diuerso qui purus oīno est, nulli non ętati est vtilis. Hinc non temerè Auic. 2.1. doc. 2. sum. 1.c.2. in hunc propè modum scriptū reliquit: Aer quidem optimè tēperatus & clarus, qui nihil prorsus admistū est alienę materiæ, quæ tota substātia spiritus tēperaturæ contraria sit, sanitatē nō efficit tm̄, sed ēt conseruat. Contrarius verò, effectus producit cōtrarios. Verùm quo predictorum exactior habeatur notitia, sciendum est Aerem pro tuēda bona valetudine duobus modis esse necessarium: Primo quidem ob spirituū & caloris innati refrigerationem: Deinde verò ob fumidi excremēti, spiritibus ac calori innato molestiam exhibētis, expulsionem. Queadmodu n.n. externū ignē siue aeris euentilatione suffocari atque extingui videmus, ita ēt de spiritibus & calore innato imaginari oportet. Nisi enim per assiduam inspirationē & transpirationem calor naturalis refrigeretur, ac quasi ventiletur, necesse est spiri-

tum perire: Aere.n.indiget nutriente, conseruante, temperante, atq; depurante siue segregante. Nutritio ergo, cõseruatio, & tẽperatio caloris innati fiunt ꝑ aeris attractionem. Deputatio per eiusdem expulsionem. Ac puriores quidem fiunt aspetæ arteriæ dilatatione, quàm διαστολὴν Græci nominant: ea.n. aer frigidus attrahitur, qui vitale robur, vnde spiritus quoq; animalis gignitur, excitat & recreat. Altera verò eiusdem arteriæ accidit contractione, συστολὴν Græci vocant, qua certè, quod ex humorum deustione in toto animante cõtractum velut fumi, dum est excrementum, expellitur. Aer itaq; qui sic attrahitur, si fœtidus & impurus fuerit, calorem innatum atq; spiritus corrũpit. Hinc ẽt intelligi põt, facillimè infici corda venenato aere. Quare protuenda bona valetudine eligẽdus est aer optimæ essentiæ, qui nihil vaporis seu halitus alieni in se admistum habeat, neq; turbidus, aut nebulosus appareat. Qui.n. talis existit, humores conturbat, &, vt antea ẽt dictum est, aĩam constringat. Sed sit exquisitè purus ac liber, qui ex terra plana vel edita ventorum perflatu vndiq; lustretur, & cui fumi, pulueres, & nebulæ admistæ non sint. Et qui nec stagni, nec paludis halitu sit infectus, nec ex profundo specu pestilentẽ auram spiret, qualis

circa σάρδεις, & Hierapolin, alibiq; in multis terrarum locis visitur. Nec qui ex cloacis q̃ vrbẽ aut numerosum exercitum purgent, vitium cõtraxit. Nec qui ex animalium, olerum, leguminum, aut prauarum arborum putredine, aut fimo coinquinatur. Nec qui ob stagnum vel flumen vicinum nebulosus est. Nec qui editis vndiq; montibus in cauo loco, siue valle cõclusus nullũ recipit perflatũ. Suffocans.n.patrisq; est, similis ei, qui in domib. quibusdã est inclosus, in quibus ob putredinẽ, & perflatus defectum, plurimus aceruatur squalor ac situs. Proinde omni planè ætati noxius est, & vitandus, quéadmudum & quilibet inclusus. Hęc ferè Galenus lib.1.c.16. de sanitate tuenda. In pestilente tñ ambientis cõstitutione, ob generaliorum putrefactionem, inclusus cõuenientior existit: vnde per id tp̃s domi manere, fenestrasq; occludere oportet, ne quà pestilẽs aer ingrediatur. Quod si cui tñ eas aperire placuerit, curandũ imprimis, vt sint versus Orientem, aut Septentrionem cõstitutæ: idq; fiat à sole iam aliquot horis orto. Calor.n. Solis citius irrumpens caliginem atq; putredines aeris dissipat, oẽmq; crassitudinem eius attenuat. Ad postremum vero cauẽdum ẽt, ne vel minimum quidem aer in qualitatib. suis tã actiuis quã passiuis, caliditate nimirũ, frigi-

frigiditate,humiditate,& ficcitate,excedat. Si verò talis loco habitationis nostræ natura defecerit, arte nostra moliēdum erit,vt qualem esse expedit,præparetur. Id aūt qua ratione fieri possit,Galenus lib.9.metho.meden.ca.14. & Auicen.2.1.doct.2.Sum.1.cap.6.7.8.&9. copiose admodum docent.

¶ *De nimia vini potatione.* *Cap. XV.*

SI nocturna tibi noceat potatio vini,
Hoc tu mane bibas iterum,& fuerit medicina.

Præceptum hoc loco de ijs traditur qui mane ob pridianum vini potū ęgrotant:nempè vt tum quoq; ipsis paulū vini propinetur. Porrò largior vini inuitatio,quæ vltra q̃ satis est,ac multā noctem producitur, ebrietatem nonnunq̃ sæpe sitim matutinam,aliqñ verò immo dicam ēt corporis excalfactionem suscitare solet.Siquidē excalfactionem, maximus error est, id mane repetere: nam perinde hoc esset, ac si igni adderes, oleoq; incendiū restringueres.Si ebrietatem cum nausea quadā, nihil incommodauerit,si ēt paulū eius manè propinet.Sic.n.facile vomitus eliciet, vētriculusq; à bile, & pituita, cęterisq; prauis ac vitiosis humorib. qbus grauatus fuit,

fuit, exonerabit, adeoq; crapula quũ oī eius noxa discutietur. Vomitum.n.præstare iuuamentum, vt stomachus à materiebus humoralibus euacuetur, autor est Auicenna.4.1.c.13.probatq; vomitum bis fieri in mense continuis duobus diebus, ex authoritate Hippocratis in libro de diæta salubri, & in libro de insomnijs, nimirum vt secundus dies prioris vomitus reliquias extrudat. Idē.3.1. doct.2.c.8. non parum emolumenti ex eo consecuturum adserit, si quis semel in mense inebrietur: quo videlicet per ebrietatē vomitus excitetur, vt qui maximè ab egritudinibus chronicis, hoc est, longis ac malis tueri queat. Sed Rabbi Moses Tract.4.ad Soltanum Babiloniæ hanc sententiam ceu erroneam ijs conuellit verbis: Nocet, inquiēs, ebrietas oīs, & maximè assidua. Errauit ergo qui esse putauit vtilem ebrietatem semel in mense. Quin eadem ét à Gulielmo Placentino lib.1.c.8.de curatione morborum, & à Gordonio particul.2. Lilij, c.21. & à Valesco libr.1. Philonij c.8. redarguitur, vt quibus præseruari, q̄ curari melius esse videatur. De vomitu plura infrà c.107. Si quis ex nocturna vini potatione, propterea q̄ bibere illud non consueuerit oblęditur, huic & manæ, quo adsuescat, idem propinandem est: sic.n.fiet, vt ex vini sumptione

minorem

minorem læsionem sentiat. Nam à consueto, vt est apud Hippocratem libr. 2. aphor. 50. minor fit lęsio, Si verò nocturnam vini potationem, manè sitis excipiat, ea mendosa est, & curatur quidem sumptione vini sed magis tñ aquæ. Cæterùm minimè ignorandum hoc loco, ab assidua & quotidiana ebrietate summoperè oĩbus tam firmum, q̃ imbecille cerebrum habentibus, ex æquo cauendum esse. Frequens siquidem ebrietas, quemadmodum. 3. 1 doc. 2. c. 8. Auicenna testatur, sex morborũ genera in humanis corporibus excitat. Primò nãq; iecoris εὐεξίαν, hoc est, bonũ habitum dissoluit. Vinum. n. immoderatius sumptum calorem eius naturalẽ vel obtundit, vel resoluit atq; debilitat, adeò vt facultatem amittat sanguifitã, & aquosas humiditates ὕδρωπα efficientes pro sanguine generet. Vel hepar ipsum vna cum humoribus eius adurit: q̃ sanè rem magna ex parte sequi solet, vel λεοντιάσις, quę est Arabũ lepra, vel mania. Deinde assidua fumorum è vino sublatione bonam ẽt cerebri constitutionem destruit: Calidum quidem phrenitidi, aut maniæ, frigidum verò epilepsię, lethargo apoplexiæ, aut caro Arabibus Subeth appellato, obnoxium, reddens. Tertio loco neruorũ imbecillitas continuatam vini perpotationem sequitur, atque

Ebrietatis incommoda.

atque inde sane accidit vt bibacibus & frequenter inebriari solitis, caput, manus, ac reliqua membra propè oĩa tremula efficiantur, idq; non tm̃ in senio, cuius maximè propriũ hoc vitium est, sed in cruda quoq; viridiq; senecta, & q̃nque ẽt in iuuentute. Quarto, frigida neruis vitia, nẽpè conuulsionem, ac paralysin adducit. Vbi.n.immoderatius sumitur vinum, vt quod calidã habeat temperaturam, facilimè eos replere solet. Talis si quidem natura promptè oĩa subintrat, præsertim quum non admodum crassam substantiã habuerit. Substantiæ igitur copia vinum neruis hæc adfert mala, Galeno comment. 5. lib. 5. aphorismor. teste. Vinum ẽt frequenter in ventriculo accessit, vnde non minimũ lęduntur nerui. Ex defectu pręterea concoctionis vinum sæpe conuertit vel in crudas atque aquosas humiditates quibus laxati nerui resoluuntur, vel in frigidos, crassos, & glutinosos succos, quibus ijdẽ obstructi aut distenduntur, aut cõtrahuntur. Quinto, Apoplexiam procreat: pituitoso.n.hoc est, frigido, crasso, lentoq; humore, quem tp̃is tractatu generat, adeò principalissimos cerebri ventriculos vna vice & cumulatim replet, vt subito oẽs corporis particulæ motu simul ac sensu destituantur, Sexto verò repentinã sæpe mortem adfert: locis

cis.n.ſpirationis vini, vel inde generatarum humiditatũ multitudine vehementer coarctatis atq; impeditis, ebrius stertendo & dormiendo suffocatur. Hęc oĩa Galenus ẽt libr. 3. de temperamentis, in eum ſcribens modum confirmat: Vinum, inquit, nõ ſemper animal calfacit, æquè vt nec oleum flamam acendit, tametſi aptiſsimum eſt ignis nutrimẽtum. Imo ſi imbecillæ & exiguę flammę confertim multum oleum infundas, ſuffocabis eam, prorſusq; extingues potis, q̃ augebis, Sic igitur & vinum, vbi plus bibitur, q̃ vt vinci poſsit, tm̃ abeſt vt animal calfaciat, vt ẽt frigidiora vitia gignat, quippe apoplexia, & paraplegia, & quæ Gręci Caros, & comata vocamus, & neruorum reſolutio, & comitiales morbi, & conuulſiones, & tetani immodicum vini potũ comitãtur: quorũ vnumquodq; frigidum eſt vitiũ. Hęc ille. Quanq̃ verò à nobis hactenus dicta mala vino immoderatius ſumpto accepta ferenda ſunt, non parum tñ conferre exiſtimandũ eſt, ſi modice bibatur. Auicenna loco ſuprà citato quinq; eius recenſet cõmoda. Primo namq; calore & ſubtilitate ſubſtantię, tum conuenienti quoq; & occulta proprietate facilè efficit ciborũ, quibus permiſcetur, in oĩa mẽbra diſtributionẽ: Vnde elegantiſsimè ab Hippocrate in libro de alimento ὄχημα τῆς τροφῆς, hoc

hoc eſt, alimenti vehiculũ nuncupatur, Idq́; meritò ſanè: neq;.n.ex ventriculo in venas,quę ſunt in hepate multæ & anguſtæ,ſuccus facile tranſmitti poſſet,niſi aliqs ei tenuis & aquoſus humor tanquam vehiculum,permiſceretur. Deinde eadẽ ẽt ratione phlegma incidit atq; reſoluit meatuũ obſtructiones aperit, adeoq́; naturã ipſam ad excretionẽ incitat. Tertio flauã bilẽ per vrinã, ſudorẽ,excrementa,& tranſpirationẽ inſenſibilẽ, ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοήν Gręci vocant, expellit idq́; intelligendum maximè de vino tenui,ſubrubeo, ſiue albo, per naturã debili, vel abundè diluto. Potentia.n.flauã bilẽ augent potius, q̃ expellunt,ꝗ inſita quadã vi in eã facile cõmutentur,& hepar,vltra q̃ ſatis eſt, calfaciant. Quartò atrã bilẽ,quæ craſſa & tardi motus eſt, per proprios meatus ab hepate ad ſplenem, & à ſplene ad os ventriculi nullo negocio deducit, eandemq́; è corpore tandẽ vna cum fęcibus exigit. Quinetiam melancholię noxas ſubſtantia,temperamento, & effectibus ſuis contrarijs reprimit at tollit. Melancholia ſiquidem triſtitiã,timorẽ,puſillanimitatẽ, & auaritiam vinum verò lætitiã,audaciã,magnanimitatẽ,& liberalitatẽ parit. Quintò medetur oĩbus modis ſeu ſpeciebus.laſsitudinis, niſi multa extranea caliditas ipſis cõiuncta fuerit.

Spiritus

ſtrari ſinit. Siquidem nullum vnquam à feris, quę hominem ſolent interimere, commorſum hac ſtatim epota antidoto perijſſe, memoria eſt proditum. Nullus eadem pręſumpta, haud multò pòſt mor ſu impetitus, belluæ veneno, ceu illã ſuperante interiit. In peſtifera ét luce, ſolum hoc antidotũ malo correptis prodeſſe adeò hactenus viſum eſt, vt nullum aliud pręſidium tãto malo reſiſtere fuerit idoneum. Namq; peſti, tanq̃ & ipſa exiſtat quædam bellua, haud paucos interimit, verum ciuitates quoq; totas depaſcens, malè conficit. Quippe praua quędam aeris ad corruptionẽ prompta mutatio efficitur, & homines cùm reſpirationis neceſſitate periculum euitare nequeant, ipſum aerem veluti venenum quoddam ad ſe per os attrahunt. Theriacem aũt in eiuſmodi aeris ſtatu præſumentes, neutiq̃ à malo corripiuntur. Quin & correptis iam eadem medetur, aeris inſpirati malitiam inalterans, mutanſq;, vt quæ corporis temperaturam infici magis prohibeat. Breuiter, totum corpus ita ab iniurijs ſecurum facit vt nec à deleterio quopiam poſſit infici. Cõſimilis ferè virtutis eſt & aliud quoddam antidotum quod ab eius, cui in frequenti vſu fuit noĩe, Mithridatium appellatur. In qualitate.n.atq; efficacia theriacæ proximum eſt, parumq; differunt,

rūt, nisi fortè, q̃ theraicę paulò calidior & contra serpentum venena potentior, est. Proditur magnum illū bellatorem Mitridatē hoc antidotū pręsumentem, ob firmam corporis constitutionem ex illo pręparatā, non potuisse veneno poto interire. Cùm.n. bellū aduersus Romanos gerēs, à Pompeo victus, in extremis medicamenti veneno sanus mori cogeretur, medicamento epoto, eoq; copioso, ipse quidem non interijt: filię aūt ob eximium erga partem amorē, cū eo mortē volentes oppetere, eiusdē medicamenti potu subito cōciderunt. Deinde cum mortē ille obire statim non posse, veneno pp antidotum pręsumptum inefficaci vocato quodam ipsius amico noīe Bistoco iniūxit ipsum vt iugularet. Atq; sic medicamenti opus ferro absoluens, mori ipsum violenter coegit. Hæc fere Galenus in libro. de Theriaca ad Pisonē c. 2. & 8. & 28. Lege plura apud eundē in lib. de vsu Theriace ad Pāphilianū p totū, & lib. 1. de antido. c. 19. & Auicē. 6. 4. trac. 3. c. 1. & 6. 4. trac. 1. c. 5.

SEXTVM, nuces: nempe iuglādes, quas nōnulli ēt regias appellāt. Hæ multo sanè in vsu sunt. Cum ruta & ficis pręsumptæ, & à summo cibo: lhetalibus venenis aduersantur: nec minus si à veneni haustu comedantur. Largius esitatæ latos lumbricos pellunt. Cùm cæpa ve- Nuces.

rò, sale & melle, canis hominisq; morsui conferunt. Et hoc de aridis cùmprimis intelligendum est. Alimentum porrò, quod corpori prebent, exiguum est. Aride viridibus ac humidis peiores habent: vnguinosiores.n.magisq; pingues sunt, itaq; facilè ét in bilem transeunt: & quò diutius reconditæ fuerint, magis tales efficiũtur. Quamobrem oleum ét ex inueteratis exprimere liceat. Tunc sanè conctu difficiles, & stomacho, præsertim bilioso inutiles fiunt, atq; bilem augent, faucium & capitis dolorem adferunt, tussientibus inimicæ, oculos lędũt, vertiginem faciunt, idq; cùm à cibo sumuntur, linguæ παράλυσιν inducunt, & in ore inflãmationes & vlcera pariunt. Stomacho meliores fiunt, si cum caricis edantur. Ad vomissiones ieiunis in cibo vtiles. Cęterùm quę virides adhuc sunt atq; humidę, neq; adstringentis qualitatis, neq; oleosæ conspicuè participes, sed magis quodãmodo qualitatis expertes, hæc stomacho minus nocent: dulciores.n. sunt, faciliùq; concoquuntur, & multò magis, qñ & ipsę cum caricis manduntur. Humidæ prætereà aptæ ad deiectionē sunt, siccę verò minus. Pleriq; aũt ventris subducendi gratia cũ caro ét ipsas presumunt: in quem virides sunt ac cõmodatiores, vt quę adstringentis qualis minus sint participes. Quin & siccarum

 rum

rũ quoq;, si priùs (quod nõnulli faciũt) in aqua fuerit macerate, facultas viridibus est adsimilis. Ad hęc viridium nuclei depellati, atq; torrefacti aliquãtulum, si à reliquo cibo commanducẽtur, ciborũ in corpus distributionẽ adiuuãt. Et sic patet in vniuersum, corporib. sanis nuces virides magis q̃ siccas conuenire. Plura Dioscorides lib. 1. c. 140. Plinius lib. 13. c. 8. Gal. lib. 2. de alimen. facul. c. 28. & Simeon Sethi in Syntag.

¶ *De Aëre.* *Cap.* XIIII.

LVcidus ac mundus sit rite habitabitis aër,
Infectus neq; sit, nec olens fœtore cloacæ.

Hic agitur de prima re non naturali nẽpe de Aëre. cuius, vt Galen. lib. 9. cap. 14. metho. meden. & in arte medicinali cap. 85. testatur, nulla est euitãdi ratio. Nam in aëre nos ambiente semper versari, comedereq; ac bibere, & vigilare, & dormire est necessariũ, & sine eo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causę sine qua nõ obtinet rationem. Quapropter sedulo hoc agendũ, vt in ambiẽte, quoad fieri põt, quàm optimo habitemus. Quod vt rectè cõsequamur, quatuor eius natas hisce versibus expressas diligenter consideremus

oportet. Quarum prima quidẽ eſt, vt ſit lucidus, clarus, minimeq́; craſſus, aut nebuloſus. Craſſus.n. & obſcurus humores confundit, turbidusq́; ad cor deſcendit: quo fit, vt ſpiritus et turbidi ac craſsi, tum corpus pigrum ac languidum reddentes, tum aĩum quoq; contriſtantes, ex eo producuntur. Nihil aũt magis viuidum ac iucundum, minuſve circa voluntarios motus pigrum reddit hominem, q̃ ſi in lucido ac claro verſatur aere, aut mane ſurgat. Secunda, vt ſit mundus, hoc eſt, exquiſitè ſincerus ac purus, nulliſq́; vaporibus inquinatus. Impurus namq́; iuxta qualitatẽ & naturam illius, quod ipſi admiſcetur cordis tẽperaturam variat atq; immutat, queadmodũ idipſum Hali Roboam cõmen. 16. in lib. 3. Artis Medicinalis Galeni oſtendit. Tertia, ne ſit infectus, cuiuſmodi eſſe ſolet in locis cadauerum non crematorum multitudine refertis, ſicut in præliis contingit. Nã hunc pectis ferè ſubſequitur. Inſpiratus enim in corpore ſpiritus inficit. Quarta, ne fœtorem habeat cloacæ: Sub qua ſanè comprehenduntur & particulares aeris infectiones oẽs, quibus humana natura offenditur· nempè latrinarum, cœni, ſterquiliniorum, fouearum, culinæ, locorũ in quæ cadauera & oſſa mortuorum cõportantur, & ſtagnorum ſeu paludum, idq́; multo quidem magis, ſi

limum

linum insuper aut cānabis in eis putrescit. Qñ.n.aer hmōi sordibus inquinatus in corpora ingreditur, spiritus inficit, ac maximam cerebro noxam suggerit, viarum spiritus obstructionione facultatis animalis transitum prohibens, & halitu suo caput grauans. Huiusmodi ergo aer oībus ex æquo ętatib. omniq; tēperaturę noxius est: sicut ē diuerso qui purus oīno est, nulli non ętati est vtilis. Hinc non temere Auic. 2.1. doc. 2. sum. 1. c. 2. in hunc propè modum scriptū reliquit: Aer quidem optimè tēperatus & clarus, qui nihil prorsus admistū est aliene materiæ, quæ tota substātia spiritus tēperaturæ contraria sit, sanitatē nō efficit tm̄, sed ēt conseruat. Contrarius verò, effectus producit cōtrarios. Verùm quo predictorum exactior habeatur notitia, sciendum est Aerem pro tuēda bona valetudine duobus modis esse necessarium: Primo quidem ob spirituū & caloris innati refrigerationem: Deinde verò ob fumidi excremēti, spiritibus ac calori innato molestiam exhibētis, expulsionem. Queadmodu n.n. externū ignē siue aeris euentilatione suffocari atque extingui videmus, ita ēt de spiritibus & calore innato imaginari oportet. Nisi enim per asiduam inspirationē & transpirationem calor naturalis refrigeretur, ac quasi ventiletur, necesse est spiri-

tum perire: Aere.n.indiget nutriente, conseruante, temperante, atq; depurante siue segregante. Nutritio ergo, cõseruatio, & tẽperatio caloris innati fiunt ꝑ aeris attractionem. Deputatio per eiusdem expulsionem. Ac puriores quidem fiunt asperæ: arteriç dilatatione, quàm διαστολήν Greci nominant: ea.n. aer frigidus attrahitur, qui vitale robur, vnde spiritus quoq; animalis gignitur, excitat & recreat. Altera verò eiusdem arteriç accidit contractione, συστολήν Greci vocant, qua certè, quod ex humorum deustione in toto animante cõtractum velut fumi, dum est excrementum, expellitur. Aer itaq; qui sic attrahitur, si fœtidus & impurus fuerit, calorem innatum atq; spiritus corrũpit. Hinc ẽt intelligi põt, facillimè infici corda venenato aere. Quare protuenda bona valetudine eligẽdus est aer optimæ essentiæ, qui nihil vaporis seu halitus alieni in se admistum habeat, neq; turbidus, aut nebulosus appareat. Qui.n. talis existit, humores conturbat, &, vt antea ẽt dictum est, aĩam constringat. Sed sit exquisitè purus ac liber, qui ex terra plana vel edita ventorum perflatu vndiq; lustretur, & cui fumi, pulueres, & nebulæ admistæ non sint. Et qui nec stagni, nec paludis halitu sit infectus, nec ex profundo specu pestilentẽ auram spiret, qualis

circa σάρδεις, & Hierapolin, alibiq; in multis terrarum locis visitur. Nec qui ex cloacis q̃ vrbẽ aut numerosum exercitum purgent, vitium cõtraxit. Nec qui ex animalium, olerum, leguminum, aut prauarum arborum putredine, aut fimo coinquinatur. Nec qui ob stagnum vel flumen vicinum nebulosus est. Nec qui editis vndiq; montibus in cauo loco, siue valle cõclusus nullũ recipit perflatũ. Suffocans.n.patrisq; est, similis ei, qui in domib. quibusdã est inclosus, in quibus ob putredinẽ, & perflatus defectum, plurimus aceruatur squalor ac situs. Proin de omni planè ætati noxius est, & vitandus, queadmudum & quilibet inclusus. Hęc ferè Galenus lib. 1. c. 16. de sanitate tuenda. In pestilente tñ ambientis cõstitutione, ob generaliorum putrefactionem, inclusus cõuenientior existit: vnde per id tp̃s domi manere, fenestrasq; occludere oportet, ne quà pestilẽs aer ingrediatur. Quod si cui tñ eas aperire placuerit, curandũ imprimis, vt sint versus Orientem, aut Septentrionem cõstitutæ: idq; fiat à sole iam aliquot horis orto. Calor.n.Solis citius irrumpẽns caliginem atq; putredines aeris dissipat, oẽmq; crassitudinem eius attenuat. Ad postremum vero cauẽdum ẽt, ne vel minimum quidem aer in qualitatib. suis tã actiuis quã passiuis, caliditate nimirũ,

frigiditate,humiditate,& ficcitate,excedat. Si verò talis loco habitationis nostræ natura defecerit, arte nostra moliēdum erit,vt qualem esse expedit,præparetur. Id aūt qua ratione fieri posit,Galenus lib.9.metho.meden.ca.14. & Auicenn.2.1.doct.2.Sum.1.cap.6.7. 8.& 9. copiose admodum docent.

De nimia vini potatione. Cap. XV.

SI nocturna tibi noceat potatio vini,
Hoc tu mane bibas iterum,& fuerit medicina.

Præceptum hoc loco de ijs traditur qui mane ob pridianum vini potū ęgrotant:nempè vt tum quoq; ipsis paulū vini propinetur. Porrò largior vini inuitatio,quæ vltra q̄ satis est,ac multā noctem producitur, ebrietatem nonnunq̄ sæpe sitim matutinam,aliqñ verò immōdicam ét corporis excalfactionem suscitare solet.Siquidē excalfactionem, maximus error est, id mane repetere: nam perinde hoc esset, ac si igni adderes, oleoq; incendiū restringueres.Si ebrietatem cum nausea quadā, nihil incommodauerit,si ēt paulū eius manè propinet.Sic.n.facile vomitus eliciet,vētriculusq; à bile, & pituita, cęterisq; prauis ac vitiosis humorib. q̄bus grauatus fuit,

fuit, exonerabit, adeoq; crapula quũ oĩ eius noxa discutietur. Vomitum.n.præstare iuuamentum, vt stomachus à materiebus humoralibus euacuetur, autor est Auicenna.4.1.c.13.probatq; vomitum bis fieri in mense continuis duobus diebus, ex authoritate Hippocratis in libro de diæta salubri, & in libro de insomnijs, nimirum vt secundus dies prioris vomitus reliquias extrudat. Idē.3.1. doct.2.c.8. non parum emolumenti ex eo consecuturum adserit, si quis semel in mense inebrietur: quo videlicet per ebrietatē vomitus exciteetur, vt qui maximè ab ęgritudinibus chronicis, hoc est, longis ac malis tueri queat. Sed Rab bi Moses Tract.4.ad Soltanum Babiloniæ hanc sententiam ceu erroneam sijs conuellit verbis: Nocet, inquiēs, ebrietas oīs, & maximè assidua. Errauit ergo qui esse putauit vtilem ebrietatem semel in mensæ. Quin eadem ét à Gulielmo Placentino lib.1.c.8.de curatione morborum, & à Gordonio particul.2. Lilij, c.21. & à Valesco libr.1. Philonij c.8. redarguitur, vt quibus præseruari, q̃ curari melius esse videatur. De vomitu plura infrà c.107. Si quis ex nocturna vini potatione, proptereà q̧ bibere illud non consueuerit oblęditur, huic & manæ, quo adsuescat, idem propinandem est: sic.n.fiet, vt ex vini sumptione

minorem

minorem læsionem sentiat. Nam à consueto, vt est apud Hippocratem libr. 2. aphor. 50. minor fit lęsio, Si verò nocturnam vini potationem, manè sitis excipiat, ea mendosa est, & curatur quidem sumptione vini sed magis tñ aquæ. Cæterùm minimè ignorandum hoc loco, ab assidua & quotidiana ebrietate summopere oĩbus tam firmum, q̃ imbecille cerebrum habentibus, ex æquo cauendum esse. Frequens siquidem ebrietas, quemadmodum. 3. 1 doc. 2. c. 8. Auicenna testatur, sex morborũ genera in humanis corporibus excitat. Primò nãq; iecoris εὐεξίαν, hoc est, bonũ habitum

Ebrietatis incomoda.

dissoluit. Vinum. n. immoderatius sumptum calorem eius naturalẽ vel obtundit, vel resoluit atq; debilitat, adeò vt facultatem amittat sanguifitã, & aquosas humiditates ὕδρωπα efficientes pro sanguine generet. Vel hepar ipsum vna cum humoribus eius adurit: q̃ sanè rem magna ex parte sequi solet, vel λεοντιάσις, quę est Arabũ lepra, vel mania. Deinde assidua fumorum è vino sublatione bonam et cerebri constitutionem destruit: Calidum quidem phrenitidi, aut maniæ, frigidum verò epilepsię, lethargo apoplexiæ, aut caro Arabibus Subeth appellato, obnoxium, reddens. Tertio loco neruorũ imbecillitas continuatam vini perpotationem sequitur,
atque

atque inde ſane accidit vt bibacibus & frequenter inebriari ſolitis, caput, manus, ac reliqua membra propè oīa tremula efficiantur, idq; non tm̃ in ſenio, cuius maximè propriũ hoc vitium eſt, ſed in cruda quoq; viridiq; ſenecta, & qñque ẽt in iuuentute. Quarto, frigida neruis vitia, nẽpè conuulſionem, ac paralyſin adducit. Vbi.n. immoderatius ſumitur vinum, vt quod calidã habeat temperaturam, facilimè eos replere ſolet. Talis ſi quidem natura promptè oĩa ſubintrat, præſertim quum non admodum craſſam ſubſtantiã habuerit. Subſtantiæ igitur copia vinum neruis hæc adfert mala, Galeno comment. 5. lib. 5. aphoriſmor. teſte. Vinum ẽt frequenter in ventriculo aceſſit, vnde non minimũ lęduntur nerui. Ex defectu pręterea concoctionis vinum ſæpe conuertit vel in crudas atque aquoſas humiditates quibus laxati nerui reſoluuntur, vel in frigidos, craſſos, & glutinoſos ſuccos, quibus ijdẽ obſtructi aut diſtenduntur, aut cõtrahuntur. Quinto, Apoplexiam procreat: pituitoſo.n. hoc eſt, frigido, craſſo, lentoq; humore, quem tp̃is tractatu generat, adeò principaliſſimos cerebri ventriculos vna vice & cumulatim replet, vt ſubito oẽs corporis particulæ motu ſimul ac ſenſu deſtituantur. Sexto verò repentinã ſæpe mortem adfert: lo-

cis.n.ſpirationis vini,vel inde generata-rum humiditatũ multitudine vehementer coarctatis atq; impeditis,ebrius ſtertendo & dormiendo ſuffocatur. Hęc oĩa Galenus ẽt libr. 3.de temperamentis, in eum ſcribens modum confirmat: Vinum,inquit, nõ ſemper animal calfacit, æquè vt nec oleum flamam acendit, tametſi aptiſsimum eſt ignis nutrimẽtum. Imo ſi imbecillæ & exiguę flammę confertim multum oleum infundas,ſuffocabis eam,prorſusq; extingues potis,q̃ augebis,Sic igitur & vinum, vbi plus bibitur,q̃ vt vinci poſsit, tm̃ abeſt vt animal calfaciat, vt ẽt frigidiora vitia gignat, quippe apoplexia, & paraplegia, & quæ Gręci Caros,& comata vocamus,& neruorum reſolutio, & comitiales morbi, & conuulſiones,& tetani immodicum vini potũ comitãtur: quorũ vnumquodq; frigidum eſt vitiũ.Hęc ille. Quanq̃ verò à nobis hactenus dicta mala vino immoderatius ſumpto accepta ferenda ſunt, non parum tñ conferre exiſtimandũ eſt, ſi modice bibatur. Auicenna loco ſuprà citato quinq; eius recenſet cõmoda. Primo namq; calore & ſubtilitate ſubſtantię, tum conuenienti quoq; & occulta proprietate facilẽ efficit ciborũ, quibus permiſcetur, in oĩa mẽbra diſtributionẽ: Vnde elegantiſsimè ab Hippocrate in libro de alimento ὄχημα της τροφῆς, hoc

hoc est, alimenti vehiculū nuncupatur, Idq; meritò sanè: neq;.n.ex ventriculo in venas, quę sunt in hepate multæ & angustæ, succus facile transmitti posset, nisi aliqs ei tenuis & aquosus humor tanquam vehiculum, permisceretur. Deinde eadē ēt ratione phlegma incidit atq; resoluit meatuū obstructiones aperit, adeoq; naturā ipsam ad excretionē incitat. Tertiò flauā bilē per vrinā, sudorē, excrementa, & transpirationē insensibilē, καὶ δι' λογ αἰσθήσει διαπνοὴν Gręci vocant, expellit idq; intelligendum maximè de vino tenui, subrubeo, siue albo, per naturā debili, vel abundè diluto. Potentia.n.flauā bilē augent potius, q̄ expellunt, q̄ insita quadā vi in eā facile cōmutentur, & hepar, vltrà q̄ satis est, calfaciant. Quartò atrā bilē, quæ crassa & tardi motus est, per proprios meatus ab hepate ad splenem, & à splene ad ós ventriculi nullo negócio deducit, eandemq; è corpore tandē vna cum fęcibus exigit. Quinetiam melancholie noxas substantia, temperamento, & effectibus suis contrarijs reprimit at tollit. Melancholia siquidem tristitiā, timorē, pusillanimitatē, & auaritiam vinum verò lætitiā, audaciā, magnanimitatē, & liberalitatē parit. Quintò medetur oībus modis seu speciebus lassitudinis, nisi multa extranea caliditas ipsis cōiuncta fuerit.

Spiritus

Spiritus.n.languidos,tantumq; nō exolutos,abundè reficit & recreat, facultates corroborat,& humiditates musculis, neruis,chordis & iuncturis insidētes aut eximit,aut certè miunit. Adhęc,in arefactiua lassitudine, re ita postulante,velociter humectat,præsertim si dilutum fuerit. Præstat preterea & alia q̃ plurima commoda. Galeno.n.teste lib. 3. de temperaemn.cap.3.omnium celerrimè nutrit:nam vt adsimiletur,mutationem desiderat minimam, Calorem & spiritum naturalem corroborat,totū corpus calfacit, cerebrum purgat, intellectum excitat,cor exhilarat,iram mitigat,tristitiam remouet, libidinē incitat,pręq; omnibus alijs potibus cōcoctionem semicrudorum humorum in quauis corporis parte adiuuat, &, vt vnico verbo rem totam perstringam,hominē & anima & corpore reddit viliorē: vnde abstemij,si cætera æquabiliter se habeant, reliquis sunt effœminatiores.

¶ De meliore vino. Cap. XVI.

Gignit & humores melius vinum meliores,
Si fuerit nigrum,corpus reddet tibi pignum.
Vinum sit clarumq;, vetus, subtile, maturum,

Ac bene dilutum, saliens, moderamine sumptum.

Hic docetur imprimis, ex meliore vino meliores humores procreari, neq; id sanè immeritò. Nam quanto præstantior humorũ materia fuerit, tantò ex ea ẽt meliores humores gigni, rationi consentaneum est. Subiungitur deinde, corpus nigri vini potu torpidum ac pigrum reddi; & ne hoc quidem citra rationẽ. Nam cùm reliquis sit crasius ac terrenæ naturę magis particeps, spiritus ẽt crassiores inde produci necesse est. Similem esse oportet defluxum subiectę substantię, vt locis suprà aliquoties citatis Galenus autor est. Iam verò spiritus crassiores corpus grauant, & ad volontarios motus perficiendos pigrũ reddunt. Tertiò loco septem referuntur pręcepta de electione vini.

PRIMVM, vt sit clarum: hoc. n. vtpote subtile, spiritus etiam claros ac subtiles generat.

SECVNDVM, vt sit vetus: Nouum enim siue mustum (si cætera consẽtiãt) facilius inebriat, aluum subducit, colicos cruciatus generat, & alia quędã adfert incõmoda, de quibus infra cap. 26. Neq; ita tñ hoc intelligendum venit, vt nobis ad modum vetus eligẽdum videatur. Tale. n. iuxta Auicẽnę snĩam. 3. 1. *Vinum vetus.*

doct-

doct.2.c.8.inter medicamenta potius, q̃ potus reponendũ est. Maior si quidem ei corporis ad caliditatem & siccitatem alterandi, q̃ alẽdi facultas inest. Alimentum.n.quod ex ipso corpori hominum accedit, exiguum est. eò q̃ à fœcibus & viriditate, & quibus permistum & confusum fuit, iam repurgatum, seq; ipso calidius quodãmodo effectum sit. Vinum namq;, sicuti lib.8.cap.14.de simp.medic.facult.à Galeno scribitur, ex secundo est ordine excalfacientium: sed quod admodum vetus est, ex tertio: sicut mustum, quod vocant ex primo. Caliditati eius portione respondet siccitas.

TERTIVM, vt sit subtile: tale.n.spiritus procreat multos atq; subtiles: cũ è diuerso crassum crassos generat.

QVARTVM, vt sit maturũ, nõ austerum, siue stypticũ. Austerum namq; vinum: quẽadmodum cõmen.8.lib.3. de vict.rat. in morb. acu. Galenus attestat. excretiones oẽs cohibet. Quare lædit ea corpora, quibus per vrinas expurgari est opus, lædit quoq; superiora oĩa. Sed tñ ipsa astrictionis ratione oĩno iuuamentum præstat ægritudinibus intestinorum. Verùm hmõi astrictionẽ labefactat. exoluitq; si aqua tẽperatũ fuerit.

Dilutum QVINTVM, vt sit dilutum Vinum enim cùm diluitur, hoc est, aqua tẽperatur, remittit fumositatem suã, atq; ob eã

rem

rem minus cùm caput grauat, tum inebriat. Sed hoc ipsum de vino subtili potissimum intelligẽdum vr̃, Nempe crassum diluendo subtilius ac magis fumosum efficitur, atq; ob id citius inebriat. De eo igitur Auicẽ. intellexisse censendum est. 3. doc. 2. cap. 8. dũ inquit: Mixtum velocius inebriat.

SEXTVM, vt infundendo quasi subsiliat: & est vna de boni vini conditionibus, de quibus cap. 10. dictum est.

SEPTIMVM, vt modicè sumat. Vinũ.n. modicè sumptum acuit ingenium. Excitat.n. vini calor inueniendi vim, q̃ torpet nõnunquam in ieiuris. Extat hęc sententia libro de disciplina scholariũ, qui Seuerino Boethio adscibitur, c. 2. Vinum, inquit, modicè sumptum intellectui vr̃ conferre acumen, non aũt modicè sumptum rationem perturbat, intellectũ habetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ad ignorantiam perducit. Ex oĩbus iam dictis colligitur, pro conseruanda bona valetudine eligendũ esse vinum ętate medium, clarũ, rubedine nõnulla participans, odoratum, sapore ęquale, ita vt nõ accresit, nec acutum, neq; dulce, nec fumosum, neq; crassum, neq; subtile nimis, sed ad subtilitatem inclinans, neq; excellenter potens, neq; plus æquo imbecillum, sed medium, natum in colle aperto

to meridiem spectante, regione inter ca-
liditatem ac frigiditatē tẽperata. Hæc
ferè Auicēna loco citato. Porrò circa vi-
ni vsum pro ętatis ratione tres notandæ
sunt regulæ. Prima, ne pueris detur vi-
num in potu: nam perinde hoc esset, ac
si ignem igni addas. Quippe ꝙ haustum
& humectat nimiũ, & calfacit corpus,
tum caput halitu replet, ijs, qui humido
calidoq; temperamento sunt, quale est
eiusmodi puerorum. Atqui nec repleri
his caput est vtile, nec supra q̃ par est hu-
midos calidosq; fieri: qm̃ eò iam calo-
ris humorisq; peruenerunt, vt si paulu-
lum vtramuis qualitatem auxeris, iã mo-
dum excesserint. Cùm aũt sit oĩs exces-
sus fugiendus, maximè hunc fugere ex-
pedit, ex quo non corpori modo, verũ
etiam animo dãnum accidit. Gal. lib. 1.
c. 15. de sanita. tuenda. Secunda, vt seni
detur, quantũ citra dispẽdium valetudi
nis ferre queat, hoc est, quantum appe-
tit genuina ac regulari appetẽtia. Quẽ-
admodum. n. ocreæ veteres, aridę, & cor
rugatę oleo, ita corpora senum vino ele
cto, quale est Bellouacense, reficiuntur
ac reuocãtur. Senibus. n. cùm ex angues
& frigidi sint, vnum illud maximum cõ-
modum ex vino accidit, ꝙ ætatis frigidi
tatem ad symmeteriam & mediocrita-
tem caloris reducat, tristitiam & melan
choliam, quibus abundant, expellat: &
sopo-

Vergi. 2 Georg. Apertos Bacchus amat colles, &c.

ſoporem, quò ferè deſtituũtur, reuocet: obſtructiones item, quibus iidem obnoxij ſunt, tollat. Sanè vinum ſicuti pueris alieniſſimum, ita ſenib. aptiſsimum eſt. Galenus lib. 5. de ſanita. tuenda. c. 7. Tertia, vt iuuenib. non exhibeatur niſi tẽperatè. Nam, vt Galenus, inquit, lib. 1. de ſanitate tuenda c. 15. Neq; iam adultis vinum, niſi modicè ſumptum, exiſtimandum eſt vtile eſſe: quod videlicet & ad iram & ad libidinẽ præcipites facit, & partem animi rationalem habetẽ turbidamq; reddit. Cæterùm his ipſis ad bilis excrementa vel mitiganda, vel expellenda, eſt ſane non inutile. Corpus corroborat, & ingenium ob ſubtilium & tenuium ſpirituum copiam exacuit. Plura Plato. lib. 2. de legibus, Seneca lib. 2. cap. 20. de Ira, & Galenus in libro, quòd animi mores corporis temperaturã ſequantur, cap. 10.

¶ *De Ceruiſia. Caput. XVII.*

NOn acidum ſapiat ceruiſia, ſit bene clara,
Et granis ſit cocta bonis, ſatis ac veterata,

Hic quinq; traduntur notæ eligendæ ceruiſiæ.

PRIMA, vt non ſit acida: hæc. n. ventriculo inimica eſt. Acetũ nanq;, quem- *Acetum*

I admodum

admodum comment. 39. lib. 3. de victus rat. in morb. acut. Galenus docet, suapte natura neruos offendit, idq; sanè experimentum testatur, & demõstrat ratio. Nempe exangues sunt & ideò frigidi facileq; ab ijs: quę refrigerant simul & tenues habent partes, afficiuntur medicamentis: Læduntur pręterea & à reliquis perfrigerantibus omnibus: sed substãtia aceti, quę tenuium est partium, in eorum mergitur profundum: atq; in oēs ita irrumpit partes, vt ne minimum quidem eis illęsum maneat: Sic igitur acetũ neruosos offendit partes. Ventriculus autem neruosus est. Ergo, &c.

SECVNDA, vt sit clara: turbida.n. impinguat quidē, sed vrinarum meatus obstruit, atque ob id calculosis plurimũ nocet, flatus gignit, difficilē atq; breuē spirationē efficit, & pituitam auget.

TERTIA, vt sit cocta ex bonis, ac validis, & minimè corruptis granis, nēpe ex optimo hordeo tritico: vel auena, quanto.n. grana meliora fuerint, tanto & meliorem inde humorē gigni par est.

QVARTA, vt sit bene ac perfectè cocta. Hęc.n. melius concoquitur, & naturæ conuenientior existit. Male verò cocta, ventris inflationes, tormina, & colicos cruciatus generat.

QVINTA, vt sit vetus, & à fœcibus repurgata. Recens.n. pręterq̃ quòd iisdem

malis, quibus male cocta obnoxia est, stranguriam et facit. Plura infrà cap. 46.

De vsu ceruisiæ. Caput. XVIII.

DE qua potetur, stomachus non inde grauetur.

Hic vnicum de ceruisiæ vsu preceptum traditur, nempe vt modicè sumatur, neq; ea stomachus prægrauetur, vel ebrietas concilietur. Ebrietas.n. ex ceruisia q̃ vino deterior est, & diutius perdurat, q̃ crassior, concoctuq; difficilior sit q̃ vinum. Fumi namq; crassiores inde ad caput eleuantur, q̃ ex vino: quare tardius et discutiuntur. Ex quo sane loco sequitur et, in principio prandij vel cœnæ potũ à ceruisia vtilius, q̃ à vino inchoari, Ventriculus etenim ante cibi sumptionem vacuus & nutrimenti indigus e proximis haud dubiè visceribus attraxit. Illa verò, vt copiosè admodũ lib. 3. de facul. natu. c. 13. Galenus docet, nihil præter superfluitates & excrementa retribuisse certum est; quod fit, vt superfluitatibus iam atq; excrementis abundet. Quę certe potissima causa est, cur in maxima fame Medici consulant, vt ante cibi sumptionẽ vomitus eliciatur; quo nimirum superfluitates illæ à ventriculo attractę euacuentur prius, minimèq; cũ χυλῷ misceantur. Si igitur in principio mensæ biberetur vinum, quo

natura præcipuè delectatur, quódq; auidissimè ab ea q visceribus inest, trahendi vi rapitur: superfluitates à ventriculo attractæ vna cùm vino in oîa statim corporis membra non sine sanitatis dispendio distraherentur. Atq; ob hoc fortassis Ioannes Mattheus de Gradi. cõsilio. 90. non in principio solùm mensę, sed in maxima quoq; siti, & post quamlibet actionem fortem ac vehementem à vino abstinendum censet: quippe quod ità sumptum incoctum adhuc ac crudũ adneruos facilè penetret, atq; inibi in acetum commutetur. Ceruisia vero vtpote crassior, & ad concoctionẽ pertinatior, non tã auide rapit: quare ab ea potus in principio prãdij vel cœnę vtilius inchoatur, ceruisia humores ẽt orificio stomachi incidẽtes abluit, & sitim, q̃ ex nimia vini potatione timet, pterea & quãlibet aliã mendosam, coërcet ac reprimit.

¶ *Quæ victus ratio quolibet anni tempora fit vtilis.* Caput. XIX.

Temporibus veris modicum
prandere iuberis,
Sed calor æstatis dapibus nocet
immoderatis,
Autumni fructus caueas ne sint
tibi luctus,

De

De mensa sume, quantum vis tempore brumę.

Hic pro singulis anni tẽporibus conueniens instituitur victus ratio. Et primò quidem de Vere agitur. Verno siquidem tpe modicè prãdendum est, id est, paulum cibo demẽdum, adijciendumq; potioni, Cornelio Celso lib.1.cap.3.& Auicenna.2.1. doct.2.c.6.testibus. Hyeme.n.ob tpis gulositatẽ exercitij prauitatem, & resolutionis prohibitionẽ humores crudi maximeq; phlegmatici ex tpis proportione generati in interioribus corporis ob ambientis aeris frigiditatem, siue ἀντιπερίστασιν adunantur. Ver aũt superueniens illos eliquat, & per totum corpus diffundit. Quare natura per id tempus plurimum circa illorum cõcoctionem occupata est. Si itaq; in vere magna daretur cibi copia, natura impedita è prędictorũ humorũ concoctione diuerteretur, vtpote humoribus, & magna ciborum copia plus ęquò grauata: vnde relictis in corpore humores crudi & incocti facile in membrum aliquod decumbentes ęgritudinẽ inducerent. Quare summoperè cauendum est, vt id temporis cibo nonnihil dematur. Ciborum.n.diminutio ob ęgritudinibus veris maximè preseruat, Auicẽna ibidem teste. Et hoc quidem de adulto

& extremo vere intelligẽdum. Nouum enim hyemi adsimilatũ, vnde & hyemis ritu per id tempus cibus administrandus est. Intelligendum item de corpore crudis & phlegmaticis humoribus referto. Corpore namq; in humoribus temperato cibus iuxta coloris innati, atq; eius, quæ à corpore fit resolutionis proportione exhibendus est: ablata.n. causa est diminutionis cibi. Vnde Hippocrates lib.1.apho.15. Ventres hyeme & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tũc calor innatus plurimus est, vnde & pluribus egent alimentis.

Aestatis cibus. SECVNDO, de æstate nempe q̃ immoderata cibi sumptio æstate noceat. Siquidem virtus concotrix tunc debilis existit: Calor.n.innatus, qui oĩum operum naturalium causa est, p̃p extrinsecus circumstantis coloris excessum, ad sibi affinem extrà protenditur, atq; ita contingit dissolui ac dissipari eius substantiam ob hoc igitur debilior redditur, q̃ vt multum cibum conficere queat. Galen.comment.15.lib.1.apho. Vbi minimè tñ silentio pretereundum est, ob maximã humiditatũ corporis tam substantialem q̃ nutrimentalium, quę per æstatem fieri solet, difflationẽ, plurimum quidẽ ac crassius alimentũ exhibẽdum

esse, si virtus concoctioni sufficeret. Verùm cùm vno eodemq́; tpe multũ conficere non sufficiat parũ de eo ac sępius exhibendum est. Id qꝫ comment. 17. lib. 1. aphor. Galenus ijs significauit verbis: Aestiuo quidē tpe, quantũ ad tpis rationē attinet, sæpius pauca danda sunt, qm̃ & pluri egēt adiectione, vt qui sunt dissoluti, & vires habeant imbecilles. Idem Cornelius Celsus libr. 1. capit. 3. sic scribens confirmat: Aestate vt sępius cibo vtendum, sic exiguo est. Quanq̃ verò cibo nonnihil per ęstatē demendum est. potioni tñ adijciendum vr̃. Maxima siquidē tum fit difflatio & exiccatio corporis, & calor humidum lōge exuperat, vnde maior ēt sitis exorit̃. Elixis itaq; frigidisq́; cibis, ac potione tum multa, cum diluta vtendum. Vinum verò purum ac vinosum, vt quod facilè inflammetur, & violento ęstu vehementem calorem incendat, vitandum.

Tertio, de Autũno: vt, s. in eo à pomis ac cęteris autumnalibus fructibus, nimirum vuis, persicis ficubus, & similibus abstineatur vel parcè saltē de ipsis assumatur, ob ebullitionem. n. q̃ corpore & humoribus faciunt, sanguinē nimis fluidum & putrefactioni accommodũ generant, idq́; maximè in ventriculo impuro & corporibus κακοχύμοις, qualia per autumnum sępius occurrũt: quæ

ob id ẽt malis corripiuntur ęgritudinibus, cuiusmodi habentur imprimis variolę, morbilli, & pestilentes. Quod palam ẽt Paulus Aegineta lib.1.c.53.ita scribens attestatur: Poma in autumno affatim assumere noxiũ est, vt quæ non copia tm̃ obsint, verumetiam vitiosos procreẽt humores & inflationes. Etenim pręstantissima, nempe ficus & vuæ, flatus pariunt corrumptũtq; cibos, nisi ante alios prę sumatur, ita verò neq; inflant neq; corrũpunt. Cęterùm quia exactior victus ratio per autumnum habeatur, vnicè hoc oĩbus, qui sanitatis tuendę curam susceperint, cauẽdum est, quemadmodum lib.4. ad Alman.c.26. Rhazes pręcipit, ne famem vel sitim patiantur, vel cibo vna hora repleantur, vel aqua. Vinum aũt bibẽdum est paulo liberius, non tñ immodicè, ceu in ęstate, dilutum: nempe vt corpus humectet, & calorem reprimat. Quod.n.aqua immodicè temperatum est, calorem obtũdit, inflationes ac inde colicos cruciatus procreat. Minus ẽt eius q̃ per ęstatem sumendum est. Siquidem natura tunc imbecillior existit, q̃ vt magnam vini copiã concoquere queat. Sunt apud Galenum in libro de cibis boni & mali succi, c.3. pulcherrima quędam ac vtilissima de horæis fructib. præcepta, quem sanè locũ, quia valde eruditus est, hic integrũ

subij-

ſubijcere placuit. Pater meus, inq̄t, geometrię, architectonię, aſtronomiæ, aritmeticę, logiſtices ſtudijs plurimū valuit. Maximèq; oībus, quibus erat notus, ob ipſius iuſtitiam, modeſtiā, bonitatem, vt quiuis ex philſophus, admirationi fuit. Is cùm puer ipſe adhuc eſſem, eam mihi victus rationem inſtituit, vt nullis per id tēpus obnoxius morbis vixerim. Vbi verò adoleſcentiam ſum ingreſſus, ille in agrum rei ruſticæ ſtudioſus conceſsit, ego verò doctrinæ ſtudijs ardentius, q̄ cæteri condiſcipuli die noctuq; operam dabā. Sed cùm per totū id tempus, quod ὀπώραν vocant, horęis, hoc eſt temporarijs vel fugacibus fructibus vnà æqualibus meis vberius vſus eſſem, aduenenien te autūno, acuto morbo correptus ſum, venamq; incidere opus fuit. Cumq; ergo in vrbem pater reuerteretur, ad me obiurgandum ſe conuertit, eiusq; generis victus admonuit, quo eodem ſuadente, vſus antea fueram, vtq; ab illo impoſterum minimè diſcederē vitaremq; ſodalium incontinentium conſuetudinem precepit. Tum ſequenti ēt anno operam curamq; adhibuit vt ſobriè viuerē, atq; horeos fructus cum moderatione guſtarem. Atq; ita in eo anno qui erat ætatis meæ vndeuiceſsimus, incolumis vixi. Sed cum altero deinde anno pater exceſsiſſet è vita, ipſæq; vnà cum eiuſdem

ætatis amicis operæ fructus ad satietatem sumerem, in ęgritudinem superiori consimilem incidi, vt tunc quoq; sanguinis missione opus esset, Deinde verò vel singulis annis, vel alternis nõnunquam, ad octauum vsq; & vicesimũ annũ morbo aliquo laborabam. Cumq; tunc tp̄is periculum esset, ne ea pars mihi, qua iecur septo trãsuerso annexũ est, abcessu corriperetur ab esu horæorũ oĩum mihi penitus abstinendum proposui exceptis ficubus vuisq; oĩno maturis quas neq; intemperanter vt antea sed cum moderatione sumebã. Quã sanè victus rationem, cùm quidam ex sodalibus natu me duobus annis maior comprobaret, currè ambo adhibuimus, vt exerceremur, cruditatesq; oĩno vitaremus, ob idq; ad hanc vsq; diem multos iam annos, incolumes viximus. Reliqui quoq; ex amicis, qui me hortante exercitatione vsi sunt, moderateq; cibum sumpserunt, rectè oẽs semper valuerunt, sed alij, quidem à quinto iã & vicesimo, alij ab aliquãto paucioribus annis, vt cuiq;.s.persuasũ fuit, horræos fructus cibosq; alios mali succi vitari oportere. Hæc ille.

Hyemis sibi parti. QVARTO, de hyeme: Hyberno siquidem tẽpore, Auic. 2.1. doct. 2. c. 6. teste, quantũ volumus, hoc est, plus quàm cæteris tẽporib. edendũ est. Quod Galeni ét testimonio confirmatur, qui com-

ment.

men. 17. lib. 1. apho. in cũ scribit modũ; Hyberno tpe multa quidem danda sunt, pp robur virium, sed rarò, quia non valde multa indigent adictione laborantes, vt qbus non multa fiat euacuatio. Et rō quidem est, quia calor innatus hyeme intensior est, tũ quia vnitus, tũ quia corroboratus, διατὴν ἀντιπερίστασιν, id est, iuxta positionẽ sui contrarij, nempe aeris frigidi corpora ambientis. De qua plura Aristoteles lib. 1. c. 12. μετεωρολογικῶν. Sed hoc veritatem habet in robustis & corpulentis, nõ aũt in raris & debilibus. In his. n. intensum hyemis frigus non modò non corroborat calorem innatum, sed magis debilitat. Quòd verò hyberno tpe calor plurimus fit, innuit Hyppoc. aphorim. 15. libr. 1. Ventres hyeme & vere natura calidißimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tũc calor innatus plurimus est, vnde & pluribus egent alimentis. Quæ quidem & crasßiora & concoctu difficiliora exhibere licet, eo quod calor intẽsior sit. Vino aũt vtendum est tum meratiore, tum rubicondiore. Quanquam verò in hyeme ob robur caloris innati & fortitudinẽ virtutis concoctricis. cibi crasßiores ad densiores cõueniunt, quia tñ tunc tpis ob phlegmatis abundantiã corpora facillimè replentur & obstruun-

tur, & parua fit à continente resolutio: tutius est, vti cibis inter solidum & rarũ mediis: qualis est caro hędina, vitulina, veruecina, luciorum, percarum & cancrorum: Crassioribus verò, vt bouina, ceruina, porcina, concarum, ostręarum, carpionum, & similium, abstinendũ, aut certe cum moderatione vtendum: adhibitis semper rebus apertiuis & diureticis, nimirùm petroselino, nasturtio, apio, & exercitio forti. Cæterùm circa victus rationem pro singulis anni tẽporibus conuenientem hoc ẽt notandum venit: Quod autũno quidem melancholicis cibis ac siccantibus abstinere oporteat, hyeme verò eis vti, quẽadmodum sanè æstate homectãtibus & refrigerantibus: Vere aũt, q̃ medij sit tẽperamenti, mediæ facultatis cibos edere, quemadmodum libr. 1. cap. 25. de alimen. facult. Galenus attestatur.

De prauo potu corrigendo. Cap. XX.

Saluia cum ruta faciunt tibi pocula tuta,
Adde rosæ florem minuuntq; potenter amorem.

Duo traduntur hoc loco praui potus remedia.

PRIMVM, Saluia, cuius folia potib. immersa vitia eorum proprietate quadam

dam tollunt. Peculiarem preterea habêt gratiã roborãdi cerebrũ ac neruos, iis vero roboratis, malis fumis ex paruo potu procedẽtibus melius resistitur.

SECVNDVM, Ruta: Huius nanq; folia integra ac citra contritionem vllã, potioni imposita, auxiliarẽ vim contra perniciem eius præstant. Etenim caliditate proprietate sua potus vitia emandant. De ruta, quo aduersus venena conferat, satis dictum est suprà cap. 13. Additur in posteriore versu, ꝙ flos rosæ superioribus adiunctus, non modò dictam earum vim augeat, sed Veneris insuper appetitũ cohibeat atq; tollat. Quod sane de rosis potissimum intelligendũ est, quæ puniceo colore rubent; hę namq; fragrantia ac styptico suo sapore potus nocumentum remouent.

De nausea marina, Cap. XXI.

NAuseá non poterit hæc quam vexare, marinam
Vndam cum vino mixtam qui sumpserit ante.

Cùm plerisq; necessitas incidat nauigo per marè proficiscendi, hic etiam remedia quædam aduersus nauseas & vomitiones, quibus premi solent, qui nauium insueti primùm iã nauigare incipiunt, enumerare placuit: Népe si diuites illi fuerint, vt per dies aliquot, antequam

quam nauē cōſcendant, vinum ſuū aquā marina temperent: ſint pauperes; aquā marinam abſq; miſtionne bibant. Sic.n. fiet, vt nauſeas citra vllum negotiū euitent. Nam vinum & prçcipuè aquoſum, quod Paulo Aegineta οἰνάριον Grçcè dicitur, ſtomacho vomitionib. turbato maximè conuenit. Aqua verò marina ſalſa & aſtrictoria ſua vi os ventriculi claudens vomitiones præcidit atq; impedit. Porrò vomitionib. primùm iā oborientibus, nec facilè, nec vtiliter reſiſtitur: vt quç oīno magna ex parte prçſidio eſſe ſoleant contra magna & vehementes çgritudines, nimirū elephantiaſin, aquā intercutem, & apoplexiam, & ſtomachi tū frigiditatem, tum inflationem. Siquidē ab his nō ſolùm præſeruant, ſed eaſdem etiā iam obortas vel curāt vel certè leuant. At ſi diucius crebriusq; vrgeant, adeò vt nauigantes vehementes debilitentur, comeſtione ſtypticorū & acidorum fructuum, cuiuſmodi ſunt mala cydonia, mala Matiana (hoc eſt, vt interpretatur Iacobus Syluius, poma Syl ueſtria, vt verò Ianus Cornarius, poma Arantia) & noſtra orbicularia poma, q̄ Epiroticis malis reſpondere putantur, vulgo Capenduta, ſiue *Pommes di Capendus* Gallicè vocātur, & punica ſiue granata acida, reſtinguendæ ſent. Hçc.n. vos ventriculi corroborant, & humore

ſurſum

sursum repentem deorsum reuellunt, ac inferne per ventrem euacuant, fluentéq; stomachum sistunt. Quin & ipse stomachus ab hisce roboratus fructibus, humores ad se vndarũ exagitatione confluẽtes reprimit. Appi quoq; semen torrefactũ ac in vino potum, confert. Absinthium quoq; tam in cibo, q̃ in potu sumptũ nauseas tollit. Panis item afflatus, si ex vino aquoso & odoro maceratus ingeratur, prodest. In summa, tota victus ratio tũ ex acidis & ventriculum roborantibus, tũ vapores etiã siue fumos ad caput ascẽdere prohibentibus, constituẽda est: In quorum numero & lẽticulę cùmprimis in aceto, vel succo vuę acerbę incoctę, reponẽdę sunt. Plura Paulus Aegineta. lib.1.c.56.& Auicẽna.3.1.doc.5.c.8.

¶*De generali condimento.* *Cap.* XXII.

Saluia, sal, vinum, piper, allia petroselinum,
Ex his fac salsam, ne sit commixtio falsa.

Cõmunes recensentur hoc loco materię, ex quibus in mensa ἐμβάμματα, hoc est, intinctus, condimenta, siue salsamenta ex tẽpore parari possint, si specialia defuerint. Sũt aũt eę numero sex. Et prima quidem saluia est: Ex hac. n. fit

fit condimentum in assatione siue coctura anserum & porcellorũ. Hi nanq; saluia persępè farciri solẽt antequàm assentur: vt nimirum superfluis ac glutinosis ipsorũ humiditatibus resolutis atq; dissipatis, saluię penitus sibi cùm odorem, tum saporẽ induant. Saluia tñ post assationem reiicienda & non comedẽda est. Quinetiam ruricolę & plebei homines condimentum ex saluia cõficiunt, quo in anserum esu vtuntur. Allium.n.cum saluia contundunt, vt acrimoniã deponat & vino commiscent. Secunda Sal: de quo infra.c.52. Tertia, Vinum: Quod sanè extemporale diuitum, vel nobilium cõdimentum est. Nam in sinapij, aut veriuti defectu, vinum cũ sale tẽperatum pro salsamento ingerunt. Porrò veriutũ (vt hoc obiter ẽt hic explicetur) Gallicum vocabulum est idẽ significans, quod ὀμφάκιον quod est succus acerbæ vitæ, nõdum maturescentis. Italicè [*Agresto,*] Officinis agresta, Gallicè [*Veriust.*] Hispanicè [*Agraz,*] & hinc facta Latina nominis terminatione, Veriutũ. Quarta, piper: Estq; rusticorũ & agrestiũ hominum salsamentum: quippe quibus fabæ atq; pisa pipere conditia in quotidiano sint vsu. Quinetiam ex pane tosto cum ceruisia, siue vino, ius nigrum pipere conditũ pultis instar conficitur, quod ob id vulgato iam ferè vbiq; noĩe piper etiam

Sal cum vino.

Piper.

etiam appellatur. Hoc super carnes aut pisces effusum in delicijs habetur. Quinta allium: hinc quoq; salsamentum rustici conficiunt, quod cum oībus prope cibis suis, siue assi illi fuerint, siue elixi, siue dulces, siue salsi, imò verò, & cũ induratis ouis esitant. Allium namq; tritum cũ molli caseo ac lacte commiscét, atq; epulis deinde apponunt. Sexta petroselium: Siquidé ex folijs eius contusis, cumq; veriuto vel vino albo commistis, fit salsa viridis, quę cũ assis fere manditur. Cęterùm silentio minimè prętereundum hoc loco, q̃ pro ratione temporum sibi inuicem succedentium, tum cibariorum ẽt, quibus cum apponũtur, salsamenta variari conueniat. Calidis siquidé tp̃ibus frigida, aut minima certe caliditate participantia: è contrariò, verò frigidis calida cõferunt. Salsamentorum igitur statuenda materia est in estate omphacium, turiones vitis, acetum, succus malorum limoniorum, vel citrangulorum, vel Punicorum, siue granatorum, cum sacchato, stillatitio rosarum liquore, qui ῥοδόσταγμα Gręce dicit, & amygdalis. Quibus tñ interdum, serpylli nonnihil ac petroselini ad frigiditatis commoderationem addi pōt. Temporibus frigidis aptissima constituetur salsamentorum materia sinapi, eruca zingiber, piper, cinnamonũ, cyarophillon,

Allium.

Petroselinum.

rophillon, allium, ſaluia, ſerpyllũ, mẽthã, petroſelinum iuſcula carnium, vinum, & acetũ, idq; non acrenimis, ſed vini naturę propinquum. Temperatis aũt tpibus inter caliditatẽ & frigiditatem media magis congruet. Porro quod ad cibaria ipſa attinet, alia alijs, quemadmodum ſane coqui non ignorãt, egent condimentis. Carni nanq; veruecinẽ, ſimiliter & vitulinæ, atq; capreolinæ ſalſa viridis apponi ſolet, in æſtate quidem ex aceto, & omphacio, cum paucis ſpeciebus, nempe cũ petroſelino, zingibere alba, omphacio, & pane toſto eoq; in aceto vel agreſta macerato, ſine alij admiſtione: In hyeme verò eadẽ, ſed cum largiore ſpecierum copia, pauco allio, optimo vino, & pauca agreſta, apponitur. Nonnunq̃ verò ſinapium & eruca ſufficiũt. Carnibus bouinis elixatis perquam vtile pro condimento eſt, duntaxat ad vſus eorum qui rectè valent, iuſculum nigrum ex pane toſto, cumq; iure carnium, pauco omphacio, & pipere coctum, quod piperis ẽt noĩe appellari diximus. Hoc idẽ & pro ſuillis non inutile hyberno tpẽ fuerit. Nihil porro vetat in principio refectonis per æſtatem carnes ſuillas ẽt frigidas cũ aceto ac petroſelino mandi. Quod ſi tñ eędẽ carnes nẽpe bouina atq; ſuilla, paſtillatæ fuerint, hyeme quidẽ çæpe atq; allium

cum

cum exiguo specierum dulcium pondere estate vero ὀμφάκιον sine cepis, aut paruulus cæpas, sed minuta planè copia assumere alienum non est: Sin vero ex carnibus subtilioribus pastillatura constiterit, repudiato per estatem ceparum vsu, lac amygdalarum cum omphacio & exiguo specierũ dulcium puluere a pponendũ est. Ouum &t conquassatum cum omphacio in fine cõceditur. Hyeme vero vinum in omphacij locum sufficere, adeoq; species augere operepreciũ erit. Cuniculorum & pullorũ assaturę conuenit condimentum ex cinnamomo & mica panis, estate quidẽ cũ omphacio, sed hyeme cum vino. Suillé carni assate per hyemem conueniet liquor qui inde assando destillauerit, cũ cepis contusis & optimo vino tẽperatus: per estatem verò salsa viridis, cuius supra mentionem fecimus, ex vsu magis erit, Phasianorũ, perdicũ, & turturũ assaturę prę ter salẽ aliud non requirunt condimentum. Caponibus verò & gallinis elixatis non inutile condimentũ est per hyemem proprium decoctionis earundem ius cum pauco specierum dulcium puluere, & maximè quidem si saluia, hyssopus ac petroselinum iurisimul incocta fuerint, estate ius ipsum per se cum momento croci & succo turionũ vitis sufficit. Cęterum pro caponũ & gallinarum

pinguiũ pastillatarum cōdimento, prę-ter exiguam specierum dulciũ copiam nihil penitus apponendũ est,idq; in fine tm̃, per estatem quidē cum omphacio, per hyemem verò cum optimo vino. Pisces vero tanto calidioribus atq; acrioribus opus habent condimentis, quātò crassiore magisq; excrementitia carne & humidiore natura constiterint, concoctuq; pertinaciores fuerint. Eadē in carnibus quoq; habenda est ratio. Plura Magninus de conseruanda sanitate, parti. 3. capite. 20. & 21.

Piscium salsa.

¶ *De vtilitate lotionis manuũ. Cap.* XXIII.

LOtio post mensam tibi confert munera bina,
Mundificat palmas, & lumina reddit acuta.
Si fore vis sanus, ablue sæpe manus.

Duæ hic referuntur commoditates ex lotione manuum à sumpto cibo. Primò nanq; manus ipsas puras atq; mundas efficit: Deinde verò lumina ēt reddit acuta. i. visus aciem excitat: Et hoc quidem non per se, sed ex accidenti. Manus enim instrumenta sunt, quibus purgantur oculi. Quare puras eas atque mundas esse conuenit. Sed de hoc abundè supra cap. 2.

¶ De

¶ De pane. Cap. XXIIII.

PAnis non calidus, nec sit nimis inueteratus,
Sed fermentatusque, oculatus sit bene coctus,
Et salus modice, ex granis validis electus.
Ne comedas crustam, choleram quia gignit adustam.
Et panis salsus, fermentatus, bene coctus.
Purus sit sanus, non talis sit tibi vanus.

Duo circa panis electionem cauenda esse, hoc loco pcipitur. Primum, ne actu calidus ingeratur: talis aūt maximè existit recētior & primùm iam ē furno extractus. Nam cùm lētorem quendā adhuc retineat: vehemēter inflet, visceraq; obstruat, necesse est: coq; ad sanitatem inutilis habetur. Quod. 2. Cano. tract. 2. cap. 572 in eum propè modum scribens Auicéna innuetere et voluit. Nō comedatur calidus sicut est, qñ videlicet è furno extrahitur: huius. n. queādmodum & reliquorum similium vsus, propterea ꝙ inflet, & immodicè viscera obsepiat atq; obstruat, naturæ aduersus ĩfensusq; est. Hic idem, vt lib. 2. de vict. rat. in mor *Panis calidus nociuus.*

bis

bis acut. aphor. 34. Hippo. scriptũ reliquit, & loco citato Auicena confirmat, manifestã caliditate & recenti fuligine sitim facit, celeriterq; vaporosa humiditate faciat, sed suprà suspenditur, & tardè descendit. Vetere tñ facilius concoquitur: est.n.humidior: Ivq; duobus potissimũ modis cognoscitur. Primùm ex pueris, ferè.n.ij maximè eo delectãtur, vtpote simili. Alterum testimonium ab ætate sumitur. Nam si vetus est siccissimus, qui recentissimus est, eũ humidissimum esse oportet. Qui quidem & si victus salubris rationi vt alimentũ minus congruit, odoratu tñ præstantissimus habetur. Valenti nanq; ac suaueolenti vino imbutus, & naribus admotus, cor ipsum mirũ in modũ recreat, ac roborat, atq; hac sanè ratione syncope correptis vtilissimè adhibetur. Imò verò & solo eius olfactu vitã prorogari nonnulli me moriæ prodiderunt. Quod proinde à Democrito factum esse, Diogenes Laertius lib. 9. in eius vita ijs testatur verbis; Cũ iam ex senio deficeret, & ꝓpinquũs videretur morti, mœrentem sororem, ꝙ ille in celebritate Cereris moriturus, ipsa deæ vota exoluere nequiret, bono animo esse iussit, panesq; calidos sibi quotidie afferre, eos igitur naribus cùm admouisset, viuum se, dum ea celebritas trãsiret, seruauit, Vbi verò dies illi transierunt,

Panis odor.

ſierunt,tres aũt erãt, quietiſſimè ac minimo dolore cõcluſit vitam.109. ętatis. anno.Extat ſuper hac re Græcum eiuſdem Laërtij epigramma tale.

Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε, τίς ἔργον ἔρεξε
τοσοῦτον,
ὅσσον ὁ παντοδαὴς μήνυσε Δημόκρι-
τος;
ὃς θάνατον παρέοντα, τρί' ἤματα δώ-
μασιν ἔσχεν
καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισε.

Quiſnam tam ſapiẽs viſus, qui tale patrarit
Vnquam,quale ſciẽs omnia Democritus.
Qui per tres tenuit præſentia fata dies, &
Illa recens cocti panis odore aluit.

Plura hac de re Conciliator differentia.155.& Manardus lib.18.epiſt.6. Secundum,ne vetuſtate induratus,ſiue mucidus edatur. Naturę.n.humanæ, propterea ꝙ nimium exiccet, melancholicumque ſuccum generet, pro alimento non conuenit.

SECVNDO loco quinq; enumerantur panis electi conditiones. Prima, vt ſit bene fermentatus. Siquidem cõcoctũ inter panes, vt libr.1.de alim. facul.c.9. Galen.atteſtatur,ſunt facillimi, qui plurimum ſunt fermentati & pulcherrimè ſubacti, quique in clibano igne moderato fuerunt aſſati. Porrò qui fermento oĩno caret, nemini prorſus eſt accõmodus. Qui vero parũ habet fermẽti, hic, *Panis electio.*

iuxta

iuxta Auicēnæ sñiam, vbertim quidē nutrit; sed nisi multo exercitio ac labore fatigetur, qui eo vtitur, propter læditur. Iecoris.n.meatus, p quos fertur alimentum, obstruit, lienis imbecillitatem auget, calculos deniq; in renibus gignit. Secunda, vt sit oculatus, id est, rarus, porosus, & minimum ponderis magna mole nobis prestans: Hinc.n. viscositatem omnem sublatam esse perspicuum est. Parū tñ, si Auicēnæ credimus, alit, ventrē excrementis implet, & facilè per intestina descēdit, queādmodum ille quoq;, qui, ꝙ ex farina à furfure nō separata, & furfure à pura farina non separato fiat, αὐτόπυρος siue συγκομιστός à Grecis, à Galeno verò πιτυρίας, id est, furfuraceus, & à Cicerone cibarius appellatur. Furfur.n.cùm nōnihil facultatis habeat abstersoriæ, meritò intestinis irritatis ve lox fit eius deiectio. Iis aūt cōtrarij quidem sunt panes purissimi, plurimum pō deris exigua mole habentes, oīum verò panum tardissimè deiiciuntur. Tertia vt plurimum ab artifice sit subactus, & in clibano mediocriter calido bellè percoctus: male nanq; coctus cùm ægrè conficitur, tum vētricum etiam grauat. Qđ Auicēnæ etiā testimonio confirmatur, qui loco citato ita fere inquit: Panis qui non probe percoquitur, plurimum quidē nutrit, sed si quis priuatus, & ab exer-
cita-

citatione alienus, eo vti voluerit, celerrime in obstructionis periculum incurret. Huius et generis est in patella coctus. Nã partes ipsius intimæ minus belle elaborantur: Sed de hac conditione abunde suprà c.9. in tritico dictum est. Quarta, vt mediocri sit sale cõditus: dulcior.n. obstruit, salsior exiccat, qui verò in vtriusq; excessus medio cõsistit, si ipsi cætera oia ante pariter adfuerint optimũ præbet alimẽtum. Modus verò satis gustu iudicandus est, qui nanq; in lõgiori huius mistura offenderit, prauus existit. Quatenus igitur gustus nullum adhuc sensum triste ex ea mistura percipit, eatenus ipsius copiam augere præstiterit. Quinta, vt ex optimis granis, laudatissimo nimirũ tritico sit confectus; de quo satis superq; dictum est. c.9. Tertio demum loco pcipitur, vt ab esu crustæ panis, propterea q cholerã adustam atq; succos melãcholicos generet, abstineamus: quatenus.n. ipsa adusta & sicca est, succum etiã inde genitum adustum & siccũ esse oportet. Quod Galeni testimonio confirmatur, qui in 4. Hipp. lib. de vict. rat. in morb. acut. cõm.103. ita scriptum reliquit: Ob assationé ambusta, tum ad succi bonitatem, tũ ad concoctionem sunt inhabilia, cholerãq; pariunt pp eam, quæ his accidit acrimoniã. Meritò igitur nobiles, qui natura bi-

liosi sunt, vtranq; sibi crustam, tã superiorem, q̃ inferiorem auferri à pane curant: quos precellentes Ecclesiarũ proceres, atq; delicatiores obsonatricis speculationis magistri imitantur. Deligenda itaq; è pane medulla est: quippe quę melius, firmius, atq; velocius, q̃ crusta, præstet alimentum. Iis tñ qui sani adhuc sunt, sed ventriculum habent humidiorẽ, quiq; extenuari cupiunt, crusta nonnunquam post alios cibos vesci concedi tur: vt quę p̃sumptos cibos deorsum subducat & os ventriculi roboret. Vltimi duo versus optimi ac saluberrimi panis quinq; notas continent: nẽpe vt sit probè salitus & fermentatus, vt bene percoctus, vt purus ac sanus, id est, confectus ex granis mũdis, & validis, ac bonã esse collectis, quę imbrium multitudine vitiata non sint. Quod Auicẽna loco citato ijs ferè verbis innuere ẽt voluit: Oportet, inquiens, vt panis sit mundus, salitus, belle subactus, frumẽtatus, probè coctus, & hesternus hoc est, post biduum non repositus. Minimè præterea silentio prætermittendum, quod maior panis portio est cõparatione semper sumẽda sit ad pisces, herbas, & fructus humidiores q̃ ad carnes & oua: rursus ad carnes maior q̃ ad oua, & ad mollia oua copiosior, quam ad dura. *Additio.* Tritum in scholis Medicorum est dictum,

Crusta panis.

Diſſertionē vtiq; oēm incōmodam: verum quæ ex pane fiat, peſſimā. Quod ſanè deſumptum eſt ex. 3.1. doct. 2. c.7. Auicēnę, vbi inter reliqua ſic fermè ſcribit: Panis impedimentum, vbi non percoquat ventet, maximum cenſeri debet. Carnis vero non ita. In ſtomacho quippe reſidet diu, onere imprimis moleſto, quod ſi non cōcoctus ſatis, deniq; dilapſus fuerit, hæpar præfarcit, ac meſeraicas. Caro aūt maiorem ducit cū humano corporo ſimilitudinem, proinde ex ea minus prouenit nocumenti, & hepatis, aut meſeraicarum præfartio leuior, accurationi minus minusq; obſiſtens, imbibentibus membris longe procliuius, ob cognationem quandam carnis ſuccum, q̃ panis. Hæc Cęlius Rhodiginus lib. 5. c. 36. lectio. antiqua. Sciendū pręterea, quod panis ex farina cribro ſuccreta, & à furfure repurgata, maius ac purius, præſtet alimentum: furfuraceus verò. i. cui furfuris nonnihil commiſtū eſt, minimum quidem omnium nutriat, ſed facilius, ceu antea ēt diximus, ꝑ aluum ſubeat. De Pane plura Galenus libr. 1. cap. 9. & 10. de aliment. facult. & libr. 5. capi. 8. de ſanitate tuenda.

¶ *De carne porcina.* *Cap.* XXV.

ESt porcina caro ſine vino peior ouina,

Si tribuas vinum, fuerit cibus ac medicina.

Priore versu carnis porcinæ instituitur cum ouilla cõparatio: nempe q porcina absq; vino sumpta, q̃ ouilla peior habeatur. Porrò q praua sit ouilla, Galenus libr. 3. de alimen. facul. c. 1. ijs confirmat verbis: Agni carnem habent humidissimam ac pituitosam: Ouium verò excrementosior est, ac succi deterioris. Hac ipsa tñ suilla, quę bonum alioqui succum generat, peior esse, si absq; vino edatũ, hoc loco asseritur. Idq́, non aliam certè ob causam, nisi q & ipsa pituitosam habeat substantiam, quę quidem vino corrigitur, & ad συμμετρίαν perducitur. Altero deinde versu innuitur, eandem cum vino sumptam, supra q̃ q valentissimè nutrit, facultatem ẽt habere ceu medicamenti, vt quæ humectando corpus inalteret: Id quod de porcellis assis potissimùm atque apris pulcherrime apparatis intelligendum est. Cæterùm carnes porcinæ, quę sale condiuntur, ac Sole deinde vel fumo exiccantur (quemadmodum apud nos in annũ reponendæ, à rusticis ac plebeis hominibus apparantur) ouillis nihilo meliores censendæ sunt, siue cum vino, siue absq; vino mandantur. Quare de assatis porcellorũ carnibus, siue aprugnis hoc ip-

ſum quod hic traditur, eò videlicet quo dixim⁹ modo accipiendum eſt.

Illia porcorum bona ſunt, mala ſunt reliquorum,

Illia ſiue omaſa.i.pinguiora porcorum inteſtina cum reliquorum animalium inteſtinis hoc verſiculo conferuntur quantumq́; ad victus ſalubris rationem attinet, aliorum animalium inteſtinis natura multò cùm præſtantiora, tum ſuauiora ſunt, vt teſtis eſt c.11.lib.3.de alimen.facul.Galen. Neq; vllius ēt animalis inteſtinis libētius q̃ eorū quæ ſanguine referta, vel pinguia admodum ſunt, veſcimur. Eiuſmodi aūt porci cùmprimis habētur. Iam verò & ſanguis ſuillus humidus eſt, & minus calidus humano maximè temperie ſimilis; ſiquidem & carnes ſuillæ humanis ſunt ſimiles. Cùm itaq; porcorum inteſtina ſanguine plena ſint, neq; aliud animal ex brutis facilius tū ſaginetur, tū pingueſcat, nō abs re inteſtinis eius libentius veſcimur. De carne ſuilla abundè ſuprà cap.7.

¶ *De Muſto. Cap. XXVI.*

Impedit vrinam muſtum, ſoluit citò ventrem.

Hepatis ἔμφραξιν ſplenis generat lapidemque,

Quinq; referuntur hoc loco incommoda, quæ vini recentis siue musti potum sæpius excipiunt.

Musti incommoda.

PRIMVM quidem reddendæ vrinę impedimentum est quod dupliciter siue intetelligādum est. Vel.n.crassitudine, q̄ ex multa terrenę fęcis admistione obtinuit, vsq; eo hepar adeoq; renes ipsos obscępit atq; obstruit, vt vrina penitus supprimatur: vel certe consuetum eius reddēdę morem ac ordinem immutat. Id quod de mustis nonnullis Rhenensibus ac alijs quibusdā subtilioribus nemini dubium est. Siquidē fœces eorum terrena & nitrosa qualitate p̄ditæ sunt, atq; eam ob rem, vbi in vesicam descenderint, ipsam mordicant, vrinamq; inordinatē ac præter morem consuetum profundere cogunt.

SECVNDVM, facilis ac cita ventris solutio: viscera.n.nitrosa siue salsa fæcis suæ qualitate abstergēs ad deiectionem incitat: idq; prętat, primò quidem fæcis acrimonia, deinde flatuū ēt, quos progignit multitudine: tertiò verò propterea, q̄ ad coquendum sit difficile, ac stomachum grauet citò deorsum subit, inferioremq; ventriculi meatū, qui Gręcis πυλωρὸς nobis aūt Ianitor, & inferius os ventriculi, Barbaris Portonarius appellat, compressum, arctissimeq; coactum & contractū aperit. Quæ cau-

sa ét, cur promptius aluum subducat, potior tñ ea est, quód nitrosum quippiam ipsi insit, ac tergendi facultas.

TERTIVM, bonæ hepatis têperaturæ noxa. Hepar. n. quemadmodũ. 3. 1. doc. 2. c. 8. Auicen. cõfirmat, plurima fęcis cõmistione obstruit, flatuũ multitudine debilitat, & dysenteriã hepatitam inducit. Pari modo & καχεξίαν, ac reliquas prauas hepatis ęgritudines diuersas nimirum hydropis species generat.

QVARTVM, Splenis ac cõstitutionis eiusdem offensio: Siquidẽ hoc viscus æquè obstruitur musto atq; hepar, imò verò & duro insup tumore quẽ σκίῤῥον Græci dicunt, haud raro corripitur.

QVINTVM, calculi generatio, & potissimũ in renibus: qui colore ruber est, & friabilis. Hunc eã maximè ob causam mustum generare dicitur, q̃ substantia constet crassiore, adeoq; crassitudine renes offerciat. Et hoc verè quidẽ de musto dulcioris vini, cui nitrosę ac mordicãtes fæces admistę non sumit intelligitur. Nam cui eæ admistę sunt tãtum abest à generatione calculi, vt nihil ei magis possit esse contrarium quippe q̃ vrinã vehemẽter moueat, ac prouocet. Eiusmodi verò nonnulla ex Rhenensibus inuenias, quæ non modò arenulas secum per vrinam agant, sed meiere ét frequentius cogant, Frequẽs porro mi-

ctio arenulas iam adhærescentes motu suo abstergit & aufert. Quare, &c. Plura infra capite quadragesimoquinto.

¶ De aquæ potu. Cap. XXVII.

POtus aquę sumptus comedenti in commoda præstat.
Hinc friget stomachus, crudus & inde cibus.

Aquæ potius noxæ. Duplex noxæ genus inter edendum aquę potum consequi, hoc loco asserit. Primò namq; ventriculum infrigidat, & relaxat, maximèq; oīum cibi appetentium deiicit. Deinde concoctionem interrumpens cruditatē generat. Pendent aūt ea potissimum, vt testis est lib. 7. metho. meden. c. 6. Galenus, ex frigiditate eius oīa, cuius culpa & in pręcordiis diutissimè moratur & fluctuationes excitat, & inflatum mutatur, & corrūpitur, & ita vētriculi resoluit robur, sic vt deterius ob id concoquat. Proinde eodem in loco Galenus ēt pcipit, ne ilico post cibum largius bibatur, videlicet anteq̄ cibus fuerit concoctus. Siquidem innatant cibi si bibatur, ita vt eos ventriculi corpus pp interpositum humorem non contingat. quod innure etiam. 3. 1. doct. 1. c. 7. His ferè verbis Auicenna voluit. Neq; post cibū multa bibenda est aqua,

quæ

quæ inter ipsum, videlicet cibum, & ventriculi corpus, separationem faciat, & fluctuationis sensum inuehat. Hoc idem sequente ét capite, népe octauo, in hunc propè modum scribens attestatur: Cùm à comestione natura cócoctioni studet, si tm̃ aquę exhaustum priùs fuerit, quantum cómodę ciborum pmissioni sufficit tum ea quę succedit aquę potio, inchoatam concoctionem turbat, atq; impedit. Idem in Canticis sectio. 2. aphor. 29. & 30. Aquę potu in mensa vtendũ non est, nisi ratione adhęrentię & tardioris descensus buccellæ. Aqua. n. cum cibo sumenda non est. Quem locũ Auerrhoes exponens inquit: Causa quidem huius est, qm̃ aqua, quę statim à comestione bibitur, antequam ingestus cibus a ventriculo incalescat, infrigidat, concoctionẽ impedit, & cruditatem parit. Eadem ét causa est, cur ingestus cib. ventriculo innatet, neq; eidem adhęreat, necvniatur, vt ipsum, sicuti par est, conterat. Actio namq; ventriculi in sumptum cibũ fit cõterendo simul & coquendo. Vnde simile quiddã succedit, quale solet cùm multum aquę in lebetem feruentem infundimus: nam tũ caloris vis in elixãdo hebetatur. Ita & in ventriculo contingit. Nam & cibi in corpore concoctio elixationi similis est, vt disertè admodum docet Aristoteles lib. 4. metheor. c. 3. & post

est Galenus lib.3.de facul.natura.cap.7.
Exigua tñ aquæ potio, quę paulatim & quasi sugendo sumitur, ante cibi descensum concedi pôt, nempè vt per eam cibi prôptius ventrem permeent, & ad inferiora descendant, idq; magis adhuc si sitis etiam molestans ad bibendũ vrgeat. Exigua.n.frigidæ potio, eo, quod diximus, modo sumpta, ventriculum alleuat ac colligit. Alleuat quidẽ, quia sitim extinguit, & cibi descensum promouet. Colligit verò quia partes eius in vnũ cogit. Et hoc ex locis Auicen.iam citatis satis liquet. Cæterùm notandũ, ꝙ ꝗuis in depulsione sitis aquę ꝗ̃ vini potus magis conueniat, oĩbus tñ quæ valetudini tuendæ sunt consideratis, vinum haud dubiè præferendũ est. Nam dato ac concesso, ꝙ in sitis extinctione (quæ, ex Aristotelis & Galeni sñia, est appetitus frigidi simul & humidi, aut alterutrius) aqua in vniuersum sit melior, quia frigida & humida, & naturaliter tñ in cibi permistione, & eiusdem ad oẽs corporis partes dilatione, vinum præstantius habetur. Siquidem facilius quum ꝑꝑ substantiæ tenuitatem, tũ actionis celeritatem cibis permiscetur. Quinetiam natura eo magis delectatur, adeoq; citius attrahit & alijs cibis permiscet: idq; eò excellentius ēt, ꝙ hæc mistio per modũ quendã fiat ebullitionis, quã vinũ vtiq;, cum

Aqua si-tis extin-guenda.

cũ sit potestate calidum, adiuuat: aqua verò ob innatam frigiditatẽ turbat atq; impedit. Et sic oĩbus perspicuum fit, vinum in ciborum tũ permistione, tũ delatione aquę perferendum esse: quippe q substantiæ tenuitate & genuina caliditate prõptè permeat & penetrat. Nã quæ calida simul & tenuia sunt, facile penetrant: quo fit, vt vinum ẽt, quam aqua, magis ad oẽs corporis partes deducat. Aquę nihil inest potestate calidi, nihil substantię aereę, nihil igneæ: vndæ tardiuscula fit, & plurimum tẽporis moret, adeoq; oẽm cursum ĩpediat necesse est. Adsignatur ꝑterea & alia ratio cur aqua vino in potu sit postponenda: nẽpè, hæc, q aqua cùm per se neq; cõcoquat, neq; nutriat, alimẽti tñ nutritionem vel maximè impediat. Atq; inde sanè cibi oẽs, quantò aqueæ naturę magis participes sunt, tantò minus nutriunt. Vinum igitur cõmodius cum cibo bibitur, quippè q non solũ non impediat nutritionem, sed multum ẽt iuuet: Maximè.n. celerrimeq; tũ nutrit tũ instaurat, quẽadmodum suprà c.8. & 11. abundè ostẽdimus. Insuper & hoc notandũ q Aquę potio, Auicẽna. 3.1. doct. 2. c. 8. teste, non inter edendũ modo, sed in alijs quoq; certis quibusdam vitę studijs noxia existit. Et primò quidem, si ieiuno stomacho sumatur: tunc.n. liberè ceu nullo retinaculo

prędita ad principaliora membra penetrans insita sua frigiditate calorem innatum aut extinguit, aut certè debilitat. Et hoc potißimum in homine verè ieiuno. Nam ebrio maximum quãdoq; leuamen adfert, neq; ipse quicquã inde læsionis percipit, si ieiunus aquã bibat. Idq; eã maximè ob rem, quia ieiunus ebrius nõ fit oĩno ieiunus: aut stomacho vacuo, sed nõnullas ẽt tum retinet hesternę crapulæ reliquias: eas igitur, cũ nitrosa qualitate preditæ, ac ob id perquàm molestę sint, aqua contẽperans stomacho abstergẽt: quinetiam vapores ad caput tendentes deorsum reuellit, ac totum ventriculi habitum in pristinum quodãmodo statũ repõnit, corroboratq;, ita vt alimentum rursus appetat, cõtineat, & concoquat. Secundò, si ab exercitatione vehemẽtiore, aut statim a coitu sumatur: tũc.n. pori corporis aperti, ac robur nõnihil dissolutum est: aqua igitur in profundum penetrãs calorem innatum aut extinguit, aut certè deteriorem reddit. Tertiò, si mox à balneo sumatur: idq; eis potißimùm qui vacuo vẽtre loti fuerint. Siquidẽ cutis ipsorum laxata iam, & meatus immodicè aperti sunt: quare aqua, vt dictum est, liberè ac citra vllũ obstaculum penetrãs in summũ vitæ discrimen perducit. Hinc est quod Auicẽna. 6.4. trac. 1. Sum. 1. c. 11. ita ferè scriptum

Aqua crapulæ confert.

ptum reliquit. Ex aqua frigida, quę ieiuno stomacho, aut ilicò post balneum, siue coitum bibitur, bonæ temperaturę corruptio & ὑδρώπισις timenda est. Quartò, si deprauatę sitis, quæ ebrijs sæpe, ac alijs quibusdã ventri ac gulę seruientibus media nocte aut summo mane oboritur, depellẽdę gratia sumatur. Frigidę.n. potu tum concoctio impeditur, tũ resolutio ac dissipatio vini potentis, vel salsi aut biliosi humoris in ore vẽtriculi cõtenti, prohibetur. Quo fit, vt sitis aquæ vehemẽs statim vrgeat, & temporis spacio magis augeatũ. Proinde hęc sitis somno tutius placabitur: per hũc.n. humores prædicti sitim excitãtes concoquuntur & descẽdunt, ideoq; vt subinde cesset sitis necesse est. Quod si verò sitis vehementior fuerit, q̃ vt frigidi aeris inspiratu, aut oris collutione sedari posit, aquæ frigidæ potu restinguenda est: nam melius est concoctionẽ aliquantisper impediri, q̃ multa siti ventriculũ accendi, præsertim ex meraciore vino. Aqua igitur frigida ex vase stricti orificij, siue gracilis colli bibenda est, vt plurimum tẽporis moretur in orificio stomachi, valentiusq; sitim mitiget: ac de ea sępius ẽt, sed paululum sumẽdum est, ne concoctio penitus excludatur. Quintò, generaliter ac communi ratione sanis obest, si multum aquę frigidę bibant

Calo-

Calorem.n.innatũ extinguit,pectu offendit,ciborum appetentiam deiicit, & neruosis oĩbus aduersatur partibus, vt testis est lib.5.apho.i 8.& 24. Hippocrates. Prudentissime igitur monuisse videt, quisquis ille fuerit,quia ita cecinit:
Vina bibant homines, animantia cætera fontes.
Absit ab humano pectore potus aqua.

Veruntamen aqua temperate frigida appetentiam amissam reuocat nonnunquàm non per se quidem, sed ex accidente. Ventriculũ namq; ac vnà villos eius in vnum cogendo firmat ac roborat.

De carne vitulina. Cap. XXVIII.

SVnt nutritiuæ multum carnes vitulinæ.

Laudibus hic efferuntur carnes vitulinæ,eo q alimentum corpori suggerãt non mediocre:Et hoc satis ex Auicéna constat.Nam.3.1.doc.2.c.7.inter cætera præcipit,vt cibus sanitatis tutelæ conueniens sit talis, quales sunt carnes, & propriè hœdorum,& vitulorum lactentium paruorũ, & agnorũ anniculorum; vt quę consimilis ferè sint naturæ,& facile in sanguinem commutentur. Galenus quoq; lib.3.1.c.1.de alimen.facult. Carnes vituli lactentis, sex vel octo hebdomadarũ, assatas, vt optimas tum ad coquendum, tum ad succũ bonũ generan-

nerandum, tum ad nutriendum, cōmendat, Sed de his abunde dictū est suprà. c. 7. Ideo nō est cur hic plura referantur.

¶ *De auibus esui aptis.* Cap. XXIX.

SVnt bona gallina, & capo, turtur, sturna, columba.
Quiescula, phasiades, merulæ, simul ortygometra,
Perdix, frigellusq;, tremulusq;, amarellus.

Agitur hoc loco de præstātia alimenti, qđ ab auiū genere sumit: enumerantur aūt quatuordecim, sed ita quidē vt inde & reliquarū iudicia facilè colligas.

PRIMA, gallina est, quo noīe non solùm gallinæ iuuenes mediocriter pingues, sed galli ēt gallinacei hoc loco intelligendi veniunt. Siquidē horū oīum caro (vt copiosè admodum differentia. 68. Conciliator ex Haly, Auenzoari, Auerrhois, & Mesuę sentētia probat) alimenti est inter aues optimi: quia facile in sanguinem vertitur, & parum excrementosa est. Caro aūt gallinarū est melior q̄ gallorū, nisi sint castrati. Nigrarū quoq;, & quę nondum peperunt, est, melior & leuior: vt gallorū, qui nōdum coierunt. Miram in corpore obtinet cùm ipsius temperamenti tum hu- *Gallina.*

morùm

liosi sunt, vtranq; sibi crustam, tã superiorem, q̃ inferiorem auferri à pane curant: quos precellentes Ecclesiarũ proceres, atq; delicatiores obsonatricis speculationis magistri imitantur. Deligenda itaq; è pane medulla est: quippe quę melius, firmius, atq; velocius, q̃ crusta, præstet alimentum. Iis tñ qui sani adhuc sunt, sed ventriculum habent humidiorẽ, quiq; extenuari cupiunt, crusta nonnunquam post alios cibos vesci concedi tur: vt quę p̃sumptos cibos deorsum subducat & os ventriculi roboret. Vltimi duo versus optimi ac saluberrimi panis quinq; notas continent: nẽpe vt sit probè salitus & fermentatus, vt bene percoctus, vt purus ac sanus, id est, confectus ex granis mũdis, & validis, ac bonã esse collectis, quę imbrium multitudine vitiata non sint. Quod Auicẽna loco citato ijs ferè verbis innuere ẽt voluit: Oportet, inquiens, vt panis sit mundus, salitus, belle subactus, frumẽtatus, probè coctus, & hesternus hoc est, post biduum non repositus. Minimè præterea silentio prætermittendum, quod maior panis portio est cõparatione semper sumẽda sit ad pisces, herbas, & fructus humidiores q̃ ad carnes & oua: rursus ad carnes maior q̃ ad oua, & ad mollia oua copiosior, quam ad dura. *Additio.* Tritum in scholis Medicorum est dictum,

Crusta panis.

Dissertionē vtiq; oēm incōmodam: verum quæ ex pane fiat, pessimã, Quod sanè desumptum est ex. 3.1. doct.2. c.7. Auicēnę, vbi inter reliqua sic fermè scribit: Panis impedimentum, vbi non percoquat ventet, maximum censeri debet. Carnis vero non ita. In stomacho quippe residet diu, onere imprimis molesto, quod si non cōcoctus satis, deniq; dilapsus fuerit, hæpar præfarcit, ac meseraicas. Caro aūt maiorem ducit cū humano corpore similitudinem, proinde ex ea minus prouenit nocumenti, & hepatis, aut meseraicarum præfartio leuior, accurationi minus minusq; obsistens, imbibentibus membris longe procliuius, ob cognationem quandam carnis succum, q̃ panis. Hæc Cęlius Rhodiginus lib.5.c.36.lectio.antiqua. Sciendū pręterea, quod panis ex farina cribro succreta, & à furfure repurgata, maius ac purius, præstet alimentum: furfuraceus verò. i. cui furfuris nonnihil commistū est, minimum quidem omnium nutriat, sed facilius, ceu antea ēt diximus, p aluum subeat. De Pane plura Galenus libr.1. cap.9. & 10. de aliment. facult. & libr.5. capi.8. de sanitate tuenda.

De carne porcina. Cap. XXV.

EST porcina caro sine vino peior ouina,

Si tribuas vinum, fuerit cibus ac medicina.

Priore versu carnis porcinæ instituitur cum ouilla cōparatio: nempe quod porcina absq; vino sumpta, quàm ouilla peior habeatur. Porrò quod praua sit ouilla, Galenus libr. 3. de alimen. facul. c. 1. ijs confirmat verbis: Agni carnem habent humidissimam ac pituitosam. Ouium verò excrementosior est, ac succi deterioris. Hac ipsa tamen suilla, quę bonum alioqui succum generat, peior esse, si absq; vino edat, hoc loco asseritur. Idq́, non aliam certè ob causam, nisi quod & ipsa pituitosam habeat substantiam, quę quidem vino corrigitur, & ad συμμετρίαν perducitur. Altero deinde versu innuitur, eandem cum vino sumptam, supra quàm quod valentissimè nutrit, facultatem et habere ceu medicamenti, vt quæ humectando corpus inalteret: Id quod de porcellis assis potissimùm atque apris pulcherrime apparatis intelligendum est. Cæterùm carnes porcinæ, quę sale condiuntur, ac Sole deinde vel fumo exiccantur (quemadmodum apud nos in annū reponendæ, à rusticis ac plebeis hominibus apparantur) ouillis nihilo meliores censendæ sunt, siue cum vino, siue absq; vino mandantur. Quare de assatis porcellorū carnibus, siue aprugnis hoc ip-

ſum quod hic traditur, eò videlicet quo dixinus modo accipiendum eſt.

ILlia porcorum bona ſunt, mala ſunt reliquorum,

Illia ſiue omaſa.i.pinguiora porcorum inteſtina cum reliquorum animalium inteſtinis hoc verſiculo conferuntur quantumq; ad victus ſalubris rationem attinet, aliorum animalium inteſtinis natura multò cùm præſtantiora, tum ſuauiora ſunt, vt teſtis eſt c.11.lib.3.de alimen.facul.Galen. Neq; vllius ẽt animalis inteſtinis libẽtius q̃ eorũ quæ ſanguine referta, vel pinguia admodum ſunt, veſcimur. Eiuſmodi aũt porci cùmprimis habẽtur. Iam verò & ſanguis ſuillus humidus eſt, & minus calidus humano maximè temperie ſimilis; ſiquidem & carnes ſuillæ humanis ſunt ſimiles. Cùm itaq; porcorum inteſtina ſanguine plena ſint, neq; aliud animal ex brutis facilius tũ ſaginetur, tũ pingueſcat, nõ abs re inteſtinis eius libentius veſcimur. De carne ſuilla abundè ſuprà cap.7.

¶ *De Muſto. Cap. XXVI.*

IMpedit vrinam muſtum, ſoluit cito ventrem.

Hepatis ἔμφραξιν ſplenis generat lapidemque;

Quinq; referuntur hoc loco incommoda, quæ vini recentis siue musti potum sæpius excipiunt.

Musti nocumenta.

PRIMVM quidem reddendæ vrinę impedimentum est quod dupliciter siue intetelligādum est. Vel.n.crassitudine, q̄ ex multa terrenę fęcis admistione obtinuit, vsq; eo hepar adeoq; renes ipsos obscpit atq; obstruit, vt vrina penitus supprimatur: vel certe consuctum eius reddēdę morem ac ordinem immutat. Id quod de mustis nonnullis Rhenensibus ac alijs quibusdā subtilioribus nemini dubium est. Siquidē fœces eorum terrena & nitrosa qualitate p̄ditæ sunt, atq; eam ob rem, vbi in vesicam descenderint, ipsam mordicant, vrinamq; inordinatè ac præter morem consuctum profundere cogunt.

SECVNDVM, facilis ac cita ventris solutio: viscera.n.nitrosa siue salsa fæcis suæ qualitate abstergēs ad deiectionem incitat: idq; pręstat, primò quidem fæcis acrimonia, deinde flatuū ēt, quos progignit multitudine: tertio verò propterea, q̄ ad coquendum fit difficile, ac stomachum grauet citò deorsum subit, inferioremq; ventriculi meatū, qui Gręcis πυλωρὸς nobis aūt Ianitor, & inferius os ventriculi, Barbaris Portonarius appellat̄, compressum, arctissimeq; coactum & contractū aperit. Quæ cau-

sa ēt, cur promptius aluum subducat, potior tñ ea est, quòd nitrosum quippiam ipsi insit, ac tergendi facultas.

TERTIVM, bonæ hepatis tēperaturæ noxa. Hepar. n. quemadmodū. 3. 1. doc. 2. c. 8. Auicen. cōfirmat, plurima fęcis cōmistione obstruit, flatuū multitudine debilitat, & dysenteriā hepaticam inducit. Pari modo & καχεξίαν, ac reliquas prauas hepatis ęgritudines diuersas nimirum hydropis species generat.

QVARTVM, Splenis ac cōstitutionis eiusdem offensio: Siquidē hoc viscus æquè obstruitur musto atq; hepar, imò verò & duro insuꝑ tumore quē σκίῤῥον Græci dicunt, haud raro corripitur.

QVINTVM, calculi generatio, & potissimū in renibus: qui colore ruber est, & friabilis. Hunc eā maximè ob caussam mustum generare dicitur, ꝙ substantia constet crassiore, adeoq; crassitudine renes offerciat. Et hoc verè quidē de musto dulcioris vini, cui nitrosę ac mordicātes fæces admistę non sumit intelligitur. Nam cui eæ admistę sunt tātum abest à generatione calculi, vt nihil ei magis possit esse contrarium quippe ꝙ vrinā vehemēter moueat, ac prouocet. Eiusmodi verò nonnulla ex Rhenensibus inuenias, quæ non modò arenulas secum per vrinam agant, sed meiere &t frequentius cogant, Frequēs porro mi-

ctio arenulas iam adherescentes motu suo abstergit & aufert. Quare, &c. Plura infra capite quadragesimoquinto.

¶ *De aquæ potu. Cap. XXVII.*

Potus aquę sumptus comedenti incommoda præstat.
Hinc friget stomachus, crudus & inde cibus.

Aquæ potius noxius. Duplex noxæ genus inter edendum aquę potum consequi, hoc loco asserit. Primò namq; ventriculum infrigidat, & relaxat, maximèq; oĩum cibi appetentium deiicit. Deinde concoctionem interrumpens cruditatẽ generat. Pendent aũt ea potissimum, vt testis est lib. 7. metho. meden. c. 6. Galenus, ex frigiditate eius oĩa, cuius culpa & in pręcordiis diutissimè moratur & fluctuationes excitat, & inflatum mutatur, & corrũpitur, & ita vẽtriculi resoluit robur, sic vt deterius ob id concoquat. Proinde eodem in loco Galenus ẽt pcipit, ne ilico post cibum largius bibatur, videlicet anteq̃ cibus fuerit concoctus. Siquidem innatant cibi si bibatur, ita vt eos ventriculi corpus pp interpositum humorem non contingat. quod innure etiam. 3. 1. doct. 2. c. 7. His ferè verbis Auicenna voluit. Neq; post cibũ multa bibenda est aqua,

quæ inter ipſum, videlicet cibum, & ventriculi corpus, ſeparationem faciat, & fluctuationis ſenſum inuehat. Hoc idem ſequente ēt capite, nēpe octauo, in hunc propè modum ſcribens atteſtatur: Cùm à comeſtione natura cōcoctioni ſtudet, ſi tm̄ aquę exhauſtum priùs fuerit, quantum cōmodę ciborum ꝑmiſſioni ſufficit tum ea quę ſuccedit aquę potio, inchoatam concoctionem turbat, atq; impedit. Idem in Canticis ſectio. 2. aphor. 29. & 30. Aquę potu in menſa vtendū non eſt, niſi ratione adhęrentię & tardioris deſcenſus buccellæ. Aqua.n. cum cibo ſumenda non eſt. Quem locū Auerrhoes exponens inquit: Cauſa quidem huius eſt, qm̄ aqua, quę ſtatim à comeſtione bibitur, antequam ingeſtus cibus a ventriculo incaleſcat, infrigidat, concoctionē impedit, & cruditatem parit. Eadem ēt cauſa eſt, cur ingeſtus cib. ventriculo innatet, neq; eidem adhęreat, necvniatur, vt ipſum, ſicuti par eſt, conterat. Actio namq; ventriculi in ſumptum cibū fit cō terendo ſimul & coquendo. Vnde ſimile quiddā ſuccedit, quale ſolet cùm multum aquę in lebetem feruentem infundimus: nam tū caloris vis in elixādo hebetatur. Ita & in ventriculo contingit. Nam & cibi in corpore concoctio elixationi ſimilis eſt, vt diſertè admodum docet Ariſtoteles lib. 4. metheor. c. 3. & poſt

est Galenus lib.3.de facul.natura.cap.7.
Exigua tñ aquæ potio, quę paulatim & quasi sugendo sumitur, ante cibi descensum concedi pôt, nempè vt per eam cibi prôptius ventrem perineent, & ad inferiora descendant, idq; magis adhuc si sitis etiam molestans ad bibendũ vrgeat. Exigua.n.frigidæ potio, eo, quod diximus, modo sumpta, ventriculum alleuat ac colligit. Alleuat quidẽ, quia sitim extinguit, & cibi descensum promouet. Colligit verò quia partes eius in vnũ cogit. Et hoc ex locis Auicen.iam citatis satis liquet. Cæterùm notandũ, ꝙ ꝗuis in depulsione sitis aquę ꝙ̃ vini potus magis conueniat, oĩbus tñ quæ valetudini tuendæ sunt consideratis, vinum haud dubiè præferendũ est. Nam dato ac concesso, ꝙ in sitis extinctione (quæ, ex Aristotelis & Galeni sñia, est appetitus frigidi simul & humidi, aut alterutrius) aqua in vniuersum sit melior, quia frigida & humida, & naturaliter tñ in cibi permistione, & eiusdem ad oẽs corporis partes dilatione, vinum præstantius habetur. Siquidem facilius quum ꝑꝑ substantię tenuitatem, tũ actionis celeritatem cibis permiscetur. Quinetiam natura eo magis delectatur, adeoq; citius attrahit & alijs cibis permiscet: idq; eò excellentius ẽt, ꝙ hæc mistio per modũ quendã fiat ebullitionis, quã vinũ vtiq;
cum

Aqua sitis extinguenda.

cũ ſit poteſtate calidum, adiuuat: aqua verò ob innatam frigiditatẽ turbat atq; impedit. Et ſic oĩbus perſpicuum ſit, vinum in ciborum tũ permiſtione, tũ delatione aquę perferendum eſſe: quippe ꝙ ſubſtantiæ tenuitate & genuina caliditate prõptè permeat & penetrat. Nã quæ calida ſimul & tenuia ſunt, facile penetrant: quo fit, vt vinum ẽt, quam aqua, magis ad oẽs corporis partes deducat. Aquę nihil ineſt poteſtate calidi, nihil ſubſtantię aereę, nihil igneæ: vndæ tardiuſcula ſit, & plurimum tẽporis moreť, adeoq; oẽm curſum ĩpediat neceſſe eſt. Adſignatur ꝑterea & alia ratio cur aqua vino in potu ſit poſtponenda: nẽpè, hæc, ꝙ aqua cùm per ſe neq; cõcoquat, neq; nutriat, alimẽti tñ nutritionem vel maximè impediat. Atq; inde ſanè cibi oẽs, quantò aqueæ naturę magis participes ſunt, tantò minus nutriunt. Vinum igitur cõmodius cum cibo bibitur, quippè ꝙ non ſolũ non impediat nutritionem, ſed multum ẽt iuuet: Maximè.n. celerrimeq; tũ nutrit tũ inſtaurat, quẽadmodum ſuprà c. 8. & 11. abundè oſtẽdimus. Inſuper & hoc notandũ ꝙ Aquę potio, Auicẽna. 3. 1. doct. 2. c. 8. teſte, non inter edendũ modò, ſed in alijs quoq; certis quibuſdam vitę ſtudijs noxia exiſtit. Et primò quidem, ſi ieiuno ſtomacho ſumatur: tunc.n. liberè ceu nullo retinaculo

prędita ad principaliora membra penetrans insita sua frigiditate calorem innatum aut extinguit, aut certè debilitat. Et hoc potißimum in homine verè ieiuno. Nam ebrio maximum quãdoq; leuamen adfert, neq; ipse quicquã inde læsionis percipit, si ieiunus aquã bibat. Idq; eã maximè ob rem, quòd ieiunus ebrius nõ fit omnino ieiunus: aut stomacho vacuo, sed nõnullas et tum retinet hesternę crapulæ reliquias: eas igitur, cũ nitrosa qualitate preditæ, ac ob id perquàm molestę sint, aqua contẽperans stomacho abstergẽt: quinetiam vapores ad caput tendentes deorsum reuellit, ac totum ventriculi habitum in pristinum quodãmodo statũ reponit, corroboratq;, ita vt alimentum rursus appetat, cõtineat, & concoquat. Secundò, si ab exercitatione vehemẽtiore, aut statim a coitu sumatur: tũc.n. pori corporis aperti, ac robur nõnihil dissolutum est: aqua igitur in profundum penetrãs calorem innatum aut extinguit, aut certè deteriorem reddit. Tertiò, si mox à balneo sumatur: idq; eis potißimùm qui vacuo vẽtre loti fuerint. Siquidẽ cutis ipsorum laxata iam, & meatus immodicè aperti sunt: quarè aqua, vt dictum est, liberè ac citra vllũ obstaculum penetrãs in summũ vitæ discrimen perducit. Hinc est quod Auicẽna. 6.4. trac. 1. Sum. 1. c. 11. ita ferè scri-

Aqua crapulæ confert.

ptum

ptum reliquit. Ex aqua frigida, quę ieiuno stomacho, aut ilicò post balneum, siue coitum bibitur, bonæ temperaturę corruptio & ὑδρώπισις timenda est. Quartò, si deprauatę sitis, quæ eprijs sæpe, ac alijs quibusdā ventri ac gulę seruientibus media nocte aut summo mane oboritur, depellēdę gratia sumatur. Frigidę.n. potu tum concoctio impeditur, tū resolutio ac dissipatio vini potentis, vel salsi aut biliosi humoris in ore vētriculi cōtenti, prohibetur. Quo fit, vt sitis aquæ vehemēs statim vrgeat, & temporis spacio magis augeat. Proinde hęc sitis somno tutius placabitur: per hūc.n. humores prædicti sitim excitātes concoquuntur & descēdunt, ideoq; vt subinde cesset sitis necesse est. Quod si verò sitis vehementior fuerit, q̃ vt frigidi aeris inspiratu, aut oris collutione sedari posit, aquæ frigidæ potu restinguenda est: nam melius est concoctionē aliquantisper impediri, q̃ multa siti ventriculū accendi, præsertim ex meraciore vino. Aqua igitur frigida ex vase stricti orificij, siue gracilis colli bibenda est, vt plurimum tēporis moretur in orificio stomachi, valentiusq; sitim mitiget: ac de ea sępius ēt, sed paululum sumēdum est, ne concoctio penitus excludatur. Quin tò, generaliter ac communi ratione sanis obest, si multum aquę frigidę bibant

Calo-

Calorem.n.innatū exting uit,pectu osffendit,ciborum appetentiam deiicit, & neruofis oībus aduerfatur partibus., vt teftis eft lib. 5 .apho. 18.& 24. Hippocrates. Prudentiffime igitꝰ monuiffe videtꝰ, quifquis ille fuerit,quia ita cecinit:

Vina bibant homines, animantia cætera fontes.

Abfit ab humano pectore potus aqua.

Veruntamen aqua temperate frigida appetentiam amiffam reuocat nonnunquàm non per fe quidem fed ex accidente. Ventriculū namq; ac vnà villos eius in vnum cogendo firmat ac roborat.

De carne vitulina. Cap. XXVIII.

SVnt nutritiuæ multum carnes vitulinæ.

Laudibus hic efferuntur carnes vitulinæ,eò q alimentum corpori fuggerāt non mediocre: Et hoc fatis ex Auicéna conftat.Nam.3.1.doc.2.c.7.inter cætera præcipit,vt cibus fanitatis tutelæ conuenieus fit talis, quales funt carnes, & propriè hœdorum,& vitulorum lactentium paruorū, & agnorū anniculorum; vt quę confimilis ferè fint naturæ,& facile in fanguinem commutentur. Galenus quoq; lib.3.1.c.1.de alimen.facult. Carnes vituli lactentis, fex vel octo hebdomadarū, affatas, vt optimas tum ad coquendum, tum ad fuccū bonū generan-

nerandum, tùm ad nutriendum, cómendat, Sed de his abunde dictũ est suprà. c. 7. Ideo nõ est cur hic plurà referantur.

¶ *De auibus esui aptis.* *Cap. XXIX.*

SVnt bona gallina, & capo, turtur, sturna, columba.
Quiescula, phasiades, merulæ, simul ortygometra,
Perdix, frigellusq;, , tremulusq;, amarellus.

Agitur hoc loco de præstãtia alimenti, qđ ab auiũ genere sumit: enumerantur aũt quatuordecim, sed ita quidẽ vt inde & reliquarũ iudicia facilè colligas.

PRIMA, gallina est, quo noĩe non solùm gallinæ iuuenes mediocriter pingues, sed galli ẽt gallinacei hoc loco intelligendi veniunt. Siquidẽ horũ oĩum caro (vt copiosè admodum differentia. 68. Conciliator ex Haly, Auenzoari, Auerrhois, & Mesuę sentẽtia probat) alimenti est inter aues optimi: quia facile in sanguinem vertitur, & parum excrementosà est. Caro aũt gallinarũ est melior q̃ gallorũ, nisi sint castrati. Nigrarũ quoq;, & quę nondum peperunt, est, melior & leuior: vt gallorũ, qui nõdum coiẽrunt. Miram in corpore obtinet cùm ipsius temperamenti tum humorum *Gallina.*

morum æquandorũ facultatẽ. Ijs maximè conuenit, qui vitã in ocio ac quiete degunt, quiq; leuiori ingenio ac mente sunt. Colorẽ viuidũ comparat, vocẽ clarificat, genitali semini adijcit, & cerebri substantiã auget. Iusculũ eorũ optima leprosis medicina est. Ad hęc gallorum cum gallinis nondum coëuntiũ testes, deperditas in morbis vires mirificè restituunt: q̃ ob causam hecticis, & marasmo laborantibus, morborumq; diuturnitate macrefactis vtiliter exhibentur. Insuper & semen prolificum suppeditant, & Venereas roborant vires. Decrepitorum aũt præcipuè gallorũ caro nitrosa & salsa cibo inepta, medicamentosa est iure suo maximè: potissimũ verò gallorum rusorũ, qui ad motum sint alacres, ad coitum ardentes, ad dimicandum fortes, obesorum & macrorum medij, quoq; vetustiores, eò magis sunt medicamentosi. Plura Mesues lib. 2. de medicamen. simp. purgan distinct. 1. capit. 23. Simeon Sethi in Syntagma. & Auicenna. 2. Canon. capite. 296.

Capus. SECVNDA, Capo siue capus: hoc nomine seminarem gallũ vocant, cùm fuerit castratus sicuti à M. Varrone lib. 3. c. 9. & Columella lib. 8. c. 2. de rustica traditur. Hic. n. in cibis gratior est vtpote remoto Veneris vsu pinguior atq; salubrioris alimẽti redditur. Quare cum

volupiate

voluptatē assūmitur à ventriculo, ac faciliùs concoquitur. De hoc Platina lib. 5. de honest. volupt. Oīum auium laudes quantum ad obsonia pertinet, vna caro gallinacea cōprehensa: est quid.n. popinis afferunt reliquæ altiles, qđ non vnus capus in se habeat, siue elixum siuè assum velis? Eius auis patina stomachum iuuat, pectus lenit, vocem sonorem facit, corpus obesat, &c.

Tertia, Turtur: huius quoq; caro cibis annumeranda est nulla oīno ex parte dānandis q̄ neq; tenues neq; crassi sunt, sed veluti in συμμετρί, oīsq; excessus mediocritate consistunt. De ea Galen. c. 7. libri de attenuante diæta, in hunc scribit modū: Qui nōn exercetur, mandandę ei erunt modicè non modò gallinę, sed columbæ ēt, ac turtures tamētsi turtur tēperamento est sicca; & potissimum quę in mōtibus degit, itaq; vesci quis poterit eis innoxiè, recens tñ turtur non modò non est medenda; sed nec perdix, nec alia oīa, quę carnē habēt moderatè siccā, sed vbi vnum diem adminus suspenderis, ita demum mandans licet. Porrò palumbes, preter q̄ ꝙ carnem habent columbis, & perdicibus, & turturibus duriorē difficilem ēt ad coquendum & excremētitia habent. Perdices verò, ac turtures, neq; durissimas habent carnes, neq; concoctu difficiles

Turtur.

neque

neq; prauo ſucco vitioſas,ſed & ipſarum duricies,ſi mortuę vno die aſſeruentur, facilè vincit, fiuntq; friabiles oĩno atq; inculpatæ. Alimentum.n.corpori dant laudabile, ſanguinemq; minimè viſcoſum generãt, & craſsi ac tenuis mediũ. Proinde quibus ſalubris cibus curę eſt, eos,vt arbitror, his vti conueniet. Hęc ille. Plura Galenus in libro de cibis boni & mali ſucci capite.5.& Rhazes aphoriſmo.lib.3.aphor.17.

Sturnus QVARTA,quorundã opinione ſturnus eſt, quem ψάρον Gręci vocant: auis nigra, albis maſculis diſtincta magnitudine merulę. Eius generi proprium caterua(ti)m volare,& quodã pilæ orbæ circumagi, oĩbus in medium agmen tẽdentibus;ſicuti ab Ariſtotele lib.9.c.26.de hiſtoria animalium, & à Plinio lib.10. c.24.traditur, Germanicè [*een Spreeu.*] Gallicè [*vn Eſſreuiter.*] Hiſpanice. [*Eſtornino.*]Galenus lib.6.c.16.de ſanitate tuẽda,inter perdices, attagenas merulas,& turdos,quę quidẽ boni ſucci eſſe ab oĩbus exiſtimãtur,ſturnos ẽt commemorat:cùm tñ à multis illaudabilis eſſe alimenti iudicentur quippe qui melancholicum atq; vitioſum generet ſuccum:& cicuta,quę veneuũ eſſe ab oĩbus ſtatuitur, veſcantur, vt eſt apud Galen. lib.1.c.2. & libr.3.c.17. de ſimp.medi. facul.Huic obiectioni Aloiſius Mundel

la sic occurrendum putat. Nempe Galenum in 6. de sanitat. tuen. in calculi renum vitio sturnos tanquam tenuis alimenti approbasse itemque palumbes & passerculos, qui in turribus nidificant, πυργίτας Graeci vocant. Vel sturnos non ita fortasse improbi succi esse, praesertim iuuenculos, vt vulgus putat: quędam nanque sunt animalia, quę adhuc in tenella aetate existentia, boni sunt succi. vt vituli & hoedi: si verò annosa fiant, praui. Haec enim, vt ait Galen. lib. 3. de alimen. facul. c. 1. & concoctionis, & boni succi, & nutritionis laude carent. Multò aũt magis Galeno credendum est, quam vulgo ita inconsultè aliquam generalẽ proferenti sententiam. Neque ẽt quod veneno pascatur ab horũ esu abstinendũ est. Nonnulla.n. animalia sunt, quae licet venenis quandoque nutriantur, boni tñ sunt succi, quẽadmodum de sturnis iã cõmemoratis constat. His.n. cicuta nutrimentum est, homini medicamentũ. Siquidẽ sturnorũ natura cicutã in substantiã suam vertere põt. quod hominũ non põt. Sunt tñ quibus Starna hoc loco magis arrideat, vt per eã auis accipiatur grandiuscula, magnitudine anseris, colore cinereo, cuius caro succi sit laudabilis, prę- sertim iuuenculę. Atque ita sanè Rhazes lib. 3. ad Almansorem c. 10. intellexisse videtur, vbi hanc reliquo auium genere *Starna.*

pręferens

preferens in eum prope modũ scriptũm reliquit: Starnæ caro inter aues leuissima atq; his, qui attenuante victus ratione delectantur, conuenientissima inueniuntur. Vel per Starnam auis forma & magnitudine pusillę perdicis intelligenda est. Sic Rabbi Moses accepisse vr, ita ad Iudęos inquiens: Pari modo nec star nę dño nostro conuenire putandę sunt, quia ventrem constringunt; Sed hanc proprietatem alij perdicibus adscribũt. Nam carnes earũ, sicuti à Simeone Sethi & Rhaze loco paulò antè citato, asseritur, ventrem sistunt. Quinetiam Baldachus quidam non contemnendus autor starnas mirificè commendans tabula, 15. de rebus non naturalibus: ita ferè scribit, Starnę, phasianorum, ac perdicum naturę propinquæ sunt, & secundum ordinem sese in temperamento & subtilitate habent. Prestantissimæ.n. sunt starnę, mox phasiani, deinde perdices vt quę reliquis excellẽtius deficcẽt. Docet præterea Ioannes Michael Sauonarola, ab harum trium esu abstinendum esse, tum ijs qui quamlibet actionem fortem ac vehementem obeunt, tum sanis ẽt: vt si quãdo morbus aliquis inciderit, habeant quod vltra consuetudinem ad edendum inuitet.

Colũba. QVINTA, colũba: auis vulgo nota, quę cum biliosam admodũ habeat car-

nem, sanguinem moderato crassiorem & calidiorem necessariò gignit: atq; ob id febres nōnunquā facit. Quare in pastillis potius cum acetu, aut omphacio: & coriandro præparata, q̃ assa mandenpa est: ita namq; exuperantia caliditatis eius ad συμμετρίαν cōmoderationēq; reducitur. Renes frigiditate dolētes iuuat; semini genitali & sanguini adiicit: sed caput atq; oculos lædit. Quinetiam leprā, si frequentius vsurpetur, generare fertur. Non minimum verò reliquis pulli eius volucres tum succi probitate, tū cōcoctionis facilitate prestant. Inuolucres. n. calidam ac humidam habēt carnē atq; excrementitiam, & maximè domestici. Ex columbis. n. vt Oribasius trādit lib. 4. ad Eustachium cap. 1. agrestes domesticis præstantiores sunt: & oīno agrestia domesticis pręcellunt. Electiores quoq; pulli sunt per Ver & Autumnum, quā per Aestatē atq; Hyemem exclusi fotiq;. Porrò antiquę & annosę nō solùm colūbæ, verùm & turtures, tū ob caliditatis & siccitatis excessum, tū verò & coctionis difficultatem vitandæ sunt. Plura Simeon Sethi in Syntag. Rhazes lib. 3. c. 10. ad Alman. Auic. lib. 2. Cano. c. 133. & Auerro. lib. 5. collectan. c. 32.

SEXTA, Quiscula: vulgare nomen à sono fictum neoterici Qualeā vocāt: Latinis (vt Festus ait) dicta est Coturnix *Quiscula Coturnix.*

itidem

ttidem à voce, à qua multis auibus nomina indita sunt, ὄρτυξ à Græcis appellatur, Germanicè, *ee Quackel.* Gal. *vne Caille*, Hisp. *Codorniz.* Caro eius iuxta Auerrhois sñiam, temperata est, ad cali ditatẽ tñ paulò propẽsior, ac tenuis substantię, optimiq; succi; quare sanis, ac ijs qui conualescunt, alimentum est ad bonam valetudinem accõmodatissimum. Verùm Psello, Isaaco, atq; alijs quibusdam non aspernandis Medicinæ scriptoribus Coturnix auis est, tum ad concoctioné, tum ad succi bonitatem inhabilis: vt quę & veratrum comẽdat, & morbo comitiali corripiatur: vnde Auicenna, 2. Cano. c. 154. ab eius vsu suadet abstinendum veluti à tetanum & spasmum inducente. Vbi notãdum tñ, Auicẽnam non ob id solùm coturnicis cibũ improbare, ꝙ elleboro nutriatur, sed ẽt ꝙ talis facultas spasmum ac tetanũ generandi, illius insit substãtię. Hæc ratione igitur Galli coturnices cum molli ac pingui caseo pastillatas edere consueuerũt. Põt ẽt per coturnicẽ intelligi alia quędam auis perdice aliquantulum maior, genis, rostro, & pedibus rubenti colore, reliqua verò pennarum facie ad leucophæum vergente quę Italorũ vulgo Coturnis appellatur: estq; de Alpinarũ volucrũ genere, & in syluestribus, & frigidis locis, montibusq; versatur & degit,

neq; ab Italicis regionibus vnquam recidit. Cuius autẽ speciei apud veteres fuerit, nondum satis cõpertum habetur: sed ex gustu, & odoratu, & loci natura, in quo continuè cõmoratur, & ex iis qui bus pascitur (nã illa grati admodũ sunt odoris) boni & laudabilis esse alimenti iudicanda est, & propterea in cibis meritò expetẽda. Quo sanè modo Rhazes etiam lib. 3. c. 10. Ad Alman. coturnicẽ accepisse vr, cùm ei secundũ post starnã bonitatis locũ tribuit. De vtraq; coturnice cùm plurima, tum cognitu pulcherrima habet Aloysius Mundella epist. 6.

SEPTIMA, Phasianus, quẽ à Phaside amne apud Colchos, vbi primùm cognitus est, ita nuncuparũt. Hæc est decantata oĩum libris auis, quã primam ferè in mẽsis esse iudicant pp carnis bonitatem, à scopo de temperamentis ciborum iudicia auspicantur: succi.n. probitate & iucunditate longè cæteris ancellit, neq; solũ ad robur quoq; conciliandũ accõmodatissima est. Caro.n. iuuenculi ac pinguis conualescentibus & morborũ diuturnitate macrefactis optimus cibus est. Sed ob nimium atq; immensum precium Principum duntaxat mensis atq; magnatum dicata est. Meminit Phasiani Galenus lib. 3. de alim. facul. c. 18. sic inquiens: Caro Phasianorũ, qđ ad concoctionem & nutrimentum atti-

Phasianus.

nęt, gallinis est similis, voluptate tñ incedendo superat: & ficciore constant tēperamēto, vt qui in ficciore degat aęre, & magis execratur. Lege plura de hoc apud Simeonem Sethi, & Rhazen aphoris. lib. 3. apho. 13.

Merula. OCTAVVM, Merula: quæ quidem auis est nigro pēnarum colore; rostro rutilo, & sturni magnitudine. Κόττυφος à Grecis dicitur, Germanicè, *een Merle*, Gallicè, *vne Merle*, Hispanicè, *Mierla*. Quanquam verò hęc à Galeno, Oribasio atque Aegineta inter optimi succi alimenta cōnumeratur, carnem tamen, quàm perdicis & attagenis est, duriorem obtinet. Quare & ipsa iuuencula ac pinguis mandenda est. Turdi quoque & reliquę id genus auiculæ montanæ, oēs in hanc classem referendæ sunt.

Ortygometra. NONA, ὀρτυγομήτρα: ea auis est turturis magnitudine, pennarū colore, nec quicquam à conturnice differens, rostrū longius est & acutius, crura pedesq; satis ēt præcorporis spacio longos obtinet, quinetiam frugiuora est, & aduena, antequam coturnices haud vspiam audias: neq; coturnices te amplius visurū speres, vbi hęc audiri desiit. Vox mirificè est coaxantium ranarum clamori nō absimilis, nisi ꝙ subtilior multò & acutior fit. Caro eius optimum gignit succum, vbi per diem suspenderis. Gyber-

tus

tus Lõgolius in eruditiſsimo ſuo de auibus Dialogo, eandẽ eſſe putat cum cynchramo, quem Sccrecum Germanicè, id est, *een Smertze oft ScresKe* nuncupamus. Ὀρτυγομήτρα aũt Græcis dicta eſt, q; coturnicibus per maria terrasq; aduolantibus dux & rex itineris eſſe ſoleat, ab ὄρτυξ, id est coturnix, & μήτρα, id eſt, matrix. Plura Ariſtoteles lib. 8. cap. 12. de hiſtoria anima Plinius libr. 10. c. 23. natural. hiſto. Salinus c. 18. & Atheneus lib. 9. diſpnoſoph.

DECIMA, Perdix huius quoq; caro medij ferè temperamenti eſt, & concoctu facilis, probumq; ſuccũ gignit, præſertim ſi non illico poſt occiſionem, ſed vnum ad minus diem ſuſpenſa comedatur. Sic enim duod durum in ſe continet, abiicit, & friabilis redditur, quemadmodum ex Galeno paulò ante oſtenſum eſt. Sanguinem copioſum ac tenuẽ generat, adeoq; craſsiorẽ, ſi forte in corpore inuenerit, extenuat: idq; alę potiſsimùm præſtant: quæ vt in reliquo auium genere, ita in hoc quoq; facilius concoquuntur. Et vno verbo, optimæ quidẽ alæ ſunt auiũ iuuenum ſaginatarũ, peſſime verò macilentarum & antiquarũ. Alimentum aũt perdicum optimum eſt ijs, qui ſe non exercent, & qui vitam degunt occioſam, quiq; imbecilliores & ualidi ſunt, tum etiam attenuante vi- *Perdix.*

ctus ratiōe assuetis,& hydropicis, quiq́; humido sunt ventriculo: Vitiosos.n.& corruptos ipsius humores consumit atq; absterget. Memoriam assiduè mãsa corroborat,impinguat,semen auget, & Venerem stimulat,sed vētrem cohibet: vnde accōmodatissimum diarrhœa laborantibus fit edulium, si assa cū aceto ingeratur. Medulla cum vino præsumpta actericos sanat. Iecur comitiali morbo correptis auxilio est. Fel quoq; suffusionibus oculorū à principio mirificè prodest: facit & ad ipsorum hebetudinem. Si tempora singulis mensibus eodē felle perungantur, memoriæ confert. Plura Galenus lib.3.cap.18. de alimen. facul.& lib. 8. cap.2.metho.meden. & Simen.Sethi in Syntag.

Frigellus VNDECIMA, frigellus: Ea ex turdorum genere auis est: cuius Aristotelis lib. 9. c. 20. de historia animalium tres cōstituit species. Vna visciuora,quæ nisi visco & resina non vescitur, & magnitudine paulò minor q̃ pica est: Germanice,*een Krammetuohel.* Altera pilaris, quæ sonum ędit acutum, & magnitudine merulę est. Vulgo *een Drossel.* Tertia, quã iliacam vocant nonnulli, minima inter has,minusq́; maculis distincta,à Germanis *een VVyndrosel* nuncupatur: de quo sanè turdo intelligenda sunt,quę de frigello hoc loco dicunt. Hic vtrinq; iuxta

ta oculos,& in pectore & in ipso alę flexu, intus & foris maculas habet latiuscu las, rubras. Primum genus non nisi hyeme apud nos cernitur: aut si videatur, rarum est. Secundum per totum annum apparet maculoso valde pectore,& cantus sui gratia à multis in caueis alitur. Tertium per æstatē apud nos nusquam videtur, sed vindemiæ tpe atq; instante hyeme primum cernitur, adeoq; ob id frigellus, nempè quod aduentu suo frigus instare prænunciet, nominatur. In vineis potissimum reperiuntur, ac dulcium vuarum esu sępius inebriantur, velociter volant,& optimi sunt succi, præsertim circa festū oīum Sanctorū. Lege Guilielmū Turnerū in libello de auib.

DVODECIMA, Otis, quę & ipsa in c bis gratissima atq; optimi succi est nempe ex syluestriū gallinarū genere: Gybertus Lon. eam esse adserit. q̄ bonosam vulgo, Germanice, *een Haselhoen* nuncupamus, Gallicè, *vne Ostarde.* Hispan. *Abutarda.* De qua Galen. lib. 3. de alim. fa. c. 19. & Atheneus lib. 9. deipnos. Sunt tñ quibus orex hoc loco magis placeat, vt gallina phasiani per eā accipiatur. Alij verò gallinā aquaticā interpretant. Siue igit gallina sit aquatica, siue phasiani, caro eius bonū gignit succum. *Otis.*

DECIMATERTIA, Tremulus: q̄ quidem auis est fusco pennarū colore, *Tremulus.*

magnitudine q̃ gallina minor, velocissimi volatus, altè vociferans ac clamosa, in cuius capite crista plumea, ex earum auium genere, quas σεισοπυγίδας Græci vocant: caudam.n.cum pedibus incedit aßiduè quatit, & ob id tremulus vocatur. Semper fere iuxta maria versatur. Nequis paruā illam auiculā longæ caudę, quæ *Coda tremula* vulgo, siue motacilla, & Germa. *een Bach oft VVater Steltz* dr̄, per tremulū hoc loco inteligendam putet. Huc ēt referri posset (si non eadē est) auis quędā cornice minor plumis ferè viridibus & nigris per totum dorsum, caput, & collū: ventre albo, longa & semper erecta in capite crista plumea alis obtusioribus & inter volandum magnum strepitum edentibus, vnde & vannellus id barbaris dr̄, clamosa admodum & querula: quę aquis vermiū gratia, quibus solis victitat, appropinquat, sed ipsas non ingreditur, in planis & locis circa consitis plurimum degit. Teutonicè, *een Kieuit.*

Amarellus. DECIMAQVARTA, Amarellus anis aquatica, forma perinde ac anas, sed minor: ab Aristotele lib.8.c.3.de historia animaliū Bosca appellat̄, Germanice, *een Smelente*. Illud porrò nosse in vniuersum expedit, q̃ præstantius alimentum ab ijs sumatur auibus, quę volatu magis nitunt̄, celeriusq; volant. Et quemadmo-

quemadmodum prædictarũ auiũ caro concoctu facilis, & ab bonam valetudine accõmodatiſsima, ſic è diuerſo quarundam excrementia eſt ac mali ſucci, multoq; ad coquendum difficilior, atq; inęqualis temperaméti: cuiuſmodi imprimis exiſtit pauonum, anſerũ, agruum malar dorum, & quotquot oblongũ habent collum, ac roſtrum, inq; paludibus nutriuntur. Huc, quod ad ſucci prauitatẽ attinet, paſſeres ẽt referẽdi ſunt, qui in turribus nidificant. pyrgitę appel lati: nam & calidiſsimi ſunt, & longius à temperamento recedunt, ac durius alimentum dant, Veneremq; impenſius ſtimulant. Circa electionem vero alimenti, ꝙ ab auiũ genere ſumitur, ſciendum eſt, iuxta diuerſas pręſtantioris alimenti proprietates (ſi eius quod nutriẽ, ſanitatem vel robur ſpectes) carnes variè laudari. Sic Gale. ad facilem concoctionẽ & ſubtilitatẽ reſpiciẽs, bonitatis palmam perdicibus attribuit. Rhazes & Iſaacus ob leuitatem & ſubtilitatẽ ſtarnam prętulerunt: Idẽ quoq; Iſaacus diuerſa ductus ratione diuerſarũ auium carnes laudauit. Auicenna turturis carnem, ꝙ mentis aciẽ atq; intellectũ roborẽt, mirificè cõmendat. Auiũ porrò omniũ volucrũ genus pauciſſimum pręſtat alimentũ, ſi ad genus greſsilium conferatur, potiſsimũ ſi ad ſuillã qua non aliud

inuenias,q copiosioris sit nutrimēti: volucrium tñ caro ad coquendum est facilior: quare ijs,q neglecto corporis exercitio, cōsilijs potissimū,& studijs ac contemplationi vacant, conuenientissima est præcipuè perdicis, attagenis, columbæ, galli gallinacei,& gallinæ, quemadmodū lib.3.de alimen.facul.c.18. Gale. testatur. Sanguinem.n.procreat clarum atq; mundum,& spiritum generationi, ac mentis exercitijs,& intellectui aptissimum. Siccius namq; alimentū, quale distarū auiū est, studio cōtemplationiq; intentis conuenit. Siccitas.n.prudentiæ familiaris est sicuti luculenter & perspicuè docuit Galen.in libro, cui titulus: Quod animi mores corporis temperaturam sequant̄,c.5. Lege plura apud eundē.lib.8.c.2.metho.medēdi, & in libro de attenuante diæta.c.6. De attagene, quem *een Birchoen* Germanicè vocamus, pulcherrima quędam & scitu dignissima, Gybertus Lon. in dialogo de auibus prodidit.

¶ *De piscibus. Cap. XXX.*

SI pisces molles sunt, magno corpore tolles.
Si pisces duri, parui sunt plus valituri

Hic duę traduntur laudabilium piscium

ſcium notę piſces.n.aut dura carne ſuapte natura ſunt, aut molli. Ex his igitur qui molles ſunt, veluti iuniorib. pſtant. Carnis namq; mollities pro modo humiditatis reſpondet, quę crudior in nouello piſce, in vetulo verò concoctior exiſtit. Quare nouelli piſces lento ac pituitoſo ſucco magis quã vetuli abundant. Atq; hæc certè ratione nõnulli anguillam etiam vetulã iuniori pręferũt. Ex ijs verò qui dura carne præditi ſunt, iuniores longe pſtantiores & cõcoctu faciliores habent: eiuſmodi porrò lucii cum primis ſunt & percæ. Carnis.n. durities concoctioni reſiſtet. Quę ſanè ſententia ex.2.Cano.c.555. Auicẽn.deſumpta eſt, vbi ſic fermè ſcriptũ reliquit Ex piſcibus dura carne pditis eligendi ſunt minores: & molli verò maiores ad terminum aliquem. Pluta Galenus lib.3. de alimen.facul c.29. & 30.

Lucius & perca, & ſaxatilis, albica tencha,
Gornus, plagitia, & cum carpa, galbio truta.

Hic decem recenſentur piſces, quorũ alimentum hominum corporibus aluberrimum eſſe putatur.

PRIMVS, Lucius eſt piſcis vulgo notus, qui ꝙ non modò in alterius, ſed ſuæ ẽt ſpeciei piſces graſſetur, tyranni appel *Lucius.*

lationem vulgato versiculo seruitus est:
Lucius est piscis rex atq; tyrannus aquarũ.
Natata velox ac duræ carnis est, sed omniũ medicorũ iudicio εὔπεπτος, atq; optimi succi, Germanicè, *een Hecht ofte Snoecke.* Gall. *vn Brochet.*

Perca. SECVNDVS, Perca: qui branchijs sub rufus est; dorso spinis armatus, vnde ἀκανθοςερῆ ἔναι καὶ ποικιλόχροα Aristoteles scribit. Duræ quoq; carnis est, & vulgo cognitus, Germa *een Baers* Ge. *vne Perche.* Porrò alimentũ, quod ex eo sumitur, nõ modo ad coquendum est facile, sed gustui etiam gratum est, atq; hominum corporibus saluberrimum, vt qđ sanguinũ medium consistentia generet. Medium aũt voco (inquit Gale. lib. 4. de alimen. facul. cap. 27) qui neq; admodũ tenuis est, neq; aquosos, neq; vehementer crassus. Vnde maximo in precio hic piscis semper est habitus. Ausonius in Mosella sic de eo canit:

Nec te delitias mensarum perca silebo,
Amnigenos inter pisces dignandæ marinis.

Quanq̃ certè τὸ πέρκη antiquissimis et Græcorũ vsitatũ sit, reperiuntur tñ quibus per ἀντίφρασιν, qđ nulli pisciũ parcat, à parcẽdo sic dictus esse videatũ, vt qui iratus alios pisces pinnis suis, quas supra dorsum hẽt, vulneret. Qua rõne à Lucio quoq; immunis est. Imò, vt Albertus refert, naturalis quædã lucio cũ perca amicitia

citia eſt. Leſus.n.lucius, non tã facile à quouis alio piſciũ ſanatur q̃ à perca.

Solum igitur liquidis percam laceratis in vndis,
Veſtigat luſtrans, ſolum hunc medicamina poſſit.

Qui ſic inuentus vulnera eius tangendo lenit atq; ſanat.

TERTIVS, Saxatilis: quo quidem noĩe piſcis à nonnullis hoc loco accipĩt ex eorum numero, qui parui perpetuò manent, Latinè ẽt fundulus, & Germanicè *een Grundel* nuncupatur. Cuius alimentũ (licèt ſquamis careat) ad voluptatẽ, concoctionẽ, ſimul ac diſtributionẽ, & ſucci bonitatẽ, præſtãtiſſimũ eſt. Multos tñ inuenias, quib. Saxaulus potius, ſiue ſaxaulis hic legendũ eſſe videat̃, vt hoc noĩe ex planorũ piſcium genere eũ intelligamus, qui βούγλωττος καὶ βούγλωσσος Grecis dictus, hodie γλῶττα nuncupatur. A Varrone & Plauto lingulaca, à linguę figura, quę Græcis eſt γλῶττα, cui βου particula addita eſt, vt magnitudinẽ potius q̃ bubulæ linguæ figurã ſignificet. A Pl. Solea. Itẽ ab Oui. *Saxatilis*

Fulgences ſolea candore, & concolor illis Paſſer.

A figura Soleæ, quæ ſolo pedis ſubiicitur, Germanicè, *een Tonge*, Gallicè, *vne Sole*, Hiſpanicè, *Lenguado*: qui & ipſe inter marinos piſces alimenti eſt haud-

quaq̃ contēnendi. Gal. lib. 3. de alim. fac. c. 29. similes quodãmodo īter se esse passerē & soleã scribit, non tñ oīno eiusdē esse speciei: Soleã.n. molliorem esse, ciboq; suauiorē, ac in totũ passere p̄ſtantiorem. Suauitate quidē, alimēti copia, ſucci bonitate Solea prçſtantior eſt, at carne duriore, solidioreq; esse experiētia sensusq; conuincunt. Plura Gulielmus Rondeletius lib. 11. c. 11. de piscibus marinis.

Albica. QVARTVS, albica. qui & ipse marinus, reponendus in numerum sale conditorũ, & in fumo Deinde, vel in aere exiccatorũ, qui à baculo, quo ante cocturam contundunt, *Stoc visch* Germanorum lingua appellantur. Albica aũt ex eo dictus vr̃, qđ molli, humida, atque candida admodũ sit carne: vnde Germanicè quoq;, *een VVeiszling*, & Saxonicè, *een VVeittig ofte VVeitling* nominat̃, & pro bono gratoq; cibo habetur.

Tencha. Tinca. QVINTVS, Tinca, vel tencha: piscis aquę dulcis notus, pelle lubrica mucosa, ad nigredinē tendēte, ac carne dura, vnde ab his tribus, nēpe lucio, perca & tinca poſt coctionē pellis auferri solet. Ausonius in mosella vulgi solatium vocat, ꝙ pauperibus tm̃ apponatur. Excremētitius eſt, & totus lutosus. Teutonicè, *een tinche scheleibe, ofte scleig*, Gallice, *vn Tenchè*, Hispánice, *Tenca.*

SEXTVS, Cornus, gornatus, siue guarnadus: piscis marinus albus atq; minus, medij digiti longitudinem non excedens; vna cum capite ac spinis manditur, Teutonice, *een voerne*. *Cornus.*

SEPTIMVS Plagitia; piscis marinus planorū generi subiiciendus, rhōbo figura similis, sed contractior, lingulaca latior. Hic piscis supina parte albicat, prona fuscus est & terrei coloris, instar passerum auium, vnde à Latinis passer etiam dicitur, a Gręcis ψῆττα, Germanicè, *een Pladijs*, Gallice, *vne Playe*. Guilielm. Rondele. lib. 1 .c. 7. *Plagitia*

OCTAVVS, Carpa, siue Carpio: piscis fluuiatilis notus squamosus. Cuius caro excrementitia est ac muccosa, quare à magnatibus in vino decoquitur. Ita namq; multo quàm ante prestātior euadit: quicquid.n. muccosum, aut virosum gustu refert, id totum deponat, Germanice, *een Carper*, Gallicè, *vne Carpe*. *Carpa.*

NONVS, Calbio: piscis marinus notus, cartilagineus, corpore tenui, & in amplissimas alas, expanso, Raia Latinè dicitur, & à quibusdam Rochetus, siue Rochus, à Gręcis βάτος καὶ βάτις: à rubi, quem B vocant, simili udine. Quemadmodum.n. spinosus est aculeatusq; rubus: ita raia oīs aculeis aspera, nō quidē toto corpore: sunt.n. λεῖβατοι, id est leues raiæ, quibus nulli sunt in cor- *Galbio.*

pore aculei, sed siue leues sint raię, siue asperę, oẽs vncos aculeos in cauda gestant, sicuti in rubo, cynosbato, & rosis cernuntur. Piscis est duræ carnis, concoctu difficilis, sed alimenti firmi & sani. Germa. *een Roch*, Galli. *vne Raye*. Hisp. *Raya*. Gulicl. Ronde. lib. 12. c. 3. Nonnulli Galbionem referũt in baculo contusorum piscium classem, vt eum hoc noĩe intelligamus, qui Germ. *Kotscher* vocatur, qui & ipse duræ carnis, est, ac sanus. Alij textus habẽt Gobio, de quo Galen. lib. 3. de alim. facul. c. 28. Gobio, inquit, littoralis est piscis, ex eorũ numero, qui parui perpetuò manẽt. Suauissimus ac concoctu facillimus, simulq; ad distributionẽ & succi bonitatẽ optimẽ cõparatus, Gall. *Gouion* Teutonice, *een Gouie*. Huc referendi videntur pisculi oẽs, quos *Vfrellen est Erlytzen* Germanice vocamus, & quotquot tales occurrũt, nempe iucundi, boni succi, & ad coquendum faciles.

Truta. DECIMVS, Truta: Hic oĩum, qui in dulcibus aquis generant̃, pisciũ ęquali cunctarum genitum iudicio longè nobilissimus habetur. Varius admodũ est, purpureis guttis siue maculis totum dorsum speciosè pingentib. carne interius rubra, quemadmodũ in salmone ẽt conspicit̃, procuIdubiò is piscis sit, q Ausonio in Mosella Salar vocatus, quũ dicit.

Purpureisq; Satar stellatus tergoræ guttis,

Celebratur apud homines, tanq̃ voluptate cibos reliquos superet. Carnem habet valde friabilē, vt, qua nihil neq; lentoris, neq; pinguedinis insit, quo fit vt alimentum, quod ex eo sumitur, hominum ēt corporibus saluberrimū esse censeat. Huc, quod ad succi bonitatē attinet, aschię ēt & auratę quos *Escheu & Roteoesellen* Germanicè nūcupamus, referendi sunt. Porrò Trutta Gallicū est: nam vulgo. *Truite* vocant, Hispanicè, *Trucha,* Germanicè, *een Forel.* Verū hactenus singulatim de piscibus. Nunc generatim enim atque vniuerse nonnihil de præstantia ipsorum dicemus.

Piscium electio.

SCIENDVM, igitur imprimis, alimentū, quod ex piscibus ꝓuenit. quemadmodū idipsum lib.3.c.25. de alim. facul. Galen. attestatur, sanguinē gignere consistentia tenuiorē, q̃ quod pedestribus animalibus sumit, adeò vt non affluēter nutriat, & celerius discutiat, magis tñ excrementitiū est. Phlegmatici n. id est, frigidioris humidiorisq; temperamenti sunt pisces. Ob eandē tñ causam quidā, ipsos concoctu difficiles esse, ac tardi transitus cēsuerunt quippe ratione frigiditatis: lenti: ēt sunt, atq; diutius ob id vētriculo immorant, & cōcoctioni repugnant: quo fit, vt sæpius corrumpant, & putrescendo sitim generēt. Car-

nium

nium itaq; laudabiliũ alimentũ hoc nomine, quàm piscium salubrius est.

SECVNDO vero hoc ẽt sciendum, nempe pelagicos, hoc est, marinos (modò cæteræ bonæ notę consentiant) in victus salubris ratione, q̃ qui in aquis dulcibus nati sunt, esse meliores. Alimentum.n. quod prestant minus excrementitium est, & carniũ naturæ propinqus. At verò cùm pelagici (cæteris paribus) q̃ fluuiatiles sint carne duriore, consentaneum est, eosdem difficilius ẽt concoqui & resolui, ac magis nutrire, sanguinemq; gignere puriorẽ. Aegris tamen ob concotricis facultatis imbecillitatem fluuiatiles accommodatiores sunt.

TERTIO sciendum, ex piscibus tam marinis q̃ fluuiatilibus, eligẽdos esse qui carne sint minimum muccosa aut lenta, sęd, alba, suaui subtili, friabili, odorata, quæ tardè putrescat & qui non degunt in paludibus, lacubusq́;. atq; id genus locis liminosis ac sordibus, nec, in aquis limosis herbas & mali succi radices habentibus. Pessimam enim habent carnem, qui in eiusmodi locis degunt.

Eligendi vero non admodum iuuenes, neque pręgrandes, neque pinguedine multa respersi, sed vt in suo genere carnosi & celerrimi cursus.

Ex marinis pręstantiores habentur, qui in fluminibus longius à mari distantibus

tib.capiunt, vtiq; si cęterę l. udabilium piscium notę non abfuerint. Iisdē quoq; notis consentiētibus, quanto spinis agnatis ac squamis horridiores fuerint, tanto pręstātiores, ēt esse par est Spinarum enim & squamarum multitudo substantię puritatem arguit. Preterea optimi sunt ex pelagicis, qui viuunt in mari puro ac profundiore, ventorumq; porcellis magis agitato & qđ fluuios multos & magnos excipit. Quare in mari Pontico & Balthio nutriti, ijs p̄stant, qui in mari Mortuo siue Meridionali capiunt.

Eorum aūt, qui in fluuis gignuntur, salubriores sunt, qui in ijs gignuntur, in quibus aqua rapidē fluit, ac copiosa est. Ex quibus iā dictis liquido constat, qui piscium probi malive censeri debeant.

Cetacei.n.ac bestiales cuiusmodi porcus & canis marinus. delphinus, & morhua potissimum habentur. cū laudabilium pisciū notis, nimirū albedine, subtilitate, ac friabilitate careant, in cibo sunt prorsus iniucundi, & ad coquendū difficiles, exiguumq; boni quidem alimenti, excrementi aūt plurimū reddūt, & presertim recentes. Quare mirum nō est, si prauum suum in eorū corporib. q quotidie illis vescunt, congerant. Quos tn̄ si qn̄, meliorem nō suppetēte copia, edere cogamur, magnopere c uendū, ne illico a captu ingerantur, sed seruandi

sunt

ſunt per dies aliquot, dũ caro eorũ molleſcat, adeoq; citra ſubſtãtiæ corruptionẽ tenereſcat. Id quod fieri ſolet vbi leuiter ſale cõſperſi fuerint. Quo modo ſapidio res ẽt ac multò q̃ ante pſtantiores euadere, lib. 3. de alim. facul. c. 24. & 40. Galen. autor eſt. Quicquid. n. muccoſum, aut viroſum guſtu referunt, id totum deponunt.

Ex piſcibus marinis raia & gornus in laudabilium claſſe cenſentur, carnẽ. n. habent conſiſtentia puriſſimã. Deinde vero Paſſer & Solea, quorũ tñ caro lentior eſt, minusq; tum alba, tũ friabilis, & craſſior, ſapore ẽt atq; odore minus cõmendabilis. *Merlengus.* Merlengo tñ, ſiue merlano, quẽ ἀφύνι Græci vocant, ſecundus fortè à raia deberetur locus, minore. n. participat craſſitie ac lentore, quã Paſſer & Solea, & ſubſtantia vtcunq; friabilis eſt: ſed ſi odorem, ſaporem, colorem, ſubſtantię puritatẽ & mollitiẽ ſpectes, bonitate nõnihil à Gorno ac Raia deficere videbitur. *Morhua* Idẽ de harengo iudiciũ eſt. Morhua iuuenis bonitate prędictis ſat s propinquat, ſed ſi diligẽtius ad prę ſcriptas laudabilium piſciũ notas exigatur, craſſior multò atq; lentior inuenietur. Salmones aũt rhombi (vulgo Gallorũ turboti) & maquerelli ſiue macrelli, *Macrellus.* longè à reliquis bonitate deficiunt: ſunt enim multò craſſiores, magisq; lenti, &

con-

concoctu difficiliores, neq; cõpetũt nisi vehementiore exercitio fatigatis, robustis, ac iuuenibus, idq; magis etiam si qd salsedinis ipsis cõmisceatur, quò lentor. crassities, & frigiditas eorum remittantur ac corrigantur.

Ex piscibus aũt aquę dulcis, lucius & perca mediocres laudatissimi sunt, prę sertim si pter dictas bonitatis notas pinguedinis non oĩno expertes fuerint. Secundum post illos locum obtinet Védosia, carnem tñ habet non perinde albã, subtilem, & friabilem, sæpiusq; in stagnis, q̃ fluuis reperitur.

Illud porrò summatim nosse ẽt expedit, ꝙ pisces fluuiatiles, modò cætera cõsentiãt, tũ ad bonos humores gignẽdos, tum ẽt ad gustus ipsius, voluptatẽ, cæteris multo sint pstantiores, si in aquã profunda, petrosa aũt aspera, ad Boream spectante, ac rapidè fluentẽ degant, prę sertim si vrbis alicuis amplissime, latrinarũ, balneorum, culinarũq; loturæ & purgamẽta in illam non defluãt, neq; & vestes & alia eiusdem generis in ea abluantur: Multò verò magis, si preterea & herbarum ac bonarum radicũ copia abundet. Cancri verò tam marini, q̃ fluuiatiles, sicuti lib: 3. de alimen. facul. cap. 33. à Galeno traditur, dura in totũ carne constant, ideoq; & ad coquendum sunt difficiles, & firmi alimenti, ægrę tamen in

ven-

ventricula corrumpuntur.

In piſcibus quoq; id cõiter memoria tenere oportet, ꝙ recẽtes valde nutriãt & humectent, mãmas lacte repleant, ſemen prolificũ ſuppeditent, adeoq; venerem excitent, & biliofis corporibus ſint accõmodatiſſimi. Cæterùm abſtinendũ ab ipſorum eſu poſt quamlibet actionẽ fortẽ ac vehementem: qui nanq; id temporis ingeruntur, eos & malè concoqui, & dum in iecur ac venas diſtribuuntur, ſuccum generare crudum, qui non facilè in probum ſanguinem mutetur, à ratione alienũ nõ eſt. Preterea verò, cùm hæc ipſorũ ẽt natura ſit, vt tardius pertranſeant, cura non minima adhibenda eſt, ne in ventriculum incidant debilem, aut prauis ſuccis vitiatum: quippe qui tũ neq; bellè concoquãtur, & facilius ferè vnà cũ aliis in ventriculo exiſtentib. corrũpanť. Neq; itẽ vnà cũ carnib. nec lacticiniis, neq; ſummo poſt alios cibos loco, ſi quid Auicẽnæ credimus, edendi ſunt.

Poſtremò verò hoc ẽt ſciendũ, ꝙ craſſioris ſucci piſces intra mediocritatẽ ſaliti, recentibus ſint præferendi. Verùm recens ſaliti, Galen. lib. 3 de alim. facul. c. 24. teſte. iam diu ſalitis ſunt meliores. Piſces ẽt laudabiles exiguo ſale conſperſi, atq; moderatẽ ſumpti, appetentiam, ſi qs eis delectetur, reuocant & roborant.

¶*De Anguilla, & nonnihil etiam de Caseo. Cap. XXXI.*

VOcibus anguillæ prauæ sunt,
si comedantur,
Qui Physicem non ignorant, hęc
testificantur.
Caseus, anguillæ, nimis obsunt,
si comedantur,
Ni tu sæpe bibas, & rebibendo
bibas.

Anguillā vocibus nocere hoc in loco traditur: idq; rationib. tum medicis, tū philosophicis cōprobat̄. Limosus.n. piscis est, crassiq; lenti succi, obstructiones facit, longiusq; à memoratis paulò antè probi piscis indicijs recedit: quod Galenus ét in libro de cibi boni & mali succi.c.15. in hunc modnm scribés attestatur: Anguillæ nunquam boni succi sunt, tametsi puro in humore versentur, nedū in eo qui vrbiū sordes & purgamēta in se recipit. Idē fere & in lib. de attenuan. diæta. cap. 6. confirmare videtur. Anguillæ, inquiens, & molliū pars maxima, tametsi carnem habēt mollem, ꝗ tñ succo lento ac pituitoso abundat: iis, qui salubri victus ratione vti volunt, plurimū est noxia. Pari modo de mustelis quoq;, quę vulgato iā nōīe lāpretę di- *Aguilla*

cūtur

Lamprę ta. cuntur, sentiendum est. Nã & ipsę nihilo secius quã anguillæ plurimum crassi succi gignunt: tametsi paruulę lãpretæ non perinde malę & periculosæ sint. Minore.n. vt sensus ipse iudex est, crassitie & lentore participant. Quò fit, vt hi pisces, licet non ingratum ori saporé offerant (qđ salua tñ eorũ reuerentia dictum velim, qui in eorũ vsu diu perseuerant) admodũ sint periculosi. Siquidem generatio eorũ in aquis serpẽtum generationi in terris respondet, non sine veneni suspicione. Vnde ẽt M. Varr. lib. 4. de lingua Latina, nomen habent, q̃ anguib. adsimilentur. Atq; hac certè rõne capita & caudę, ac similiter interior spina, vt quæ venenũ in se contineant, nullo modo edẽda sunt. Cõueniens aũt erit

Anguilla coctio. ob succi crassitiẽ ac lẽtorem, vt in optimo vino immersę necẽtur atq; cũ iusculo deindè optimarum specierum, sicuti ab Apitianæ scholæ sectatorib. solent, p̃parentur: ac primò quidẽ duabus ebullitionibus in vino & aqua p̃bulliant, illisq; reiectis tandem ad perfectionem coquantur. Vel gelu inde in patina fiat, vel pastillatura, vel assatura, idque cum salsamẽto cõpetenti: in hyeme quidẽ cum viridi fortibus specieb. & vino: in ęstate verò cum debilibus speciebus, omphacio, & aceto. Cõmodius tñ ab eiusmodi piscium ęsu abstinetur. Stomacho

cho.n.& renib. sunt inimici, sed præcipuũ sentiunt nocumentum ex eorũ obsoniis, qui arenulas mingere consueuerunt, qm̃ ille anguillari, glutino in calculos cogi & anstringi videantur. Podagra quoq; laborãtib. manifestè officiũt, nec vllis morbis medentur, sic vt iniquè natura fecisse videatur, quę tam suauem refutandis expuẽdisq; piscibus indiderit saporem. Medici omni ex loco, omniq; tẽpore & præsertim circa solstitiũ anguillas detestantur. *Anguilla esus calculosis noxius.*

Sequitur deinde, caseum atq; anquillas plurimum nocere si comedantur: q̃ sanè de iis, quæ magna mole ingerũtur, intelligendum est. Causæ quidem de caseo suprà cap. 7. De anguillis verò in pręsenti capite habentur.

Postremo loco hoc ẽt adseritur nẽpe prauitatem eorum vberiore ac frequentiore vini potu corrigi atq; emendari: quod minimè tñ de vino subtili ac penetrante, neq; itẽ de eo quod in potus delatiui vicem substituitur, intelligendum est. Tale nanq; cũ cibis mali succi bibendum non est, quemadmodum. 3.1. doct. 3 c.8. Auicenna sic fermè scribens diligenter admodum monuit: Neq; cũ cibis praui succi, nec anteq̃ illi conficiantur, neq; ab eorundem concoctione vinum protinus bibendũ est: q̃ppe q̃ mali chymi cibos in oĩa statim corporis exterio-

ra membra, quò fortasse citra vini adminiculum minimè penetrassent, non sine sanitatis dispendio secum trahat. Intelligendum igitur de vino forti non modum penetrante, quod sæpius atq; modicè commodę ciborũ permistionis gratia sumitꝰ. Hoc.n.prauitatẽ eorũ corrigit, concoctoriam facultatem roborat, frigidosq; & phlegmaticos humores cõcoquendo benignos reddit: quo fit, vt casei atq; anguillarũ q̃ ægrè admodũ cõficiunt, concoctionẽ non parũ proficiat.

Cæterũ neq; illud silentio hoc loco inuoluendum, nempe vinum non in anguillarũ modo, sed quorũlibet ẽt pisciũ esu exhibendũ: quippe frigidioris humidiorisq; temperamenti sunt oẽs, adeoq; difficilius ob id ipsum conficiunt, tardiusq; transeunt: vino igitur sæpius ac modicè sumpto facilè emendantꝰ, atque *συμμετρίαν* perducuntur. Hinc non temerè hactenus hoc vsurpatum: Ex piscibus vinos quidem aqua foueri, mortuos vero vino condiri oportere.

De cibi potus quæ in prãdio atq; cœna permistione, siue alternatione. C XXXII.

INter prandendum sit sæpe parumq; bibendum.
Si sumas ouum molle sit, atque nouum,

Hinc

Hinc duo traduntur pręcepta.

PRIMVM, de cibi potusq; in prãdio atq; cęna permistione siue alternatiõe, Inter prandendũ nanq; cœnandùmve in vicē modo edendũ, modò bibendum est, ac ne id quidē largè & copiose, sed sępè potius & parcè. Neq;.n.iumenta nobis in hoc imitando sunt, quę tum demũ bibũt, cùm cibo exaturata fuerint: sed potio subinde interponenda est, qm̃ cibus permistione potionis mollior redditus, per membra nutritioni deseruientia, faciliùs peruehitur.

Vbi notandum, triplicem à Medicis constitui potum. Ac primum quidē permixtiuũ vocari, quod vna nimirũ cum cibis ingeratur. Alterum delatiuũ, quod concoctione in ventre iam confecta & absoluta, in hepate vero inchoata, vt cibi penetratione adiuuet, exhibeatur. Tertiũ verò sitis sedatiuũ, quo inexplenda siti vtimur. Quæ igitur de potu hoc loco traduntur, ea de permixtiuo accipienda sunt. Hic.n.interponi sępius ac pmisceri cibis debet, neq; ad finē prandij vel cœnæ, siue dum sitis vrgeat (saluo tñ aliorum iudicio) differēdus est. Imò verò crebrius ēt ab illis assumi dēt, qui cibis actu vel potentia sicciorib. vescuntur, quiq; vehementius sese, atq; immoderatius exercendo siccum panē vorant: non tñ copiose, ne concoctio impediat.

Potus triplex.

Per mixtiuus.

Simile.n.quiddã ſuccederet,quale aquã in lebetem ferućtem ſępius largè & copioſe infundentibus ſolet: quippe caloris vis in coquendo hebetaretur.

Sedatiuus. Sitis aũt ſedatiuus potus circa prãdij vel cœnę finem, naturę congruere magis vr̃: tũc.n. ob calidi ſicciq; cibi æſtuationem vera ſitis vrget. Namq; veriſimile non eſt eodem ac breui temporis momento, in feſtari naturam eſuriẽ ſitiq; ſimul, eo ꝙ hęc irritetur à calore, illa ſtimuletur à frigore interno. Eſtq; hic potus augendus, vel minuendus: prout ipſa ſitis expoſtulat.

Delatiuus. Atqui delatiuus prima coctione iam peracta, atq; ẽt paulo ante q̃ aliud quidpiam edatur, propinãdus eſt, ꝑſertim cũ priùs ingeſtus cibus conſiſtentia fuerit craſſior; neq; differendus eſt, dum ſitis oboriatur. Ventriculũ.n.ad reliquũ ſuſcipiendum cibũ reddit expeditiorem, ac eorũ ẽt, quæ in ventriculo continentur, diſtributionem ad hepar plurimum iuuat. Non tñ immoderatius eo abutendũ eſt, vt maturè cõcoqui poſſit. Siquidẽ incoctus ad hepar non tranſit. Quod verũ vtiq; erit, ſi in delatiui locum non ſubſtituatur aqua. In illa.n.neceſſe non eſt, vt concoctio expectẽt, priusq̃ ad hepar trãſmeet. Rationabiliter verò in potu delatiuo, ceu ẽt in ꝑmixtiuo nõ aqua ſed vinũ propinari dẽt, aut aliud quidpiam

piã, quod vino fit ἀνάλογον, veluti cereuisia, μελίκρατον aut ex cerasis vel malis, aut simili quopiã fructus genere confecte potiones: qbus tñ oĩbus vinum est preferendũ. Facilè.n. efficit alimenti in oĩa membra distributionem: vnde non inepte ὀχηματῆς τροφῆς ab Hippocrate nuncupantur vt copiose admodum suprà c.15.& 27. ostendimus.

Sed quia de commoda cibis potusq; permistione satis iã diximus, Illud mini mè omittendum, est, ꝙ nonnullis vt rectũ placere video, nempè vt iuxta crassiorẽ, ficciorem, & frigidiorẽ cibũ de vtroq; potu tã delatiuo, q̃ permixitiuo largius assumamus, & vt rursus circa calidiorẽ subtiliorẽ, atq; humidiorẽ, parcius. Et iterũ vt vinum subtile valensq; cum cibo natura, crasso, duro, ac frigido bibamus, & è diuerso, vt calidioribus concoctioniq; magis parentibus cibis vinum debilius adiungamus. Quę ratio si stabit, volentiore vino iuxta carnem vtemur bubulã, q̃ pullorum gallinaceorum itemque iuxta pisces, quam carnes animalium terrestrium.

SECVNDVM prçceptũ de ouis erat, népe vt recentia ac mollia ingeramus: cuius rõ reddita est supra cap.8.

De Pisis. Cap. XXXIII.

PIsum laudandum nunc sumpsimus ac reprobandum.

Est inflatiuum cum pellibus atq; nociuum,
Pellibus ablatis sunt bona pisa satis.

Inquisitione dignum videtur, quod de ipsis hoc loco traditur: nempe ipsa laudē mereri qñq;, nonnunquā vero & vituperiū. Vbi scire ante oīa conuenit, ipsa duas habere facultates, adstrictoriā nimirū & purgatoriā: quarū hęc certè in ipsorū velut carne est, illa vero corticibus. Laudantur igitur quę adempto cortice manduntur: culpantur quę non decotricata ingeruntur. Priore.n.modo sumpta, vt in diætis vniuersalibus Isaacus idipsum confirmat ventrem subducunt: altero vero magis condensant & adstringunt, plurimumq; flatulenti spiritus pariunt, ita vt pugna quædā ac tormina in intestinis excitentur: purgatoria quidē facultate succū excernere volente, adstrictoria vero retinēte: hincq; intus affligitur natura, ab vtroque horū diuexata. Porro si ipsa cortice spoliata mandantur, tùnc purgatoriæ actione maximè conferunt. Quod de pisis hic dicitur, idem de omnibus ferma leguminibus puta fabis, lētibus, phaseolis, & si qua sunt similia, præcipuè tamen corticem habentibus crassiorem, vt de fabis & ciceribus nigris, intelligendū est. Hac

Pisa.

nanque ratione legumina oĩa, quemadmodum lib. 4. de vict. rat. in morb. acut. aplio. 93. Hippocrates atteſtatur, flatuoſa ſunt, & cruda, & cocta, & fricta, & macerata, & viridia. Cortex præterea in oĩbus peiorem generat ſuccũ, q̃ quæ ipſorum velut caro eſt. In piſorum genere reperiuntur quædam alba & rotunda, cortice tenui, leui ac fragili, quę tametſi vna cum corticibus innoxiè mandi queant, præſtat tñ vt decorticentur. Legumina viridia adhuc & nondũ exactè matura, valde tenuem habent corticem, ac minus ipſis diſcrimen ineſt, quod ad corticẽ ſaltẽ & carnẽ attinet, faciliusq; concoquuntur: quare ea nonnulli ſanis corporibus, q̃ matura atq; exiccata magis conuenire arbitrati ſunt: quod tñ à veritate alienum vr̃. Nã ea admodũ eſſe excrementitia, & ſubſtantiæ corruptioni magis obnoxiæ: conſtat: quo fit vt à ſanis non vſquequaq; citra noxam ſumi queant. Hoc tñ negari non põt, quod matura & exiccata cùm ab extimis corticib. purgata fuerint, ad victus ſalubris rationem, q̃ recentia non decorticata, accommodatiora ſint, & è diueſo viridia q̃ exiccata cortice nõ ſpoliata. Porrò quum omnium leguminum ſubſtantia inflet, concoctioni renitatur, craſſiq; & praui ſucci alimentum in corpus diffundat, meritò à victus ſalubris ratio-

Brodium ne excluditur. Brodium tamen siue iusculum eorum, eò q; flatum cum omni & alimenti & concoctionis prauitate deponat, ventrem subducat, vrinã ciat, venarũ atq; viscerũ obstructiones amoliatur, adeoq; ad vasorũ etiã, quæ colatoria vulgo vocantur, nempè hepatis, renum & vesicæ, emundationem sit efficacissimum, non parum cõmoditatis in victus salubris ratione habere dinoscitur. Cuius proinde vsum ieiuniorũ tempore, qñ crassis atq; obstruentibus vtimur cibis, frequẽtiorẽ esse cõuenit. Multiplex porrò ac varius hominibus leguminũ vsus esse solet. Nõnulli.n. cum salsis carnibus esitant: quẽ modũ Galenus lib. j. cap. 25. de alim. facul. non probat. Nam hæ quoq; sanguinẽ crassiorem & melancholicũ magis generant. Quapropter nõ est his copiosius vtendũ, & maximè si cui corpus sit aut melancholicũ, aut crasso, aut prauo succo abundet. Pessimè autem coci diuitibus legumina sapa adparant, quandoquidem legumina haud quaquàm incrassantium mistionem postulant, sed humidorũ potius, & quę ipsorum crassitiẽ incidant. Quibus verò sapa cõmiscetur, iecoris obstructiones solent, gignere viscerisq; huius ac lienis inflãmationes inaugent, nisi melle addito, meliora fiant. Perspicuum aũt ẽ est; quod & scirrosos visceris vtriusq; affe-

affectus sæpa exacerbat. Vt autem legumina esui, accõomdatoria fiant, magis nutriant, & crassum prauumq; succũ amittant, in hunc ferè modũ coquẽda veniunt. Sub noctẽ in aquam feruentem infundantur, ac primò quidem manibus diutulè confricentur, vt à cortice separentur, deinde per totam noctẽ in eadẽ macerando tẽperentur, sequenti verò die duabus vel tribus ebullitiónibus in eodẽ liquore, dum tertia quartave aquę portio absumatur, percoquantur. Aquã autem adhibere oportet leuissimã, seu pluuialẽ. Nam & hac citius coquẽtur, & molliora euadent, & cõcoctioni minus facessent negotij. Ius decocti. c...lo tandẽ transfundendũ & ad vsus reseruãdũ. De quo vbi & quantũ cuiq; libuerit, accipiendũ, cumq; cinnamomo denuò & croco tẽperãdũ ad lentum ignẽ. Hoc ẽt pacto terream naturã magna ex parte deponet. Nõnulli duas partes zingiberis, vnã piperis, aliquãtũ.n. cymini adijciunt, quò facilius secedat ad extremũ aliqd aceti vinive, & butyri admiscent, atq; vnica iterũ ebullitiõe coquunt, spumã interea diligenter auferẽtes. Quod quidẽ in principio refectionis potissimũ sumendum. Illud postremo minimè prętereundum, quòd brodium siuè iuscitlum cicerum & pisorũ alborum multò sit præstantius, & humanæ naturæ ac-

Pysorum coctio.

commodatius, quemadmodum & tota eorum substantia.

¶ *De lacte tabidorum. Cap. XXXIIII.*

LAc φθισικοῖς sanum caprinum postq́ue cameli.
Ac nutritiuum plus omnibus est asininum,
Plus nutritiuum vaccinum sit, quoque ouinum.
Adsit si febris, caput & doleat, fugiendum est.

Lactis electio. Hic præcepta quędam traduntur de electio re lactis genere, quatenus videlicet φθισικοῖς, hoc est, tabidis emaciatis, hectica febre laborantib. & quomodocunq; consumptis, sit conductur ũ. Cibi. n. his ipsis, qđ calorẽ natiuũ imbecillũ obtineãt, concoctu faciles conueniũt: boni itẽ ac multi alimẽti, vt corpus emaciatũ instaurent: sed liquidi & tenues, vt vias ob siccitatẽ contractas facilius subeãt, & penetrẽt: ob febrim quoq; refrigeiẽt nõnihil, & ob vlceris saniẽ detergeãt, & ob solutionẽ continui, glutinẽt: Quas dotes oẽs hẽt lac: facile. n. coquitur, ac oĩum q̃ alimẽti gr̃a sumimus, lac, butyro & caseo multũ nutrit: optimum optimi est succi: sero casei & butyri liquidum est, subfrigidum est, vt libr. 5. cap. 10.

cap.20.& lib.10.cap.7. de simpl.medic. facult.terget sapore dulci butyrosę substantię & acrimonia seri glutinat caseo, & eodem ac butyro est emplasticum. Quapropter nonnulli, Galeno in libro de cibis boni & mali succi, capit.9.teste, pulmonis vlceribus affectos potione, tantùm lactis curari putant, antea scilicet quàm ea ipsa vulcera amplientur callosaque fiant.

Ac primum quidem pręceptum est de lacte caprino: quod vtile esse phthisicis, Auicenna.2. Canon.capit.444.& 3.4.tract.3. capit.6. confirmat. Neque id sanè iniuria: siquidem inter cætera lactis genera moderatè se habet, cùm non admodum pingue crassumque sit, ob id medium quoque esse censentur, quod in corporibus nostris pręstat. *Lac caprinum.*

SECVNDVM de camelino, quòd illo tenuius est serosiq; humoris magis particeps: quo fit: vt minus tum nutriat, tum emaciatis conferat. Hydropicis tamen, & quibus hepar malè affectum est, non parum commoditatis adfert, præsertim si fuerit cameli nuperrimè enixę. Eo namq; hepar, si quid Auicennæ credimus, reficitur atq; instauratur.

TERTIVM, de asinino: Asinæ namq; inter cętera brutorũ genera lac præbent ad propositos affectus accõmodatissimum: quippe cùm tenuissimũ sit, *Lac asininum.*

Cæterùm silentio prętereũdum hoc loco nõ est, ꝙ non semper lac muliebre aut asininũ phthisicis prosit: immò verò lac acidũ sine ebutyratum ab ipsis in certis qbusdã casibus conuenientius adsumitur, Et primo qdẽ, qñ cum phthisi fluxus ventris simul infestat. Deinde cũ inictus est, ne in ventriculo coaguletur, vel ardor adest vehementis febris, aut vẽtriculis suapte natura biliosus existit, in quo lac, nullo negotio in bilem transeat. Quinctiã qñ phthisi febris coniungitur putrida, & multę in inferioribus partibus sunt obstructiones. Lac.n.acidum cohibet & adstringit aluum, neq; facilè in bilem cõuertitur: qppe cui butyrũ, quo promptè accendi poterat, adẽptum sit: eadẽ ratione nec in putrida facilè putrescit. Prætereà cùm immundus ac sordibus est ventriculus: in eiusmodi enim. Lac promptissimè corrumpitur. Postremo verò cùm phthisicus lac integrũ & dulce abominatur, ab acido autẽ siue ebutyrato non omnino abhorret. Sed de his omnibus copiosè admodum Hieronymus Cardanus lib. 2. Contradicentium, Tract. 4. Contradict. 1. & Conciliator differentia. 194.

QVARTVM, de lactè vaccino: ꝙ vt inter cætera lactis genera grasius ac pinguiiis inuenitur; ita alere etiam magis putandum est. Atque hinc sane *Lac vaccinum.*

M 5 Razes

Rhazes lib.3.c.15.ad Almanso.sic ferme de eo scriptum reliquit: Lac vaccinũ quorũlibet aliorũ animalium lacte crassius iudicatur, atq; ob id corporis molẽ & obesitatẽ adipisci volẽtibus accommodatissimũ habetur. His amplius Auicenna.lib.2.Cano.c.444.hoc quoq; addendũ putauit:Nempe lac cuiuslibet animalis cuius fętus eandẽ in vtero moram cũ homine ducat.i.per nouẽ menses,humano lacti esse maximè conforme:illud verò,quod sit animalis,cuius imprægnatio q̃ mulieris diuturnior fit, esse, deterius:quo fit,vt,cũ vacca nouẽ mensib.vitulũ ferat,lac eius humano maximè conforme,atq; ob id optimũ quoq; habeatur.

QVINTVM de lacte ouino: hoc quod ad consistetiã quidẽ & nutrimentũ attinet, ad vaccinum quodãmodo accedit.

SEXTVM de lacte vitando in febribus putridis,& dolore capitis: cuius rei causę adsignatę sunt supra capite.7.

¶ *De butyro. Cap. XXXV.*

LEnit, & humectat, soluit sine febre butyrum.

Butyri proprietates tres.

Tres butyri proprietates hic referũtur.

PRIMO cum doloris sedatione lenit, & maturat:Siquidem temperatè calidum est,& natura pingue atque oleosum,facultatisq; concoquentis, paulum habens etiã digerendi potentiæ, in me-

dijs nimirũ corporib. secundũ duritiem & mollitiẽ. Bubonas igit̃ & parotidas iuuat, gingiuas extenuat, & presertim in infantib. dentientib. itẽ humores in pectore ac pulmone fixos linctũ cõcoq̃t.

SECVNDO humectat: ex meliore nanq; lactis essentia cõstat: quemadmodũ ergo lacti, vñ seiunctũ est, humectãdi vis inest, ita & butyro id esse oportet.

TERTIO vero soluit: Iragius. n. sumptum, cùm ob suæ substantiæ lubricitatẽ, tũ ob cõem oĩum ciborũ humidorum rationem, qui scilicet citra adstrictionem sunt humidi, facile per ventrem subit. Sed frebicitantibus & calidioribus naturis non ęque vt alijs conuenit. ipsis enim in flauam bilem conuertitur.

Illud porrò nosse hoc loco vtile est, quòd butyrum ob superabundantem & humiditatẽ & pinguedinẽ in alimentis, vsu præsertim immoderatiore expetendũ non sit. Ventriculum. n. resupinat, ac subuertit, & ad vomitũ incitat. Neq; vltimo post alios cibos loco ingerere conuenit, quippe cũ humidũ sit ac lubricũ, facileq; subduci queat, in superficie natans corrumpitur, & ob hoc ipsum ante alios cibos sumendũ est. Ita. n. citius subducit̃, & alijs cibis viam munit. Quocunq; oleo magis tũ nutrit, tũ cibos condit: quo fit, vt obsonijs additũ olei atq; adipis vicẽ meritò penset. Vnice tamen

hoc semper cauendum, ne vsus eius sit immoderatus, neve in ventriculo accendatur. Pinguia.n. inflammata, queadmodū in maiori praxi, Tract.6.c.15.rub.4. Ioānes Michael Sauonarola scriptū reliquit, in melancholiam adustam transeunt, ex qua lepra deinceps generatur. Quo fit, inquit ille, vt ob nimiū Butyri vsum multi leprosi in Germania reperiantur. Recens butyrum, vt Auenzoar testatur, contra bestias, quæ virus eiaculātur, venenaq; ;& foris illitū, & per os assumptum efficax est: ab aspide.n.percussis vtilissimè imponitur: & in pestilenti aëris constitutione quotidie cum puri panis tribus, aut quatuor bolis manè à ieiunis deuoratū mirificè ad sanos ab infectione p̄seruandos cōfert. Plura de butyro Diosc. lib.2.c.66. Gale. lib.10.c.10.de simpt.med.fac. Paul. Aegineta lib.7.& Simeon Sethi in Syntag.

ANNOTATIVNCVLA.

Tametsi βούτυρον primā necessariò habeat lōgam, eadem tñ correpta, & media producta, Ioannes Baptista Fiera quoque hoc versu extulit:

Lac dabit aërÿ tibi condimenta butyri.

¶ *De Sero.* *Cap.XXXVI.*

INcid tq; lauat, penetrat, mundat quoq; serum.

Hic

Hic agitur de facultatibus Seri, q̃ð lactis aquosa est substantia. Hoc (vt lib. 2. distinct. 1. c. 9. de med. simpl. purgan. Mesues inquit) excalfacit atq; siccat ordine primo cõpleto, & vsq; ad secundũ. Quinetiam attenuat, abluit, abstergit, & nitrosa, qua refertũ est facultate, aluũ absq; aliqua mordacitate leniter subducit. Bilem tum flauam, tum atrã ab exustis humoribus genitam deiicit; quo fit, vt mirifice conferat maniacis, & melancholicis. Prestat item ad viscerum infractus, & morbis inde prouenientib. opitulatur: nimirum aqua intercute laborantibus, felle suffusis, & lienosis. Datur vtiliter febrientibus ex bile: & viscerũ, ac vasorum obstructionib. Cõpetit etiamnum vitiis in cute a bile, & perustis humoribus emergentibus. Quare lichenibus, vitiliginibus, alphis, psoris, leprisq; admodum conuenit. Hęc ille. Comitialibus quoq;, atq; iis, qui ob potentis vini largiorem potum male habent, auxilium pręstat. Plura Dioscorides lib. 2. cap 64. Gale. lib. 10. de simp. med. facul. cap. 8. Razes lib. 3. ad Alm. c. 15. & Auicenna. 2. Cano. cap. 444.

¶*De caseo.* *Cap. XXXVII.*

Caseus est gelidus, stipãs, crassus, quoq; durus.

Caseus

Caseus & panis sunt optima fercula sanis.
Si non sunt sani, tunc hinc ne iungito pani.

Duo hoc loco peraguntur.

PRIMO, quatuor referuntur facultates Casei. Quarum prima est, ipsum esse gelidũ, id est teperatura frigidum, quod intelligi debet de recente ac molli, qui frigidus & humidus & non de vetere, qui calidus & siccus est. Atq; huius sane rei grauissimũ habemus teste Paulum Aeginetam, qui lib. 7. sic ait: Caseus recens & mollis repellẽdi vim obtinet, leuiter refrigerans. Quinetiã de eo intelligi põt, qui conficitur ex sola lactis coagulatione, absq; vlla alterius rei cõ mistione. Reperitur. n. qui ob aromatum quorundã, ac odoratarum herbarũ admistioně acrior & calidior euaserit, & ob id linguam vellicet, atq; ventriculũ excalfaciat. Talis aũt colore potissimũ viridis existit, qui si maiore paulò mole ingeratur, corpus vehemẽter exurit. Secũda est, caseũ stipare hoc est, adstringere ac cohibere aluum, quod maximè solet pręstare vetus, qui multum coaguli admistũ est. Tertia est, ipsum esse crassum, quod est, crassos generare humores, idq; nullo excepto. Oĩs. n. caseus fit ex crassiore & terrestri magis cuiuslibet

iuſlibet lactis ſubſtantia, admiſto coagulo,& expreſſo inde ſero. Quarta eſt. Caſeum eſſe durum, id eſt, egrè & côcoqui, & aluo diſcedere: nimirum propter ſuccum craſſiorem.

SECVNDO, deinde loco hoc ēt adſeritur: nēpe caſeum parua mole cū pane ſumptum, optimū ſanis hoibus eſſe cibum, quippe qui panis admiſtione côcoctu reddatur facilior, cum alioqui per ſe ſumptus admodum ob concoctionis tarditatem offendat. Aegrotātib. verò, propterea ꝙ neq; ad concoctionē, vt dictum eſt, neq; ad mouendam vrinā, neq; ad ciēdam aluum, neq; ad ſucci deniq; probitatem, quicq̄ boni conferat, oīno fugiēdus eſt. Plura de hoc ſup. c. 7. & 9.

¶ *Caſeus de ſe ipſo.*

IGnari Medici me dicunt eſſe
nociuum,
Et tamen ignorant cur nocumen
ta feram,
Expertis reor eſſe ratum, quia
commoditate:
Languenti ſtomacho caſeus ad-
dit opem.
Caſeus ante cibum confert, ſi de-
fluat aluus,

Si

Si cõstipetur, terminet ille dapes.
Qui physicen non ignorant, hæc
testificantur.

In prioribus duobus versibus προσωποποιΐα est. Fingitur enim caseus seipsum aduersus malignos vicinos ac vituperatores defendere. Ignari, inquiẽs, Medici, hoc est, indocti ac medicinæ rudes, dicunt me: videlicet caseum in vniuersum nociuum esse: quum ipsi tñ ignorent causam, cur humanæ naturæ nocere discat. Allusum aũt vr̃ ad illud qđ ab Hippocrate in libro de veteri medicina scriptum est in hunc modũ: Atqui, inquit, mihi necessarium esse vr̃, vt oĩs medicus de natura sciat, & oĩ studio annitatur, vt cognoscat, si modo aliquid eorũ quę fieri debent rectè præstare velit. Quidẽ homo ea q̃ comeduntur ac bibuntur comparatus, & quid cuiq; ab vno quoq; contingET ac accidet? & non simpliciter sic existimare, q̃ malum edulium est caseus? Dolorem.n. affert repleto ex ipso. Sed quem dolorẽ, & propter quid, & cui parti intra hominẽ existenti incommodũ existit? Nam & alia multa edulia ac pocula natura mala sunt, & afficiunt hominem non eodem modo. Proferatur autem mihi verbi causa aliquid, velut vinum meracum multum potum, hominem aliquo modo debilem reddit &

omnes qui viderint hoc fatentur & cognoscunt, quòd hęc est vis vini, & quòd ipsum est causa, & in quas in homine partes maximè possit nouimus. Talé itaq; veritatem ét de alijs ostédere nolo. Etenim Caseus, quandoquidem hunc in exemplum sumpsi, non oés homines lædit, sed sunt qui ex ipso repleti, ne tantillum quidem offenduntur, imò gracilibus mirabiliter etiam conferre proditur. Sunt aũt qui difficulter summouentes ipsum ab eo liberantur. Horum verò naturę differũt, differuntq; etiam iuxta hoc, quòd est in corpore caseo contrarium. Nam à caseo excitatur & commouetur, in his quibus eiusmodi humor multus in corpore existit, & quò magis hic potens est, eò magis verisimile est ipsos male affligi. Si vero toti humanę naturæ malus esset, omnes vtique læderet. Hęc aũt si quis nouisset, non incurreret ea, neq; sanè pateretur. Hactenus Hippocrates.

Secvndo deinde loco duæ recensentur vtilitates ab ingesto caseo. Quarũ prima quidē est, ipsum debilitatē abscindere stomachi: vbi sciendũ tñ, quod non quilibet statim caseus cuius subueniat stomacho (casei siquidem in certis quibusdam casibus oẽs ex æquo nocent, stomacho nimirum raræ texturę, ac illi quoq; q ex lõga ægritudine adhuc debilis se colligit) sed recẽs, mollis, ac pauci-

lentoris

lentoris particeps, quemadmodũ lib. 3. ad Alman. c. 15. Rhazes testatur, calido atq; sicco stomacho apprime confert: exustioné.n. caliditaté, & siccitaté eius frigiditatis ac humiditatis ratione reprimit, & mendat. Contrà verò eidem, vetus admodũ, & acris, cuiq; multũ coaguli iniectum est, manifestè officit. Stomacho aũt, cuius pelliculis multa infarta sunt phlegmata, plurimum cõfert caseus, qui inueterauit, & ob id q̃ prius acrior atq; ardentior euasit phlegmata enim acrimonia sua incidit, abstergit, & infra subducit. Rursus verò recẽs ac mollis huic maximè nocet.

SECVNDA est, caseũ priori loco exhibendũ iis, quibus venter maiorẽ in modũ soluitur: posteriori verò quibus idẽ ob imbecillitatẽ non rñdet. In vniuersum nanq; adstringentia si prius ante aliũ cibum aut edantur, aut bibãtur, alium cõprimunt. Quib. aũt ob imbecillitaté venter nõ rñdet, ij molliendi virtutem p̃dita, nẽpe olera, aut pisces, haud id genus aliud p̃sument: deinde adstringẽtia (quorũ in numero caseus ẽt reponitur) quę dum ipsum firmant ac roborant, & deorsum in ventriculi fundum, vbi concoctionis officina est, propellũt. adq; excre-ionem tandẽ incitant, Id q̃d ex verę medicinę peritis neminem latere arbitror. Vide Galenum lib. 2. de ali-

men.

men.facul.cap.22.vbi rationem tradit, cur rhetori cuidam adstringentib. post alios cibos laxantes sumptis venter fuerit solutus. Huiusce rei meminit ēt Paulus lib.1.cap.81. De acido caseo ita scribit Aetius lib. 2.cap.101. Recēs caseus, qui ex acido lacte fit, & ob id ὀξυγαλάκτινος appellatur, oīum optimus censendus est. Nam & in cibo iucundissimus est, & stomacho innoxius præ oīb. alijs caseis existit, minus ægrè concoquitur, & minus ęgrè transit, neque verò valde crassi succi est, quo crimine in cōmune oēs casei sunt infames. His addit Thazes, acidum caseum exigua mole vltimo post alios cibos loco ingestum roborare os ventriculi, atque auferre etiam ἀνορεξίαν ac nauseam, quæ ex dulcib. & pinguibus cibis proueniant.

¶*De modo edēdi & bibendi. C.XXXVIII.*

INter prandendum sit sæpè parumq; bibendum.
Vt minus ægrotes, non inter fercula potes.

Pręcipitur imprimis hoc loco, vt inter prādendum cœnandumve in vicem modo edatur, modo bibatur: id est, inter edendū sæpius quidem, sed parū bibatur: neq; potus, quéadmodum supra

quoq;

quoque capite. 32. dictũ est, eo vsq; differatur, dum venter cibo expletus videatur. Deinde verò vt eo tpe, quod inter prandium ac cœnam intercedit, potus, quoad eius fieri pōt, euitetᷣ: & maximè si ingestus cibus in ventriculo nondum concoctus fuerit, nisi magna cogēte necessitate. Interrumpitur enim & impeditur primo sumpti cibi concoctio, ita vt eum incoctum è ventriculo descendere contingat, appetentia cibi in cœna sumendi deiicitur, corpus grauatur, & ad dispositionem, in qua homo neq; sanus, neq; æger dici queat, siue qualis ea est, q̄ febrim precedere solet, adducitur.

Vt vites pœnam de potibus incipe cœnam.

Cœnam à potu inchoandam esse hic adseritur. Sunt qui hũc modũ exponãt: Si vis vitare pœnam .i. infirmitatem, in principio cœnæ bibas prius q̃ comedas. Sed inepta prorsus ac inualida est hec expositio. Secũdum Medicos .n. cœnam à cibo q̃ à potu auspicari conducibilius est. Neque Angli ipsi, quibus præsens liber dicatus est, ciusmodi morem consuetudinemve seruant. Quacunquè .n. diei hora bibere voluerint, bolum ferè siue frustulũ panis præsumunt. Quare quod dicitur, sic intelligendum pot:us videtur; Incipe cœnã à potu .i. à cibo liqui-

do & concoctu facili: Et hoc est, q; ait Hippocrates in aphorismis lib. 2. apho. 11. Facilius est impleri potu quam cibo. Atq; eius idē rei hęc assignari pōt ratio: Quia si cibus liquidus & concoctu facilis postremo sumeret loco, concoctionē eius multo citius, q̄ crassi ad duri, qui prius ingestus fuerit, perfici cōtingeret. Somnus.n. qui cœnam subsequit mirum in modū cōcoctionem adiuuat. Hancq; ob causam liquidus cibus, quū ob crassum illū nondū ex toto concoctū, ad exitū peruenire nequeat, nimis adureretur aut certè, si exierit, crassum illū, sed incoctū adhuc secū traheret, periculumq; ita ei, qui comederit, non vulgare compareret. De recto ciborū ordine nonnihil etiam supra c. 5. diximus. Porro de quęstione hac, Vtrū à potu cena inchoanda sit, lege Conciliatorē different. 118.

Post pisces nux sit, post carnes caseus adsit.

Vnica nux prodest, nocet altera: tertia mors est.

Singula post oua, pocula sumen oua,

Tria hoc loco peraguntur: primus nanq; versus duo præcepta cōplectitur. Quorum primum, quidem est, vt post esum piscium nuces in casei locum subituan- *Nuces post pisces.*

ſubſtituantur. Quod tribus fermé modis probari ſolet. Ac primo quidē propterea, quod nuces collectionem phlegmatis, qđ ex frequenti piſcium eſu generat, caliditate ac ſiccitate ſua diſcutiant & diſpergāt: Atq; hinc ſanè eſt, quod in vere, qn̄ nimirum quadragenario ieiunio corpora macerantur, ſummo ſtatim poſt alios cibos loco nuces exhibeanī. Deinde ea ēt re, q̃ piſces frigidioris ferè humidioriſq; ſin. tēperaturæ, adeoq; difficilius ob idipſum cōcoquantur, tardius ſubducantur & prōptiſsimè in ventriculo corrūpātur ac putreſcāt. Nuces verò, cū euidēter excalfaciant atq; deſiccent, eorū concectionem adiuuent, prauitatem corrigant, & ad mediocre tēperamentum perducant. Tertiò verò ob eam quoq; cauſam, quod piſces interdum veneni nōnihil in ſe contineāt: nuces aūt, & copioſe admodum oſtendimus ſupra c. 13. veniens aduerſentur.

SECVNDVM, vt poſt carnium eſum nō nuces, ſed caſeus exhibeatur. Caſeus enim præſtat, vt cibus ad fundum ventricuii, vbi concoctionis opus potiſſimū viget, promptius deſcēdat. Quod de eo ſane caſeo maximè intelligendum eſt: qui medium locum inter recentem ac veterem ſortitus ſit.

IN ſecundo deinde verſu de triplici agitur nuce: quarum vna quidem prodeſſe,

desse,altera nocere, tertia verò mortẽ inferre dicitur. Primam autem eã nonnulli intelligũt,quę ob odoris prĕstantiam Moschata vulgo appellatur. hæc siccat & excalfacit, ordine secundo cõpleto. Adstringit, oris suauitatem commendat,& fœtentis animæ viros cõmansã abolet. Lẽtigines in facie emendat,visum acuit, ventriculum & iecur roborat,alienem absumit,vrinam ciet, fluentem aluum sistit,flatus discutit, & frigidis vteri affectib. mirificè prodest. Per alteram accipiunt vel nucem auellanã, quę λεπτοκάρυον, καὶ κάρυον ποντικὸν Græcis appellatur, vel eã, quæ in cõmuni est vsu,& κάρυον βασιλικὸν Græcè Latinè verò iuglans dicitur. Quarum illã quidem nocere ob id tradiderunt, quòd ægrè concoquatur, cibis in ventriculo supernatet, vomitus excitet, flatus generet,& largius esitata caput tentet. Hanc verò, quod pari modo cõcoctu difficis, stomachò inutilis, biliosa, & tussientib. inimica sit capitiq; dolorẽ inferat. Ob hancq; ipsam sanè causam, nuces etiam dici a nocendo Grãmatici autumant. Græcorũ quidã καρύα, quod καρυβαρίαν id est, capitis grauedinem faciant, nominari tradunt. Per tertiam vero iocose nonnulli nucem interpretantur balistę, quod nimirũ repentinam inferat mortem, Verum alij ucem intelligũt. Methellam.

thellam: quippe quę venenum fit ναρκωτικὸν.i. tẽpore inducẽs. Quarto.n. refrigerat excessu, ita, vt drachmarum duarũ põdere esitatã statim. interimat, minore verò mẽsura temulentiã faciat. Quos quidẽ affectus præstat etiã in canibus, quibus necandis aptißima habetur. Lege Rhazen lib.3.cap.30.ad Al. Serapionẽ de sim.med.c.365.& Auicen. 2.Can.c.512. Porrò vt grati etiã discipuli vicibus fungar, Georgij Sturtiadæ medici eruditione & experientia clarißimi, meiq; olim in re medica præceptoris obseruãdißimi, de tribus hisce nucibus opinionẽ huic quoq; loco inseram. Is igitur per nucẽ hic aliud nihil quam Iuglandẽ intelligendum adferebat: per vnicã q. dẽ, paucas numero quę citra denariũ consisterent, per alterã quę paulò largiore copia ingerentur: per tertiam vero, quę immoderatißimè sumerẽtur.

Secvndvm hanc igitur interpretationẽ vnica nux prodesse dicenda est, vel q; nuces letalibus aduersentur venenis: vel q; viridiũ ac recentiũ nuclei depellati, & ante alios cibos sumpti ventrem leniter subducant: torrefacti verò aliquãtulũ atq; à reliquo cibo cõmanducati ciborum in corporis distributionẽ adiuuent. Altera nocere: quod nimirum cõcoctu sint dificiles, ac caput immoderatiore vsu tentęnt. Tertiã vero

mortē inferre, quod præter iā dicta in cōmoda δυσεντερίαν etiam ad istum in geste modum generent; quę nisi pręcipiti & compendiario auxilio cohibeatur, mortem breui inferat.

Tertio demum versiculo præcipit, vt post oui cuiusq; recētis atq; mollis esum haustulus, & pręcipuè vini, sumatur. Eiusq; rei duplex fere adsignatur ratio. Ac prior quidem, quod ouum recens ac molle succi sit optimi & cōcoctu facilis, paruaq; mole vt sup.c.6. ostēdimus, plurimo corpus reficiat alimento, idq; vitello suo potissimum: vinum aūt, cum natura eo delectetur maximè, præstat vt à mēbris auidius attrahatur, celeriusq; ita permeet. Posterior vero, quod ouum tardius descendat per gulā (quæ Gręcis proprio nomine οἰσοφάγος, ab οἴω fero, φάγημα, cibus, quod cibum & potum in ventriculum transuehat, Arabibus Meri nuncupatur) vinū aūt descensum eius adiuuet.

De pyris. XXXIX.

Ad piro potum, nux est medicina veneno.
Fert pyra nostra pyrus, sine vino sunt pyra virus.
Si pyra sunt virus, sit maledicta pyrus.

Dum coquis, antidotum pyra
sunt: sed cruda venenum.
Cruda grauant stomachum, releuant sed cocta grauatum,
Post pyra da potum, post pomum
vade cacatum.

Pyra. Hic docetur in primis, vt super pyrorũ esu vinum bibatur, idq́; tum vetus, tũ odoratum. Atq; eius quidẽ ratio reddita est supra c.7. Pyra.n. sanguinem sero so replẽt succo, inflationesq́; ac colicos cruciatus suscitant. Vinũ ergo, cùm calfaciat, tenuet, flatus discutiat, & serosam redundantiam consumat, super ipsis con uenientissimè bibitur. Deinde nucẽ veneno medicinam esse traditur: de quo copiose suprà c.13. Secũdo ac tertio versu dr̃, pyra absq; vino cõmansa esse virus, hoc est, nocere humanæ naturæ: cu ius ratio iã reddita est, ne quis interim simpliciter, vt de illis, q̃ excessu qualitatũ elementorũ, quarũ mistione constãt, aut propria qualitate, siue forma (vt vocãt) occulta venena esse noscũtur, ita de pyris quoq; suspiceẽ: Sic.n. cõmansa per niciẽ subinde vel noxã aliquã inferrẽt, ac proinde arbor ea ferẽs meritò detestabilis esset, adeoq́; ob idipsum excindẽda atq; in ignẽ conijcienda. Quarto versu innuit, pyra recentia & cruda esse vene-

venenũ,i.nocere humanæ naturę: Nam extra hoc q̃ sanguinẽ seroso atq; ebuliẽte replẽt succo, inflationes & colicos cruciatus excitãt, phlegmata ẽt ac scabiẽ generãt. Cocta verò cõtra ἀντίδοτων, i. remedium prestant, perinde atq; illa paulò ante prestare diximus, quæ cum vino manderẽtur. Atq; hęc sanè vltimò post alios cibos loco sumenda potissimũ sunt ita nanq; excrementorũ subductionem adiuuant. Quinto versu docetur, crudorũ pyrorum esum grauẽ esse stomacho. Ipsum.n.non à concoctionis tm̃ opere distrahit, sed flatibus ẽt distẽdit. Cocta vero econtrario grauatum stomachum leuant, & reficiunt, inq́; suum pristinum vigorem restituunt. Vltimo tandem versu hoc imprimis præcipitur, vt vinũ sup pyrorum esu bibatur: cuius quidem rõ iam reddita est. Deinde, vt à pomorum esu aluus subducatur: quã rem Auic. 2. Can. c. 569. sic ferme scribens cõfirmat. Poma dulcia & acida, vbi in stomacho crassum inuenerint succum, quandoq; incidũt ipsum, & per egestionem expurgant. Quæ sententia apud Oribasium quoq; reperitur. lib. 4. Synopseos ad Eustachiũ filium c. 29. Acida, inquit, cũ in ventriculo succũ crassum inueniũt, eundem incidendo alnum subducunt, & ob eam causam fęces liquefaciunt. Quæ dulci succo sunt prædita, ea sine acrimo-

nia facilius descendunt. Quinetiã hæc adsignari potest ratio, nẽpe quod poma flatum in vẽtriculo excitent, flatus vero per alluum facilè ducat.

¶ *De cerasis.* *Cap.* XL.

SI cerasum comedas, tibi confert grandia dona.
Expurgat stomachum, nucleus lapidam tibi tollit.
Hinc melior toto corpore sanguis inest.

Cerasorũ cõmoda. Tria ex cerasorum esu cõmoda hoc loco recensentur. Ac *Primum*] quidem, quod stomachum expurgent: idq; de illis potissimũ intelligendum, quę vna cũ nucleis manduntur. Ad eum namq; modum (vt nonnullis placet) ingesta abstergent & emundãt. *Secundum*] quod nuclei eorum: cùm inde expressus succus siue lac sumitur, peculiari quadam proprietate lapidem non in renibus tm̃, sed in vesica quoq; frangant & expellant.

Tertium] verò, quod quę ipsorum velut caro est, optimum generet sanguinẽ, corroboret, & impinguet. Et hoc certè experientia testatur, & demonstrat ratio. Siquidem in passeribus, qui cerasis plurimum delectantur, eo ipso tp̃e quo hęc matura sunt iecuscula non paulò maiora quàm aliàs reperiuntur. Vnde hepar

hepar frequẽtiore cerasorũvsu augeri ac roborari certò colligit. Sed hic notãdũ, ꝙ duplicia sunt cerasa, crassa nimirũ & parua: ac crassa rursus duplicia, nẽpe dulcia & pontica, siue acerba. Dulcia oĩa & parua ĩsalubriora sũt, facilè corrũpunt, & lũbricos in corpor generãt. Crassa põtica quoq; duplicia ĩueniunt. Quędã.n. pediculo cõstant lõgiore, bacca ẽtnum ceteris crassiore, gustu acerbo, & admodũ acido, colore ꝑpetuò rufescente, nec vnq̃ in atrum vrgente. Italis *Verle* dñr. Hæc tenera adeò & fragilia sunt, vt nisi sub arbore sua comedantur, facilè gestatu collidantur & marcescãt: Quare nõ nisi recentia, atq; in principio tm̃ mẽsæ sumenda sunt. Abstergendi stomachi & ciendæ appetentię vi prædita sunt. Alia deniq; crassa, nigra, & maximè oĩum põtica sunt: quæ in cõpluribus Italię locis *Marasche* vulgo nuncupantur, à sapore sic dicta, ꝙ non iniucũdi amatoris tantillum resipiãt. Ea summo post alios cibos loco edẽda sunt, ita vt os ventriculi ponticitate sua claudãt: quo clauso cõcoctio & melius & citius peragitur. Galenus habita cerasorũ oĩs generis rõne libr. 7. simp. medi. cap. 19. ea hisce paucis ꝑstrinxit: Cerasus arbor fructus fert nõ paris adstrictionis in oĩb. particulatim plẽtis participẽ. Nam & in harũ, sicuti ẽt malorũ granatorum, & malorum, quibusdam

austera qualitas, in quibusdã verò dulcis, i nõnullis aũt acida exuperat. Quin etiam ipsorum dulcia ea, quæ nondũ cocta sunt, ac matura, quædam admodum sunt acerba, quędam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbam exuperat, in cerasijs nõ semper. Ergo quę dulciora sunt, magis quæ in intestitis sunt, subducunt, sed minus grata stomacho sunt. Contra austera. Quęcunq; verò acida sunt, ea pituitosis excremẽtosisq; stomachis sunt apta. Si quidẽ austeris magis desiccant, & nõnihil ẽt incidũt. Porro ipsius arboris gummi cõmunem oĩbus viscosis & mordacitatis expertib. medicaminibus facultatẽ obtinet, quæ & ad arterias exasperatas accõmoda est. Propriè aũt, si quidẽ, quod quidam subscribunt, verũ est, calculis vexatos adiuuat. Nam sic illi tenuiũ partium inesset facultas quædam. Hęc ille. Plura Dioscorides lib.1. c.129. Plinius libr.15.c.05. & Simeon Sethi in Syntagmate.

De prunis. Cap. XLI.

FRigida sunt, laxant, multum prosunt tibi pruna.

Duæ prunorum facultates hic referuntur. Ac prior quidẽ, quod corpus mediocriter refrigerent. Dulcia.n. (quemadmo-

Pruna

admodũ lib. 2. de medic. simp. purgã. c. 19. à Mesue scribitur) calido frigido tẽperata, aut paulo frigidiora: humida ordine 2. μέσα. i. dulcacida, frigida principio secũdi. Oĩa tñ refrigerant. Quare Lusitani, qui calidã incolũt regionẽ, carniũ suarum coctur æ pruna plerunq; immiscent, & potissimum Damascena. Posterior verò, ꝙ aluum moueant: Et hoc Galenus quidẽ lib. 2. de alim. facu. c. 31. ita scribens cõfirmat. Corpori, inquit, ex hoc fructu minimũ alimẽti accedit: vtilis tñ est ijs, quibus propositũ est, ventrem mediocriter humectare ac refrigerare. Ipsum. n. cũ humiditatis, tum lẽtoris sui gratia subducit. Quod certe de maturis intelligendum: cruda. n. queãd modum Auicenna testatur, nõ parũ adstrictionis prẹseferunt. Et quanquã posterior hẹc prunorum facultas, nõ secus atq; prior etiam, Damascenis ferè attribuatur, Armenis tñ potius adscribenda erat, vt quæ, Auicẽna & Mesuẽ testib. prẹter cẹtera magis alterent, largiusq; soluant. Vsui vero maximè sunt matura: immatura minus. Optima aũt inter ipsa, & humanæ naturẹ conuenientissima sunt oblonga, carne cũ dura tũ exigua, siccitate nonnulla participantia, cortice exteriore tenui, sapore nõ prorsus dulcia, sed μέσα, idest, dulcacida, qualia Damascẹna cum primis haben-

tur. Hęc.n.mediocriter humectãt ac re frigerant. Multa porrò & varia prunorum genera reperiuntur, non oĩum tñ vſus approbatur:Et ex ipſis agreſtia quędam parua,dura, acerbaq; & cibo iniucunda, Galeno ἀγριοκοκκίμηλα, vulgo pruneola ſiue prunula nominantur. Germanicè, *Sleen*. Horũ fructus, inquit Galenus lib.7.de ſump. medic.facult. cap. 35.euidenter adſtrictorius eſt, ventréq; ſiſtit. Quo fit, vt aquam nõnulli ventri ſiſtendo accõmodatiſsimum inde eliciant. Cęterum pruna, quæ ventris ſubducendi gratia ſumuntur, in aqua frigida prius q̃, ingerantur, aliquandiu pręmaceranda ſunt. Ita nanq; præparata mag's tum humectãt, tum refrigerant, adeoq; ad appetentiã, quę collapſa fuerit, excitandam, & ad flauam pręterea bilem, quę in ventre habetur, detergendã ac ſubducendã accommodatiora fiũt: Quare bilioſis etiam non ſolum febrib. ſed alijs quoq; morbis ſalubria redduntur. Pruna recentia atq; humida ſiccis valẽtius quidẽ alterãt, ſed ex crementitium magis & peioris ſucci corpori præbent alimentum, Sicca verò non ſolùm ad nutritionem accõmodatoria ſunt, verùm magis ẽt corroborãt. Quod de prunis hoc loco diximus, idem de ceraſis quoq; aliquo intelligi põt:ſed horũ humiditas q̃ illorũ ſubtilior ac minus lẽta

eſt

est:quo fit,vt minus etiam alant. De prunis Dioscorides lib.1.c.137. Galenus & Mesues locis paulò ante citatis, & Auicēna lib.2.Cano.cap.541.

De persicis, racemis,& passulis.C.XLII.

PErsica cum musto vobis datur ordine iusto
Sumere, sic est mos nucibus sociando racemos.
Passula non spleni, tussi valet, est bona reni.

Duo præcepta cum primis hoc loco traduntur.

Ac primū quidē,vt mustum cū persicis bibatur,aut sane persica simul cū musto exhibeantur. Mustū namq; calfacit admodū,ebullitionemq; in corpore efficit sed persica ebullitionē hanc atque calfactionem frigiditate sua cohibent & moderātur. Contrà verò persicis, cū vehe nentius refrigerent, meritò adhibetur mustum,quippe quod frigiditatē eorum,ne ventriculo noxā inferant,calore suo facilè mitiget ac temperet. De persicis suprà cap.7.

SECVNDVM verò, vt vuarum racemi cum nucibus edantur:quod de ariis potissimum & antiquis nucibus in-

telligendũ eſt: virides etenim ac humidę p ſe ſalubres cẽſent. Antiquæ verò & aridæ excellẽter ſiccãt adeoq; ob oleoſam ſuã qualitatẽ prõptè in corporib. accendunt. Iure igit vuarũ recemi cũ ipſis mandendi veniunt, vt q exiccationi atq; inflammationi humidite ſua reſiſtãt. De nucibus copioſe ſuprà cap. 13.

TERTIO deinde verſu tradit paſſulas ſiue vuas paſſas lieni officere. Ipſum enim cõi ratione dulciũ oĩum obſtruũt atq; lædunt. Hinc Galenus in libro de attenuante diæta cap. 9. in eum modum ſcriptum reliquit: Vuæ paſſæ ſi non ſint adſtringentes, lieni quidem & hepati tumentibus non conducunt: thoraci tñ ac pulmonis affectibus coducunt. Renibus etiam conferunt, eos. n. lauant & abſtergent, vrinamq; cient. Renes nanq; multa ad ipſos deriuata humiditate mũdantur. Sed dę his quoq; ſuprà cap. 9.

¶ *De ficubus.* *Cap.* XLIII.

SCropha, tumor, glandes, ficus cataplaſmate cedunt.
Iunge papauer ei, confracta foris trahit oſſa.

Ficuũ fa cultates. Hic duæ ficuum cataplaſmatis modo impoſitarum facultates referuntur: Ac prior quidem, quòd cum aqua ſiue alio quopiam conuenienti liquore decoctæ, humidæq;

humideq; impositæ, scrophulas, glandes atque tumores discutiant. Per scrophulas verò, quemadmodum doctissimè à Iano Cornario in c. 8. lib. 1. Macri scribit, Latinis non recepto adeò vocabulo, strumæ intelliguntur. Vr aũt ex Græca voce factum esse. Sicut.n. Greci χιοράδας appellant, quas nos strumas dicimus, sic visum fuit huic, qui primis scrophas appellauit eos glandularũ circa collum ac guttur tumores, Gręca vocis etymo exprimere: χοιράδες eñ ἀπὸ τῶν χοίρων appellatæ sunt, hoc est, à porcis ac suibus: Vel quod, Auicen. 3. 4. tract. 2. c. 9. teste, ob edacitatẽ haud raro circa hoc animal reperiantur, vel quod earũ figura porcis plurimũ adsimilet. Per Glandes accipiendus hoc loco abscessus, vt Guidoni Cauliaco placet vtcunq; mollis, vnicus, mobilis, & separatus à partibus circuniacentibus, in emunctorijs plerumq; nascẽs. Vulgo *Hagedrusen*, à glandis forma. quã præseferre vř, nomenclaturam accepit. Lege Io. Tagaultiũ lib. 1. instituit chirur. c. 13 Porrò per tumores quælibet inflationes in quauis corporis parte exortæ intelligi possunt. His enim omnibus curandis ac maturandis ficus in aqua cum momento aceti, vt penetrationẽ earum adiuuet, decoquendę sunt, donec mollescãt: mox liquore ꝑ colum trãsfuso, ficus ipsę in mortario contun-

dedę, ac cum eodem rursus cataplasma informandum. Cataplasma aūt propriè medicamentū vocat, q̃ è plātis viridib. contusis, vel iisdem ad mollitudinē vsq; in decoctis componitur, id q̃ innuitur etiam vulgato versiculo:

Tunc cataplasma facis, cùm succum ponis & herbam.

Posterior verò facultas: quod cū papauere impositæ ficus fracta extrahant ossa. Quæ sanè loco erraticum illud papauer intelligendum est, quod in aruis passim nascitur, flore rufo, & capite pollicaris vnguis magnitudine. Pueri in Scholis, ἐγκαυςὸν .i. atramentū librariū ex contritis florū folijs conficere solent. Germanicè, *Klapper* or *Koren roosen*. Dioscorides lib. 1. c. 145. de folijs eius priuatim testimoniū p̄bet, q̃ cū ficubus cataplasmatis modò imposita ad extrahendū ossa fracta cōducāt. Sed adscribā ipsius verba Ὑνάγουσι δὲ οἱ ὄλυνθοι καὶ ἰσαῦν μήκωνος ἀγρίας φύλλοις. i. grossicū syluestris papaueris folijs ossa extrahūt.

Vermiculos venéremque facit,
sed cuilibet obstat.

Duo hic traduntur effectus ficuum.

PRIMO, nanq; ex largiore ipsarum vsu pediculorum multitudo prouenit. Quod de ijs poriſſimū intelligendū est, quæ, vt refert Gale. lib. 2. de alim. facul. cap. 8.

cap. 8. & post hunc Auicenn. 2. can. cap. 283. maturę prorsus ac siccę sunt, quandoquidē sanguinem non admodum bonum, sudoremque multum gignunt, deinde verò ad ventrem irritant. Excrementitię. n. sunt, & inflationes pariunt, quibus virga erigitur, & venereæ roborantur vires. Plura suprà cap. 9.

De mespilis. Cap. XLIIII.

MVltiplicant mictum, ventrem dant mespilla strictum.
Mespila dura placent, sed mollia sunt meliora.

Duæ mespilorum vtilitates hoc loco recensentur; Vna quidem, quod mictum siue vrinam multiplicent atque augeat. Quod certè non primò & per se ac propria sui ratione efficiunt, sed ex accidenti. Fæces. n. cōprimendo indurant, quo fit, vt ventris humor ad vesicā distribuatur. Quinetiā ratio adsignari pōt similis illi, q̄ est apud Hippocratē aph. libr. 4. apho. 83. Mictio noctu plurima facta paruam significat deiectionem. Q̃m, inquit philothæus, multa & magis confecta distributio facta est in iocinore, & aliò diriuata est materia, ideo multæ vrinę fluxerūt, parū aūt stercoris: & ècōuerso, si multa stercoris deiectio fiat, pauca erit vrinarū excretiò, eadem de. causa,

Mespilorum vtilitates duæ.

Mictio nocturna

causa, nam parua distributio facta est, & ideo et parum vrinæ, multa aut per stercus deiectio, quum in ventriculo maneat humidum. Altera verò, quod ventrem detineant: idque præstant, maximè qualitatis ratione, quæ inest ipsis acerba admodum & styptica. Ex quo infert hoc loco, mespila dura placere, quippe quæ ob adstrictionem aluo fluenti in cibo accommodatissimè exhibeant: sed mollia esse meliora: vt quæ magis nutriant, & aluum nus sistant. Illud porrò neminem latere debet, omnibus huiuscemodi parcè vescendum esse, non aut affluenter, vt pyris, persicis, ficubus, vuis, & similibus. Nullo enim ipsorum vt alimento, sed vt medicamento potius indigemus. Quod satis quidem colligitur ex saporis acerbitate, & duritie substantiæ, vt quæ extra hoc quod serò in arbore maturitatem consequantur, minus etiam quam vt edi queant, mollescant. Atque hac sanè de causa, priusquàm edantur, reponi solent donec emolliantur. Sic enim quàm plurimum ex acerbitate & stypticitate amittunt, & in cibo suauiora fiunt.

¶ *De Musto.* *Cap.* XLV.

PRouocat vrinam mustum, cito soluit, & inflat.

Tres hic enumerantur commoditates musti.

PRIMO

PRIMO enim vrinam prouocat. Siquidē fecibus eius nitrosum quippiam inest, ac tergendi facultas, atq; eam ob rem vbi in vesicam descenderit: ipsam mordicās ad vrinę profusionē impellit. Qui tñ versus non de quolibet musto, sed de eo solùm intelligendus est, ꝙ faces habet mordicantes. Eiusmodi porrò ex Rhenensibus non pauca reperias Mustum.n.cui fæces insunt crassę non mordicantes, quemadmodū suprà c.26. ostendimus, meatus obsepit atq; obstruit vrinarios, ita vt vrina potius supprimatur.

Deinde ventrē soluit: Viscera.n.nitrosa & salsa fæcis suæ qualitate abstergens ad deiectionem incitat.

TERTIO verò inflat qđ quidē propter eā contingit, ꝙ in corpore excitat ebullitionē. Inde.n.flatus proueniunt. Sed de his oībus satis suprà cap.26.

¶ *De Ceruisia & Aceto. Cap. XLVI.*

CRassos humores nutrit ceruisia, vires
Præstat, & augmenta carnem, generatque cruorem,
Prouocat vrinam, ventrem quoq; mollit, & inflat,
Frigidat & modicum, Sed plus desiccat acetum.

Frigidat,

Frigidat, emaceratque melanch. dat, sperna minorat,
Siccos infestat neruos, & pinguia siccat.

Duo hoc in loco peragunt: Primò.n. breuiter octo ceruisię pprietates percurrunt. Quarũ prima quidẽ est, quòd crassos humores in humano corpore generet: idq; maxime si vino comparetur. Porro iuxta materię varietatẽ, vnde cõficitur, aliam in se atq; aliã recipit vel incrassandi vel extenuandi humoris rationẽ. Siquidẽ ex crassiore substantia crassiores ex tenuiore verò tenuiores humores procreari par est. Secũda, ꝙ robur addat. Tertia, quòd carnẽ augeat.

Qvarta, ꝙ bonũ gignat sanguinẽ. Quæ quidẽ tres proprietates potissimũ intelligendæ sunt de ceruisia multæ substãtiæ, non nimis recenti, neq; nimis inueterata, ex optimis granis ritè & pfectè cocta: qualis Erphordiẽsis cũprimis existit. Ea.n. multũ habet substantię, boni est succi vberrimum corporib. exhibet alimentum, & vires auget.

Qvinta, quòd vrinam prouocet quæ proprietas claris maximè conuenit ceruisijs, quibus plurimum incoctum est lupuli: qualis est Embecensis. Ea namque ob lupuli copiam celerrimè penetrat, & vrinam prouocat.

Sexta,

SEXTA, quòd ventrem molliat. Eiusmodi inter triticeas Hamburgensis existit. Grati saporis est, multū substantiæ habet, copiosum & boni succi alimentum præbet, sanguinem bonum generat, & in soluenda aluo per se, aut cum butyro Phrysio primum locum sibi vēdicat. Minus tñ conuenit illis, quibus caput non admodum firmum est, quippe qui ex ea facilè inebrientur.

SEPTIMA, q̃ flatibus ventrem distentat: idq; maximè præstat Ceruisia cruda, hoc est, malè & imperfectè cocta quæ certè, preterquàm q̃ ęgrè concoquitur, inflationes etiam & obstructiones gignit, vrinamq; remoratur: impinguat tamen admodum. In hac classem Coyta Hollandię referenda est.

OCTAVA, q̃ paululum infrigidet: Eiusmodi censent cumprimis ceruisiæ Hollandię, Brabantię, Hannonię, Flandrię, & quibus plebei homines vulgo vtunt. Eæ nanq; omnes vino collatę refrigerandi facultatē habere videntur. Vbi sciendum, ceruisiam cōfici posse ex auena, hordeo, & tritico: sed iuxta materiæ rationem diuersa ei inducitur temperatura siue qualitas. Quæ namq; ex hordeo fiunt, frigidiores euadunt. Hordeum enim refrigerat, siccatque in primo abcessu. Quæ ex hordeo simul atque auena, minus alunt, nec inflant, neque

Ceruisia præparatio.

neque obstruunt admodum. Quæ verò ex tritico, calidiores existunt, magisq; tũ obstruunt, tũ nutriunt. Crassiores ceruisię tenuioribus tardius concoquũtur, atq; in corpus vniuersum distribuũtur, magis tñ nutriunt. Tenuiores verò contrà citò alterãtur, in partes corporis celeriter rapiuntur, mouent vrinã, & parum alunt. Mediocres oĩa faciunt mediocriter. Pessima habenda est ceruisia, quæ conficitur ex rebus inebriantibus, nimirum ex lolio, vel chamæpeuce. Ea enim adeò efficitur valida & halituosa, vt parum absit, quin bibentes paulò immoderatius ad insaniam redigantur, maximum capitis dolorem generat, & neruos lædit. De ceruisia plura supra cap. 17. & 18. Est preterea eruditissimũ Ioannis Placotomi de natura & viribus ceruisiarum opusculum in omnium manibus, vnde facilè suppleri queant, quæ hic desiderantur.

Aceti proprietates quinque. SECVNDO deinde loco quinque aceti facultates enumerantur. Ac prima quidem quod exiccet. Secũda, quod refrigeret. De temperatura vel maxima est inter autores controuersia, alijs frigidum, alijs contrà calidum adstruentibus. In hoc tamen præcipui consentiunt, quod vim habeat refrigerãdi magis, quam calfaciendi. Exiccat tertio gradu, estq; valde tenuium partium crassos

& glutinosos humores attenuat, atque incidit, humorumq; putrefactioni vel maximè resistit. Eamq; ob rem medici peste grassante cùm in cibo, tũ in potu aceti vsum mirificè cõmendant. Hinc sanè. 3. 1. doct. 5. c. 1. Auicen. inter alia sic ferme de eo scribit: Aceto p̃terea pestis tpe vti in cibo atq; potu nocumenti ipsius securitatẽ p̃stat. Tertia, q̃ emaciet, hoc est, maciũ reddat: Vehementer. n. attenuat, incidit, ac desiccat, & excellentius si, vt 3. 1. do. 4. c. 5. Auic. tradit, ieiuno vsurpetũ stomacho. Assiduus tñ atq; immoderatior eius vsus plurima oĩno adfert incõmoda. Visum namq; debilitat, pectus ac pulmonem offendit, & tusses cõmouet. Hepati quoq; inimicũ est: Siquidẽ, vt Trac. 3. ad Soltanũ Babyloniæ Rabbi Moses autor est ipsum radit, sanguinemq́; eius dealbat. Stomachò præterea, iũcturis, & neruosis oĩbus mali nonnihil immoderatiore vsu ingenerat, articularesq́; dolores, tremores, & paralysin excitat. Proinde qui frigido sunt & sicco tẽparamento, quiq́; inualidum pectus, pulmonem, hepar, stomachũ, & neruos habent, ab aceto abstineant, aut modicè saltem eo vtantur.

QVARTA, quod generet melãcholiam. Frigiditate. n. sua & siccitate ipsum hepar refrigerat & exiccat, atq; ad generandã fęcem melancholicã opportunum

tunum reddit, quę deinceps facilè in verã melancholiã vertit. Hippocrates lib. 3. de vict. ratio. in mor. acut. apho. 38.

Qvinta, qđ Veneris appetẽtiam rescindat & semẽ imminuat, Nimiũ. n. at tenuat, incidit, exiccat, & refrigerat. Cibariorũ tñ appetentiã suscitat. Harũ facultatũ lib. 3. ad Almansorẽ. c. 17. Rhazes ẽt meminit. Acetũ, inquiens, frigidũ est & siccũ, maciem efficit, virtutẽ destrui, sperma minuit, bilemq; corroborat nigram, flauam vero demolitur, sanguinemque debilitat, & cibos quibus admiscetur, attenuat atque incidit.

Vltimo tandẽ versu tria comprehendunt. Ac primum quidẽ, qđ macris noceat. Cùm. n. acetũ excellenter attenuet, incidat atq; desiccet, ex necessitate ẽt maciẽ auget. Quippe similibus, vt Galen. libr. 2. c. 10. de sanit. tuen. testatˀ, quamlibet excessum augescere par est, contrarijs verò remitti autem minui.

Secvndvm, quòd noceat neruis; Exangues enim sunt: & cum tenuè sit, valde eos penetrat. Plura de hoc suprà cap. 17. in acida ceruisia.

Tertivm, q immodicè pinguia corpora emaciet: atq; eius quidẽ ratio iã reddita est. De aceto plura Diosc. lib. 5. c. 17. Galen. lib. 1. de simpl med. facul. c. 19. & deinceps & lib. 8. eiusdẽ operis cap. 22: & Simeon Sethi in Syntag.

¶ De

¶ *De Rapis. Cap. XLVII.*

RApa iuuat stomachum, nouit producere ventum,
Prouocat vrinam, præstatque in dente ruinam.
Si mole cocta datur, tibi torsio sic generatur.

Hic tria cũprimis raporũ recensentur cõmoda. Ac primũ quidẽ ꝙ stomachum iuuent. Secundũ, ꝙ flatus gignant. Tertium, ꝙ vrinam prouocent. Quę sanè omnia de ijs intelligi debent, quę bellè, & ꝑcipuè cum pinguibus carnibus percoquutur. Ea.n. iucundiora ac gratiora stomacho fiunt, satis tum nutriunt, tum impinguant, sed humentem ac fluxam carnem creant, flatus & genitale semen generant, Veneremq; stimulant, vrinam prouocant, fauces leniunt, atque thoracem, ac visum præterea, vt Auenzoar & Auerrhoens testantur: peculiari quapiam proprietate roborant. Ferũt etiam quòd fibrę illorum, siue caudę, aluum fortiter moueant. Atque hinc sanè vulgati excogitati sunt versiculi. *Raporũ cõmoda & incommoda.*

Radix rapa bona est, comedenti dat tria dona,
Visum clarificat, ventrẽ mollit, bene bombit.

SECVNDO deinde loco duo eorundem referunt incommoda. Nã & dentes

lædunt,& torſiones ſine tormina in ven tre ſuſcitant. Atq; his quidem malis cruda maximè obnoxia ſunt. Primũ.n.non ægrè modò dentib.franguntur, verumetiam minus iuſto in ventriculo conficiuntur: quo fit,vt & ipſa corrumpãtur: & fœtidos prætcrea halitus dentib.ſuggerant, acciditq; duplci ita noĩe dentes offendi,commanducatione nimirùm & halitu. Deinde verò ad iſtum modum liberalius ingeſta, concoctu ſunt difficiliora, ac flatulenta magis ſtomachoq; noxia. Nonnunquàm aũt & ventrẽ mordicant. Quorum poſterius etiam vulgato nobis indicatur verſiculo.

Ventum ſæpe rapis, ſi tu vis viuere rapis,

Crebrior raporũ vſus craſſum humorem generat, & obſtructiones iecoris parit. Ventrem nec ſiſtunt,nec mouent. Inter radices tamen omnes, quæ quidem edendo ſunt, rapa corporis nutritioni vel maximè conueniunt, idque ex ſaporis iucunditate facilè deprehenditur. Ea enim eduliorum omnium natura eſt,vt amara, & quæ linguam contrahunt, minus: dulcia verò magis alãt. Rapa autem cùm alijs radicibus dulciora ſint minusque linguam contrahant, maius etiam alijs prȩſtare alimentum, magisque victus ſalubris rationi conuenire,conſentaneum eſt. Sanguinem tamen craſsiorem & melancholicum generant,

nerant, cum minus iusto in ventriculo, ob concoctoriæ facultatis imbecillitatē, conficiuntur. Concoctionē aūt diuturniorē postulant, eaq; sunt laudatissima, quæ, primæ ebullitionis aqua segregata & abiecta, bis per coquuntur. Cruda, ob prædictas paulò ante causas, nullo modo edenda sunt. Cymæ raporū decoctæ mādūntur, & vrinā cient. Rapum muria conditū, vel cū aceto & sale sumptū, minus quidē alimēti sufficit, sed multò magis appetentiam recreat. Huius semē tritū & magna copia haustum, Venerē suscitat. Fert, q̄ si quis hoc ipsum semē cū calamintha & Lemnia terra commixtum sumat eo die neq; veneno, neq; morsu venenati animalis lædi. Appensum inguinum morbis peculiari quapiam proprietate medetur. Plura Dioscorides lib. 2. cap. 104. Plinius li. 18. c. 13. Galen. lib. 2. de aliment. facult. c. 62. & libr. 6. de simpl. medfacult. cap. 98. & Simeon Sethi in Syntagmate.

¶ *De animalium visceribus. Cap.* XLVIII.

EGeritur tarde cor, concoquitur quoque dure.
Sic quoque veutriculns, tamen exteriora probantur.
Reddit lingua bonum nutrimentum medicinæ.

Concocta

Concoctu facilis pulmo est, cito labitur ipse.
Et melius cerebrum gallinæ, quã reliquorum.

Agitur hoc loco de natura & facultate viscerum, quę homines cibi causa ex animalibus secant. Recensentur aũt numero quinq;. Quorum *Primum* quidẽ est, Cor tardè tum cõcoqui, tum per intestina descendere. Caro.n.eius dura est, cui, vt ęgrè concoquatur, & tardissimè descendat, natura cõparatum est: teste Gale.lib.3.de alim.facul.c.11. Cor, inquiens, substantia quidem caro est fibrosa ac dura, ideaq; ad coquendum est difficilè, & tardè permeat. Huc iecur quoq; referendum videtur. Nam vt ibidem testatur Galenus, oĩm animaliũ iecur crassi est succi ac ad coquendũ difficile tardeq; permeat. Renes itidem praui admodum sunt succi, & concoctu difficiles. Galenus ibidẽ c.5. *Secundum* est stomachum quoq; ęgrè concoqui & lentè transire. Est.n.membrũ cartilaginosium ac nerueum, neq; facile in bonũ sanguinem mutari põt. Cartilaginosa.n.dura sunt, nerueæ verò animalium particulæ succum absolute pituitosum gignunt. Oribasio lib.4.Synop.ad Eustachium filium c.7.teste. Gal.lib.3.de alim.facul.

Cor.

Stomachus.

c.12

cap.12. in hunc ferè modū de eo scriptū reliqt: Durior carnib. est stomachus, ob id ēt si ritè conficiaē succum tñ gignet nō planè sanguineū: neq; inculpatū, sed frigidiorē, ac crudiorē. Proinde multū tēporis requirit, priusquā satis cōfici & in ꝓbū sanguinē mutari queat. In extremis tñ partibus, nēpè in fundo & orificio, facilius conficiē, vt in qbus pinguior sit, & carnium naturæ propinquior.

[*Tertium*] est, Linguā boni esse alimēti, idq; maximè, Auic. lib.2. Cano.c.145. teste, circa radicem. Illa e.n. suauissima est, facilè cōcoquiē, & ꝓbū corpori alimētū pstat, quū fungosa alioq; laxave sit, & respectu solidioris carnis, parū alimēti habeat. Inter oēs tñ porcellinę potissimę sunt, vt q ablata circūcingēte pellicula à structoribus ac pręgustatoribus principiū carni ęquarenē aprugnæ. Bouillæ ob exuperātē humiditatē parū in victus salubris rōne cōmendanē. Quamobrem ipsis esuri obsonatricis artis periti, caryophylla inferere solēt, priusquā assentur, sic. n. illarū humiditas contemperaē, edendoq; accōmodatiores fiunt. *Lingua.*

[*Quartum*] est, pulmonē facilè & concoqui, & per intestina descendere mollis. n. admodū est & rarus. Paulus lib.1. cap.85. hęc sic tradit: Pulmo facilius quidem, vtpote fungosus, concoquitur, sed leuiorem cibum præbet, pituitæ *Pulmo.*

generandę efficax. Agninus verò pulmo, licet pro alimento minus cōueniat, medicamenti tñ vim possidet. Impositu enim, vt auctor est Dioscorides lib. 2. c. 37. & Galenus lib. 11. de simp. med. fac. c. 8. attritus à calceamentis contractos ab inflāmatione tuetur & sanat. Idē tradit Auicen. 2. Can. c. 568. *Quintum* est

Cerebrū gallinę cerebrum oīum esse prestantissimū. Vbi sciendum in primis, cerebrum esse pituitosum, crassi, vitiosiq; succi. Lētè transit, concoctionis aduersatur, stomachum lędit, & nauseam excitat: ideò rectè vulgo ad corrigendam frigiditaté & humiditatē, cum sale, & puluere zinziberis, aut piperis cōdiri solet. Suillum naturæ inimicum est: Ouillū verò, vitulinum, leporinum, cuniculinumve cū sale ac calidis speciebus mandi concedit. Inter oīa tñ cerebrū gallinæ facilè primā laudem obtinet. Abundè.n. nutrit, genitali semini adiicit, & cerebri substātiā auget, vnde & his, qui tardiori leuioriq; ingenio ac mente sunt, prodesse dr. Dioscoridi lib. 2. c. 43. sanguinē à cerebri membrana profluentē sistit. Quod Auic. lib. 2. Can. c. 129. & 296. ad fluxū sanguinis nariū trāstulit, nēpe qui membranę cerebri vitio cōtractus fit. Cerebrum, inquit, gallinę, prohibet fluxum sanguinis nariū, accidentem ex velaminibus cerebri. Plura de hoc suprà c. 9.

¶ De

¶ *De semine fœniculi.* Cap. XLIX.

SEmen fœniculi pellit spiracula culi.

Hoc in loco traditur, semen fœniculi, quod μάραθρον Græcè dr, flatus dissipare atq; expellere, idq; maximè ratione caliditatis: Nã, vt lib. 7. de simp. med. facult. c. 97. Galenus memoriæ prodidit, tum valenter excalfacit, vt ex tertio ordine excalfacientium censeri promereatur, desiccat verò nõ ęquè, sed ipsum quispiam in hoc primi esse ordinis posuerit: proinde lac procreat: quod, si admodum desiccaret, non sane efficeret. Suffusis ẽt ratione auxiliať. vrinas menſesq; ciet. Ex esu præterea seminis fœniculi manãt & alia quędã cõmoda. In febribus. n. nauseam, & stomachi feruorẽ ex aqua frigida potum sedat, stomachũ purgat, oculorum aciem reficit, & cũ vino decoctum virulentorum vermium ictus sanat. Contritæ ra dices, & cum melle illitę, morsib. canũ medẽtur. Quę quidem oĩa à nõnullis, memoriæ prospiciendę gratia, hisce versib. inclusa sunt. *Fœniculum.*

Bis duo dat marathrum, febris fugat, atque venenum,
Et purgat stomachum, lumen quoq; reddit acutum.

Trãscripta aũt ea sunt partim ex Dioscoridi lib. 3. c. 67. partim verò ex Aui-

cen. lib. 2. Cā. c. 281. Quo sanè loco inter alia refert Auicen. et Democ. existimasse, serpētes, & vermes venenatos, recentis fœniculi semine pastos senectam exuere, oculorumq; aciē succo eius reficere, veris initio, vbi latebris relictis in apricū prodiderint. Vnde intellectū est, hoīum quoq; caliginē præcipuè eo releuari. Plura hac de re Nicāder sub exordiū Theriacωn, Pli. lib. 8. c. 27. & li. 19. c. 9. & lib. 20. c. 23. Macer libr. 1. c. 16. & Mesues. c. 1. de ęgritudinib. oculorū. Attamen cùm concoctioni aliquantulū renitatur, & exiguū, prauiq; succi alimentum corporib. exhibeat, nō vt alimēto, sed vt medicamēto potius fœniculo vtēdū est. Proinde alijs interim cibis ipsum vice condimenti, & vt eorum prauitatē corrigat, adhibemus. Quēadmodū.n. petroselinum nonnunq̃ cū lactucis, vt earū humiditas & frigiditas contēperent, sic ēt cum cucurbitis interdum, aut rapis, vt prauitas eorū minuatur, fœniculū decoquere simul & mādare cōsueuimus.

De Aniso. Cap. L.

Emendat visum, stomachū confortat Anisum.

Copia dulcoris anisi sit melioris.

Duæ hic referuntur vtilitates anisi.

Anisi vtilitates. PRIMO namq; visum emendat, & maximè quidē foris impositū. Atq; hinc

sanè

ſanè apud Pliniū lib. 20. c. 17. naturalis hiſt. Epiphoris oculorum è vino radicē eius tuſam ab Iolla īponi ſolitā legimus Ipſum cū croco pari mō & vino, & p ſe tritū cū polēta ad magnas fluxiones, extrahēdaq́;, ſi qua ī oculos inciderint.
Secundo deinde loco ſtomachū roborare dī, q̧ profectò de ſemine eius potiſſimū intelligēdum eſt. Illud nāq́; vt lib. 6. de ſimpl. med. fac. c. 44. Galen. adſerit, maximè vtile eſt acre & ſubamarum, vt propè ad vrētium accedat caliditatem. Eſt aūt & in ſiccando tertii ordinis, ſicut & in calfaciendo. Stomachū igitur calfacit, & qui in ipſo ſunt, humores craſſos ac frigidos, lētosq́; attenuat, incidit, liquidosq́; & expulſioni accōmodos reddit. Inflationes quoq;, quæ ab iiſdē proficiſcūtur, diſcutit. Atq; hinc adeò fit, vt ſtomachus tū repurgetur, tum exiccet, & onere, quo grauatus fuit, depoſito, roboretur. Quinēt viſui eadē rōne cōferre exiſtimandū eſt, qppe cui nihil ęquè noceat atq; ſtomachi īpuritas. Hinc. n. īmpuri, fœtidi, & turbulēti fumi ad oculos ſublati noxā ſpītib. viſiuis inuehūt. Melius ad hoc ſemper recēs, plenū, nō furfurosum, dulcedine & odore pſtās. Preter has vtilitates & aliæ q̄plurimæ à Dioſcoride lib. 3. c. 56. Plinio loco paulò ante citato, ſerapione c. 242. & Auic. lib. 2. Cen. c. 1. referentur. Oris enim halitum

iucundiorem facit, doloris leuamẽtum præſtet, vrinã ciet, diſcutiendi vim hẽt, aquam quæ ſubijt cutẽ diſſipat, potũ ſitim ex ſalſis humorib. contractã extinguit, animaliũ venenis aduerſatur, valet ad inflationes. Aluum & alba fœminarũ profluuia toſtum ſiſtit, lac ad mãmas elicit, Venerẽ ſtimulat. Dyſpnœas à pituita profectas toſtum purgat, cũ melle ſumptũ melius. Vetuſtis & antiquis ex frigore hepaticis affectibus prodeſt. Iecoris, lienis, renum, vteri ac reliquorum ẽt viſcerũ obſtructiones tollit. Vias.n.ab humoribus craſsis, frigidis, ac lentis ꝑcluſas & obſeſſas aperit. Atq; ob id febrib. quoq; opitulatur antiquis. Dolores capitis leuat, ſuffitũ narib. cũ roſaceo tritũ inſtillatumq; fractis auribus medetur.

De ſpodio. Cap. LI.

SI cruor emanat, Spodium ſumptum cito ſanat.

Spodiũ. Spodiũ ſanguinis profluuia hic ſiſtere traditur: quod de ſpodio ab Arabibus nobis deſcriptio potiſſimum intelligendũ venit. Hoc, vt ex Auic. 2. Can. c. 617. colligitur, non eſt niſi radices cannarũ arundinumve aduſtæ. Quare cum eo, quod Græci ἀντισπόδιο appellant, conuenire vř. Officinæ platearij nixæ teſtimonio, pro ſpondio tã Græcorũ quàm Ara-

Arabũ, ossibus vstis vtuntur, q̃ elephantis esse putant; quum verisimilius sit bonis, vel alterius esse animãtis ossa. Quocirca cùm verum & Græcorum Spodiũ, quod Tutiæ vocatæ species est, habeat, ex Officinis prorsus hæc combusta ossa proscribantur, eiusq; in Grecorum compositionibus vsus sit, in Arabũ verò compositionib. cãnarum Indiæ spodio, aut si illud haberi non posſit, radicib. cannarũ nostrarũ adustis vtendũ erit. Grecorum spodium solum admouetur : Arabũ verò etiam sumitur & deuoratur. Hoc ipsum itaq; sanguinẽ vndecũq; ẽt manantẽ hic sistere traditur, & maximè quidẽ, quod frigidum sit & siccũ, valideq; adstringat : aut certè, qđ sumptũ, siue admotũ peculiari quadã proprietate hepar intẽperie, vel naturali, vel quoquomodo aduentitia calidius, moreretur ac roboret. Hoc aũt viscere (qđ principiũ ac fons sanguificationis est) roborato, sanguis ab eodẽ melius ẽt retinetur. Puluis igitur eius cũ stillatitiis liquorib. rosarum & plantaginis in nares iniectus αἱμοῤῥαγίαν earũdem curat, Idem cum succo plãtaginis contra αἱμόπτυσιν & dysenteriã efficaciter sumitur. Quin & aliæ q̃ plurimę ob autoribus spodio at tribuunt dotes. Siquidẽ cor quoq; proprietate quadã corroborat, & spiritus claros ac solidos efficit: qua pp exhila-

rat etiam atq; lętificat Potũ, aut appositũ calidę cardiacæ & cõtractæ ab effusione flauę bilis ad os ventriculi syncope, calidoq; cordis tremori auxiliatur: adiuuante scilicet talem ipsius actionẽ facultate ad strictoria, & maximè quidem in tẽperaturis calidis. In frigidis verò cum croco temperatum eadem pręstat. Febrib. confert acutis, sitim sedat, & imodico cholerico alui profluuio atq; vomitui subuenit. Pustulis quoq;, quæ in ore, & lingua erũpunt, prodest. Feruorẽ furoremq; flauæ bilis cõpescit, ventriculum roborat, ardori eius atq; imbecillitati proficit, flauęq; ad ipsum bilis inhibet effusionẽ. Contra melancholiã ex sollicitudine, timorem de pteritis, terrorem de futuris, & quaslibet animi perturbationes efficax est. Vtiliter calidis oculorũ abscessibus illinitur. Plura Rhazes lib. 3. ad Alman. c. 36. Auic. loco citato, & trac. 2. de virib. cordis, c. 3. Auerrhoes lib. 5. collec. c. 56. Serap. c. 123. & Leonhartus Fuchsius libr. 1. c. 17. de compositione medicã. Porrò aũt queãdmodum spodium peculiari hepatis roborãdi facultate prędítũ est, & ita & alię nõnullę medicinæ alijs singularib. quibusdã mẽbris roborãdis accõmodatę sunt, veluti macis cordi, moscus cerebro, & glycyrrhiza pulmoni, capparis lieni, & galãga stomacho, id qđ vulgatis

tis etiam hisce versiculis comprobatur:

Gaudet hepar spodio, mace cor, cerebrum quoq; moscho,
Pulmo, liquiritia, splen, capp. stomacusque galanga.

ANNOTATIVNCVLA.

Hepar priorem syllabam longā hēt. Est enim Græcum ἧπαρ, quare contra naturalium hic breuis posita est.

¶ *Sale.* *Cap. L I I.*

Vas cōdimēti p̄poni dēt edēti.
Sal virus refugat, recte insipidumq; saporat.
Non sapit esca probe, quæ datur absq; sale.
Vrunt res salsæ visum, semenque minorant.
Et generant scabiem, pruritum, siue vigorem.

Tria hoc in loco peraguntur. In primis, n generale tradit̄ præceptū, nemini hactenus, humaniori saltē atq; ciuiliori non obseruatum nēpe vt vas condimenti, hoc est salinum primùm in mensa apponatur: idq; adeò vulgatum vbiq; est, vt hisce etiam versiculis decantetur.

Sal primò poni debet, primòq; reponi,
Non bene mēsa tibi ponitur absq; sale.

Duo deinde salis recensentur com-

cont,& consumant, adeoq; habetudinē ob id vsui adferāt. Vel ꝙ a cibariis persalsis in ventriculo existentibus, mordaces ad modum atq; acres resoluātur fumi,qui ad oculos sublati ipsos acrimonia sua rodant,ac rubefaciāt. Atq; hinc sane eos,qui salem excoquūt, rubros ferè oculos habere conspicimus.Secundū, ꝙ Veneris appetentiam cōpescant. Nā cùm oēs corporis exiccent & cōsumant humores, sperma quoq; necessariò exhauriunt ac minuūt. Tertium, ꝙ scabiē generent. Acrem.n.ac mordacem procreāt succum,sanguinemq; adurūt, atq; hinc profectò scabies incidere cōsueuit, Quartum,ꝙ pruritum ēt excitent:mordacia.n.ac prurituosa generant excrementa. Horum nucumētorum Rhazes ēt meminit.lib.3.ad Almā.c.17. Sal,inquit,sanguinem eorū, qui multā ex ipso sumunt quantitatē,adurit: visum quoq; debilitat,atq; sperma minuit: pruritum generat & scabiē. Ad hæc, serpiginem nōnunq̃,& impetiginem, morpheamq; ac lepram progignit ijs, quorū corpora ad patiēdū sunt parata. Quin vrinarios etiam meatus,vsu p̄sertim immoderato ac frequentiore excoriat. Modicè tñ salsa, profligato fastidio appetentiā reuocant. Fertur præterea, quod si sal cum aceto & succo rutę permistus, pedū plantis diligenter infricetur, nō noxam tm̄

ex vini crapula cōtractam curet, sed iis etiam, qui cibos auersantur Græci ἀσωσίτους appellant, auiditatem restituat. Plura de Sale Dioscorides. lib. 5. c. 58. Galen. lib. 9. c. 30. & lib. 11. c. 50. de simpl. medic. fac. Simeon Sethi in Syntag. Auic. 2. Can. c. 624. & Mesues lib. 2. sec. 2. c. 16. de medic. simp. purgantibus.

De saporibus ac eorū qualitatib. C. LIII.

HI feruore vigent tres, salsus,
amarus, acutus.
Alget acetosus, sic stipans, ponticus atque.
Vnctus, & insipidus, dulcis dant
temperamentum.

Hic igitur de saporibus, siue qualitatibus gustatoriis: Vbi sciendū imprimis, Saporem accipi pro omni eo, quod gustu diiudicat. Species aūt eius aliter ab aliis numerari solēt. Gal. lib. 1. de simpl. medi. facul. cap. 38. non facilè numero cōprehensibiles esse tradit, à Theophrasto lib. 6. de causis plantarū c. 1. & 4. eius octo recensentur differentię, exēpli gratia, dulcis, pinguis, austerus, acerb. acris, salsus, amarus, & acidus. Quib. nonum quoq; nōnulli adijciendū putarūt, nēpe, insipidum, quē ἄποιον Græci vocant, quę extra oēm fit insignem tū caliditatē, tū frigi-

Sapores octo.

frigiditatem, mediã quoad fieri queat constitutioné obtinens, qualem præbet sensũ aqua plane oĩs qualitatis vacua. Ex quib. tres calfacere hoc loco traduntur, nimirũ salsus, amarus, & acris. Sed in his non parua est maioris minorisque ratio. Siquidem Acre, vt Auicen. 2. Can. Tract. 1. c. 3. confirmat, est calidius, hinc amarum, deinde salsum, qm̃ acre maiorẽ vim habet resoluendi, incidendi, abstergendi, q̃ amarum: Salsum verò est velut amarũ, frigida aliqua humiditate retusum, habetatumq́;. Secundo deinde loco tres ex saporibus statuuntur frigidi. Acidus videlicet, austerus & acerbus. Ex quibus acerbus tñ frigidior existit, mox austerus, deinde acidus. Quod sanè perspicuum euadit in oĩbus fructibus, qui dulcescunt. Principio. n. acerbi sunt vehementis infrigidationis processu deinde temporis cum per solarem calorem aliquo modo ad concoctioné ducti fuerint, austeritas ĩ eis sentit, quæ sensim deposita, aciditaté acquirũt, sicut ὀμφακες hinc dulcedinem tãdem adsciscunt; Acidam verò quãuis acerbo minus sit frigidum, tñ ob subtilitaté & penetrationem suam eò in pluribus maioris est infrigidationis. Acerbum aũt & austerũ in sapore sunt ꝓpinqua, sed hoc mihi linguæ ꝑter extimam eius superficié contrahit: illud verò nõ modò exti-

mam superficiē, verumētinteriora eius contrahit atq; exasperat. Postremò verò tres dicunt̄ tēperati.i.mediæ qualitatis, ita vt corpus neq; refrigerent excellenter, neq; calfaciant: nēpe dulcis, pinguis, & insipidis. Dulce.n.licet calidū sit, in ipso tamen non apparet excellentia caliditatis, vt lib.3.ad Almanso.cap.1.Rhazæ visum est. Porro suę cuique ac propriæ saporis adsignantur facultates.

Dulcia. Dulcia.n.concoquunt, emolliunt, rarefaciunt, laxant, plurimumq; corporib. exhibent alimenti, & impinguant. Cū.n. naturæ sanguinis nostri & carnis proximè congruant, lingua auidè excipit, ac voluptate ac dilatione afficit, eis fruens non lædit, non exulcerat ab eis, nec refugit ea, vt amara seu acria. Ac sanè qcquid nutrit, ex gn̄re dulciū esse oportet Nā dulcia vngunt, implent, & restituunt erosas particulas. Sed interdū excellenter dulcia nocēt: qa cū sint valde calida & aērea, citò in igneā naturā transeunt, vt mel & saccharū, celerrimè vertunt̄ in rubrā bilē. Quare auidius vsi saccharo sępè periculose inflammant̄. Ad hęc, dulces cibi intēperantius edunt̄; humorisq; copiā generant, q̄ sequunt̄ interdū vel putrefactiones, vel obstructiones & abscessus hepatis atq; lienis & maximè qdem cū hęc viscera ad patiendū accommodata fuerint. Stomachum quoq; relaxant

 laxant

laxant admodum & aluum cient, Pectori tamen conferunt & pulmoni, genitaleque semen augent.

Amara meatus perpurgãt abstergũt, extenuant, humorũ crassitiẽ incidũt, & linguã mordent suntq; in natura terrestri, crassa, in qua excedunt calor & siccitas, vt in bile Nitro, Marrubeo, Absynthio. immodico vsu sanguinẽ citò adurũt & corrũpunt, bilemq; augent rubrã.

Acerba, Græcis στρυφνὰ appellata recentiores pontica pungẽdo vocant, quo verbo medici quoque libenter vtuntur, linguam contrahunt, & introrsum pellunt, ideoq; constipandi, densandi, & adstringendi vim habẽt. Suntq; in natura terrestri, crassa, frigida & sicca. Ideò.n. acerbus sapor dicit esse tardior, q̃ acidus, quia acidus est in natura tenuiore minus terrestri. Acerba sunt, vt fructus glandium, pyra syluestria, & in genere immatura poma, mala cydonia; ac magis immatura. Nam postquam maturuerunt, fit mixtus sapor ex acerbo & dulci, sicut nucum ex acerbo & pingui. Sunt στρυφνὰ & fructus, qui vulgo Ribes dicuntur, Germanicè, *Aclbesikens*. Item castaneę, corna, & poma Cinosbati, vulgo *Hainboten*.

Austera, Græcis αὐστηρὰ medicis etiã nostri temporis συπτικὰ à verbo Græco στύφω, dicta, contrahunt, constringunt,

gunt,densant,incrassant, & infrigidant. Sunt.n.in natura terrestri,crassa,frigida & sicca,sed plus habente caloris & humiditatis,q̃ habent acerba. Frequentiore in cibis ac immoderatiore vsu humores abundè extenuant,inaniuntq́;,eoq́; sanguinẽ gignunt melancholicũ: & corpus reddunt gracile. Ventriculũ tñ,quemadmodum Galenus idipsum in lib.de cibis boni & mali succi c.17.attestat, corroborant.Oĩa,inquit,quæ egregiè austera sunt, laxũ stomachũ ac ventrẽ firmant, ac tũ præcipuè, cùm calida intemperiè affecti sunt. Hac.n.de causa, atq; ẽt ad alui fluxiones sistendas, austeris vtimur nimis. Iuuat.n. ventriculũ natiua siccitate,& aliquantulũ adstringunt. Pinguia

Salsa.

siue oleosa, q̃ Grecis λιπαρά, & vulgo vnctuosa nominant,dulcibus vicina sunt aqueę & aereæ substantię,leniunt,emolliunt,lubricant,laxant,concoquunt, maturant,& humectant, sine manifesta tñ calfactione. Hæc si sint mediocria optimè nutriunt. Sed immodicè pinguia supernatãt,abominabilia sunt, & nauseabunda,ventriculũ resupinãt,concoctionẽ impediunt, flatus & obstructiones generãt. Ad hec cibi quoq; anteq̃ edendo naturæ satisfactũ sit,facietatẽ adferunt. Quod Galeni testimonio confirmat, q lib.3.de ali.fac.c.26.ita scriptũ reliquit. Pinguia & lenta cibaria, statim vt sum-

pta fuerint, celeriter implẽt, & appetentiã euertunt. Præterea, qđ maius ẽst, cõpluribus deinceps diebus ipsorum esum non sustinemus. Febricitantib. ac iis ẽt quibus stomachus atq; hepar calidiora sunt, nõ æquè vt alijs conferũt: ipsis.n.facilè accenduntur & in flauã bilẽ trãseunt. Reliquis verò phlegmatis generant copiã, somnolentiã pariunt, rationalemq; mentis partẽ reddunt hebetiorem. Carnium tñ atque olerum coctur æ non mediocre tribuunt condimentum.

Acria, Græcis δριμέα, & vulgo acuta, non solũ mordent ac rodunt linguã, sed ẽt penetrant, vrunt, vlcerant aperiunt, flatus dissipant, tenuant, incidunt separant, resoluunt, è longinquo attrahunt. Suntq; in natura tenui, in qua excedunt caliditas & siccitas, & superãt calore res amaras: Vnde calorẽ augent & corpus velociter inflãmant, ac sanguinẽ adurũt, ipsumq; in bilẽ prius rubrã, deinde in nigram conuertunt, siccant etiam emaciantque ac sitim faciunt. Acria autem sunt vt piper, zingiber, allium, cepa, calx, & granum Gnidium, quod *Kellershalsz* Germanicè vocamus. *Acria.*

Salsa, Græcis ἅλμυρα, incidunt, tergent, tenuant, liquant, mordent, condiendo seruant, & putredine vindicant, conturbant, subuertunt ventriculum, & ad vomitum impellunt desiccant, *Pinguia*

citra

nibus nocent, Appetentiam tñ cient: qa humores vitiosos in orificio collectos diuidunt & pellũt, & mordicatione non vrente irritant ventriculũ. Ex insipidis quedã magis nutriunt, nẽpe q̃ proprius ad equalitatẽ accedunt, quedã verò me diocriter calfaciunt, aut refrigerant: Que sanè si multa ẽt humiditate predita fuerint humectantiũ: sin verò siccitas in eis exuperet, exiccantiũ ordini adscri bẽda veniũt. De is oĩb. plura Gal. in lib. de sim. med. fac. p̃sertim lib. 5. c. 25. Paulus lib. 7. c. 1. Aëtius lib. 1. c. 1. Rhazes lib. 3. ad Alman. c. 1. Serapion sermo. 2. de tempesi. mp. Auicẽna lib. 2. Can trac. 1. c. 3. Mesues lib. 1. Theoremate. 1.

¶ *De vippa.* *Cap.* LIIII.

Bis duo Vippa facit, mundat dentes, dat acutum
Visum: quod minus est implet, minuit quod abundat.

Hic quatuor recensẽt cõmoda Vippæ. Primò dentes mundat. Panis. n. vino imbutus diutius circa dẽtes moratũ, atq; eam ob causam materiam facilius ẽt feculentã materiam ipsis obhærentẽ absterget consumit q̃ vinũ per se sumptum. Deinde visum acuit. Malos enim fumos qui è ventriculo cerebrum petunt, suaque permistione spiritus visiuos obscurãt, reprimit: adeoq; materias prauas *Vippa.* stoma-

ſtomacho inhærentes cõcoquit, incidit, & deorſum pellit Tertiò cruda concoquit: q̃a os ventriculi leni quadã adſtrictione claudẽs concoctoriã facultatẽ roborat, plurimumq́; alimenti corporib⁹ exhibet. Quartò verò vitioſorũ humorũ multitudinẽ minuit. Eos.n.concoq̃t, incidit, exiccat & deorsũ expellit, idq́; maximè, ſi panis aſſatus prius, aut ſuper prunis exiccatus fuerit. Quin eodem ẽt mõ ſuꝑfluè cõcocta ad *συμμετρίας* reuocat. Porro Vippa Germanicè dicit̃, *een Vvijnſoppe*, Gallicè, *vne Soupe au vin.* De ea Hermolaus Barbarus c.95.lib.5.corolarij in Dioſc.ita ſcribit: Erat veteribus ientaculũ, buccea ex vino, qđ genus Barbari, à vino & pane vippã vocãt. De quo Athenæus lib.1. Deipſophiſt. *ὧν* ſic ait: *περὶ τοῦ ἐμβρώματος, ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς*, i. matutinũ edulium ſiue ientaculũ, qđ nos *ἀκρατισμὸν* vocamus, ꝑpea ꝙ panis buccellæ mero tingant. Lege de eodẽ Plutrarch. in Symp.

¶ *De diæta. Cap. LV.*

OMnibus adſuetam iubeo ſeruare diætam
Quod ſic eſſe probo, ni ſit mutare neceſſe.

Hippo-

Hippocrates testis, quoniam se-
quitur mala pestis.
Fortior hæc meta est medicinæ,
certa diæta,
Quam si non cures fatue regis,
& male curas.

Quũ primus pręcipuusq; non solum morbi cuiusuis curandi, sed sanitatis ẽt tuendę scopus, vt in libro, q̃ de facilè parabilib. inscribit, c. 28. & in ꝑ sagio experiẽtia cõfirmato c. 5. & in li. de attenuante victus rõne c. 1. Gale. adserit, in exacta victus rõne cõsistat: operępreciũ fuit de ea ẽt hic aliq̃d ꝑscribi. Percipit ergo in primis, vt seruet consueta diæta. Per q̃ sane administratio sex rerum non naturaliũ modò intelligenda venit. Et ratio quidẽ est, quod transgressio à consuetudine noceat nocumento magno. Consuetudo.n. est altera natura, q̃, vt lib. 1. c. 11. rhetoricorũ ad Theodecten, & lib. 7. c. 10. Ethicorũ, & c. 2. de memoria & reminiscentia, ab Aristotele scribitur consuetudo est eorũ, quæ vt sæpè, siue vt plurimũ fiunt. natura eorũ; quæ vt semper. Sępe autem & semper sunt sibi inuicem propinqua. Quod est ergo diu adsuetũ, in naturam ferè transiuit: quemadmodum igitur naturam custodire oportet, ita & consuetudinẽ, si lau-

Diæta.

Consuetudo.

dabilis

dabilis fuerit. Et quemadmodũ consueta cibi & potus administratio eadẽ ratione & aliarũ rerũ non naturaliũ obseruanda est. Vnde si quis consuetus multũ laborare velit hanc consuetudinẽ immutare, ocioq; indulgere minusve laborare, vel aliud laboris genus adsumere, idq; alio & tpe & modo ille proculdubio multũ ex hoc debilitabit. Idẽ intelligendũ de cibo ac potu, somno & vigilia, repletione & inanitione, & animę accidentibus. In quibus oĩbus consuetudinẽ obseruare decet, & maximè quidẽ si sit laudabilis, vel ab hac non multũ declinet, siue mediũ ẽt locũ inter bonã ac malã obtineat: respectu nimirũ illius ad quod fieri debet permutatio. Porrò quanta sit vis consuetudinis, vel inde colligas, ꝙ debiles & senes consuetos labores facilius ferant, q̃ fortes atq; iuuenes inconsuetos: quod profecto lib. 2. aphoris. 49. Hipocrates ẽt hisce verbis confirmat: Qui consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles & senes, non consuetis, fortibus, atque iuuenibus facilius ferunt. Quod dicit, inquit Philotheus, tale est: Sunt duo, hic quidem senex, ille aũt in consistenti ętate, ambo incipiunt fodere, & huic quidem seni contingit rectè fodere, illi aũt qui est in consistenti ætate, non rectè, seni quidẽ ob consuetudinẽ rectè quam-

uis

uis ſit imbecillus, iuueni aũt non rectè, cùm non adſuetus ſit. In vniuerſum.n. oportet cognoſcere fortiores alijs fieri partes q̃ exercent,& hac de cauſa ſolitos labores facilius ſuſtineri. Ex hoc aũt particulari exẽplo licet nobis & de oĩbus rõcinari. Deinde vero, malã peſtẽ, hoc eſt, maximũ pericuiũ ex reperina conſuetę diętę permutatione ſequi, confirmat̃ authoritate magni Hippocratis: nẽpe ex.2.lib.de vict.rat.in mor.acu. aph.21.&.22. vbi ſic inquit· Atqui facile eſt hoc addiſcere, ꝙ ſimplex victus cibi ac potus, ipſe ſibiipſi ſemper ſimilis, ſecurior oĩno eſt ad ſanitatẽ q̃ ſi quis repentè ad aliũ meliorẽ, magnã mutationẽ faciat. Nã & his q bis in die cibũ ſumunt,& his q ſemel, repentinæ mutationes noxas ac ægritudines inducũt. Et eos ſanè q prandere non aſſueti ſunt, ſi pranſi fuerint, ſtatim infirmos facit hoc, & toto corpore graues,& debiles, & pigros,&c. Aelianus quoq; ab initio lib.5. de varia hiſtoria, Tachi cuiuſdẽ exẽplo, admodum diſertè nobis ſignificauit, q̃ periculoſa ſit repentina diętæ permutatio. Tachos Aegyptius, inquiens, dõnec vſus eſt vernaculo victu,& frugaliter vixit oĩum hominũ fuit ſuauiſſimus. Poſtq̃ vero ad Perſas venit, & in illorum luxum delapſus eſt, cùm non poſſet ferre inſolentiam ciborum, vitam in dy-

Mutatio ſubita nocet.

ſenteria

ſenteria tranſegit & luxuriam cũ morte cõmutauit. Quanq̃ aũt non ſanis tm̃, ſed ęgris quoq; adſueta victus ratio diligen ter obſeruanda præcipiaẽ, haud tñ rarò incidit eius ꝑmutandę neceſsitas, qñ nimirũ illaudabilis exiſtit, ita vt, niſi permuteẽ, pernicioſæ inde conſequanẽ ęgritudines. Talis aũt eorũ eſt, q prandium aut cęnã prauis terminare ſolẽt alimentis. Eiuſmodi igiẽ conſuetudinẽ neceſſariũ eſt corrigi ac ꝑmutari, non quidẽ ſubitò, ſed paulatim & ordinatẽ oĩs.n. ſubita ꝑmutatio vehementer nocet maximè ſi à conſueto ad inconſuetũ tranſitus fiat. Hinc eſt quod in libro de natura hominis, ita ſcriptũ reliquerit Hippocrates: Detrahendi ſunt cibi ac potus, qbus vti conſueuerunt, idq; paulatim facere oportet. Nã ſi quis citò diætã ꝑmutet, periculũ eſt ẽt à permutatione aliq̃d in corpore nouatũ iri. Quinetiã laudabilẽ victus rationẽ interdũ mutari neceſſe ęſt, quo, ſi qñ neceſſitas inciderit, natura non offendaẽ inſolentia, nouitateq;, neq; renuat neq; recuſet. Nã q oĩ diętæ ſeſe adſuefacit, minus lædiẽ, cùm ad incõſueta trãſire cogitur. Eadem in alijs quoq; rebus non naturalibus ratio eſt, Quod Hippocratis ẽt teſtimonio confirmatur, qui lib. 2. aph. 50. ita ſcriptũ reliq̃t. Quæ ex lõgo tp̃e cõſueta ſunt, etſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolent.

solent. Oportet igitur ad insueta ꝑmutari. In cuius quidem sniæ explicatione Philotheus inter cętera sic inquit; Cum enim quodq; ipsorum factũ sit peculiare, minus lædit, q̃uis ex sua natura molestũ sit, si nondũ in consuetudinẽ venerit. Verbi causa, solitus est aliquis manna comedere, hic si ad bonũ cibum sumendũ conuertitur, lęditur, cùm adsuetus non sit: adsuetus est aliquis aquæ potioni, si pręter consuetudinẽ bibat vinũ, offendit, qm̃ cõsuetudo cõtẽnit. Oportet igitur ad insueta permutari, vt, si necesse sit, ea, quæ offeruntur, ferre possimus. Vtentem. n. copioso nutrimento, oportet ẽt parum cibi q̃ñq; assumere, vt si cõtingat, ferat ẽt illius vsum. Hinc est, ꝙ Cornelius Celsus lib. 1. cap. 3. in hunc etiam modũ scripserit. Nimis ociosa vita vtilis non est, qua põt incidere laboris necessitas. Neq; ẽt ex nimio labore subitũ ocium, neq; ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa est. Huc igitur respiciens Hippocrates rectißimè consulit, consuetudinem esse mutandã. Proinde non temerè à Plutarcho in lib. de tuenda bona valetudine, in hunc modũ scribit, Exacta illa & vehemẽter ad vnguẽ, vt dici solet, obseruata vitæ rõ, simul & corpus formidolosum reddit, ac periculis obnoxiũ, & animi frãgit vigorẽ. Quocirca cauere quisq; dẽt, quẽad-

Consuetudo varianda.

modum lib.4.c.10.ad Alman. Prudentissime Rhazes monuit, ne alicuius rei sibi consuetudinē faciat, quā deinceps ipsum obseruare necesse sit, Exēpli gratia: Si quis vno cibo cōsuetus sit vti, vel aliquo potu, vel oīno ab eis abstineat, vel dormire, vel moueri, vel egerere, Venerive indulgere cōsuescat: & ab aliquo istorum impetuose irritetur, maximum incurret nocumentū, si ab eis abstinuerit. Quapropter quisq; corpus suū debet ita preparare, vt caloris & frigoris patiens esse possit, & ad motiones & cibaria sibi necessaria aptum reddat, & vt somni & vigiliarū horas, atq; mansiones & domos sine læsione permutare queat. Fortasis.n.ex necessitate idipsum qñq; facere cogetur: Poterit aūt cō modè, si consuetudinē non obseruet ad vnguem, sed interdū ad insueta trāseat. Porrò quo tpe, quove modo cōsuetudo mutanda sit, copiose admodum docent, Gal.lib.5.c.8.& lib.6.cap.3.de Sanita. tuen.& lib.8.c.9.method.med. Conciliator differen.98. & Hieronymus Cardanus lib.1. tract.6. Contradictione.2. Tertio demum loco traditur, fortiorē ac potiorem medendi metam esse, certā diætā. Quam sanè si medicus curare noluerit, ac aliā quādam, eamq; non satis cōmodam administrauerit, stultè ægrū regere, ac malè curare merito dicetur.

Scien

Sciendũ est aũt, apud Galenum hæc alimentorum genera inueniri, copiosũm, medium, tenue. Copiosũm est sanorũ cibus, qui nõ solùm vires cõseruat, sed ẽt auget. Medium ad sanos ẽt spectat. Nã vires quidẽ conseruat, nõ tñ auget. Tenue, i. quod vires quidẽ cõminuit, eatenus tñ vt nõ exoluantur. Hoc ab autoribus in multas partes diuisum est, nẽpè in tenuè simpliciter, in tenuè exquisitè, in tenuissimũ citra adiectionẽ, & in tenuissimũ in extremo. Tenuè simpliciter per pauca, aut ea quæ parũ nutriũt, edulia fit, cuiusmodi est ptisanæ succus, mulsa, & sorbitio ex alica. Tenuè exquisitè, vbi ptisanæ succus exigua sumitur quãtitate. Tenuissimũ citra adiectionẽ, per mulsam aquã, siue melicratum fit solùm. Tenuissimũ verò in extremo, per solam inediam ad iudicationẽ vsq; progreditur. Copiosum aũt vel est, vbi tota ptisana sumitur, vel copiosos, vbi pisces, oua, & ius carnium: vel copiosissimum, vbi caro. Medium aũt horũ est, vt panis lotus, vel placenta. Sani homines nõ solùm conseruandi, sed augẽdi etiam sunt, propterea alimentum copiosum illis competit. Qui verò ægritudine longa laborant, vires augere non debent, sed bene conseruare: aliter vsq; ad finẽ non sufficerent, propterea hi medio victu cibãdi sunt, qui etiam sanis conuenit, in

quibus vires augere non cupimus, sed illas solùm conseruare animo est, quas etiã in longo morbo totis viribus seruare studemus. Quũ verò ægritudo breui terminatura est; si quarto die finire debeat, aliquid dare non est opus, iuxta illud Hipp. lib. 1. aph. 9. Extremis morbis extrema exqsite remedia optima sunt. Imò si vires sufficerent, & in septimo terminatura esset, nihil penitus dandũ esset nisi post illũ terminũ. Hac de re plura & cognitu nõ indigna reperies apud Hippocratẽ lib. 1. aph. 4. 5. & 6. & ibidẽ apud Galenum & Philotheum in comment.

De administratione diætæ. Cap. LVI.

QVale, quid, & quando, quantum, quoties, vbi, recta
Debent hæc medico in victus ratione notari,
Ne male conueniens ingrediatur iter.

Sex circunstantias medico in præscribenda victus ratione cõsiderandas esse, hoc in loco tradit. Prima, quale: hoc est: cuius qualitatis cibus exhibendus sit: quia in calida ægritudine cibus frigidus, in frigida calidus, in humida siccus, in sicca verò humidus conuenit: Corpus tñ quod secundũ naturã est, simile semper victũ postulat: quemadmodũ quod

præter naturā est contrariū. Siquidem
qđ naturaliter se habet, custodire: quod
præter naturam est, tollere oportet. Sed
de hoc plura Galenus cum alibi sæpè,
tum maximè in arte medicinali. c. 86. &
lib. 1. c. 10. de Sanitate tuend. & lib. 8. c.
9. metho. meden. Secunda, quid. i. cuius
substantię: Athletis n. ac rusticis, iisque,
qui quamlibet actionem fortem ac vehementem obeunt, cibus exhibendus
est crassus ac durus: quia facultatem con
coctoriam possint fortem: neque tenuis
substantię cibus, velut est caro pullorum, caporū, vitulorum, agnorum, hædorum, & similium, ipsis competit: quippe quę in ipsis vel adureretur, vel q̃ par
est citius conficeret ita vt sępius ob id
cibari cogerentur. Non temere igitur
inquit Glossa delectabilis in l. Seruis
vrbanis, in principio. ff. de leg. 3. Rustici non debent vti pane albo, vel pullis,
aut alijs delicatis cibarijs: sed pane
grosso, caseo, cępis, & fabis. Porrò nobilibus atq; ocio deditis hominib. tenuis
substantię cibus magis congruit: quippe
qui virtutē concoctricē habeant debiliorē, q̃ vt crassos cibos eiusmodi sunt
salsę suū atq; boū carnes, & pisces sole,
aut vento, aut fumo indurati, superare
queāt. Pari modo & in ægritudinib. acutis tenuiore vtendū est dięta, q̃ in chronicis. i. longis, sicuti quartanis. Tertia,

quando,i.quo potiſsimũ diei tpe cibus adſumi debeat: in ſanis.n.conſuetudo maximè obſeruanda eſt. Vnde hoib.mane ſurgentibus,tñ in die cibum ſumétibus,æſtate quidē prandendum eſt hora decima,vel paulo ante, neq; differendũ donec propinquet meridies, vt qui maximũ eſtum importare ſoleat: Cœnandum hora ſexta,vel paulò poſt. Hyeme verò iiſdē ob ſomni prolixitatem pran dēdũ eſt hora vndecima vel duodecima: Cœnandũ hora ſeptima, vel paulò poſt: ſed ita tñ, nē quid pter conſuetudinem fiat. Quinēt in ęgris cibādis tpis habēda eſt rõ,pſertim in febricitantib. Siquidē in ipſis paroxyſmis, vel non multò ante futurã acceſsionē à cibis abſtinendũ eſt: qđ nimirũ naturã, quę circa morbi materiã tum occupata eſt cib.oblatus diſtrahat atq; adeò humores morbũ efficientes adaugeat. Neq; immediatè poſt paroxyſmũ cib.dandũ eſt, quippe qué facultas à febris intēperie deiectã nondũ ſuperare queat. Quapropter tādiu ante ſequentis acceſsionis initiũ exhibendus eſt,vt priusq̃ ea appropinquat,decenter invētriculo coquat̃,& ad inferiores partes deſcendat. Idq; in illis pot.ſſimũ ita obſeruandũ,quib. virtus adhuc ſatis valida exiſtit. Iis vero quib. vires proſternunt̃.dādus eſt cibus quocũq; tpe, ét in vigore. Cuius rei teſtis eſt Gal: qui li.1. aphor.

aphor.cōm.9.ita ſcribit. Aliqñ in ipſo ét morbi vigore, vbi Sympt. aliquod interueneri͏t robur naturæ diſſoluens, nutrire cogimur. Quod idē copioſius etiā monſtrat lib.10.c.3.& 5.metho. mede. Hæc oīa de paroxyſmo Stephan. Athenienſis in primū lib. Gal. ad Glauc. cōm. 39. multò clarius in hūc modū exponit: Sciendū ſanè eſt, naturā egere ſemꝑ alimento, quod baſim ac ſedē illius, ꝙ digeſtum eſt, ipſi repleat. Sed hoc ipſum alimentū præcipuè dandū eſt, qñ ipſum concoquere, ac conficere pōt. Concoqt aūt qñ pura ac integra eſt, nec ē febris caliditate vexatur. Quare in interuallo dandū, i. Si.n. in acceſſione demus, facultas q̄ à febris intēperie deiecta eſt, ipsū ſuperare nō pōt. Alimentū aūt non concoctū materia ſit febris. Et hoc eſt, quod Hippoc. lib.1. aph.11. ait. In acceſſionibus ſubtrahere oportet: nā addere nocuū eſt. Dādū igiť eſt alimentū interuallis. Sed hęc dici pñt in intermittētib. In continuis verò quid vtiq; quis faceret? neq;.n. in his inuenire licet remiſſum ac quietū tp̄s, verū continua eſt febris. Tñ in his ét fit μειπυρεξία, i. febris deminutio, q̄ interuallū imitať: tunc alimētum dandū eſt, nō qñ accedunt. Hęc illæ. Plura & ad p̄ſentem ſpeculationē maximè facientia habētur apud Brudū Luſi. lib. 2. cap. 9. de victu febricitantiū. Quarta,

quātū.i.q̄titatis sumendi cibi. Quæ pro fectò in æstate, vt suprà c.19. diximus, minuenda est: q̄ tū ob immodicas resolutiones calor innatus debilior existat: Hyeme verò augēda, propterea q̄ concoctoria facultas id t̄pis ob frigus ambiētis roboretur. Quinta quoties, in die videlicet cibus exhibēdus sit. Est.n. æstate quā hyeme, autūno, aūt vere, sæpius exhibendus, sed minori quātitate. Pari modo facultate cōcoctoria debili existēte, sæpè sed parua quantitate dandus est. Eadē verò robusta existēte, dandus est quidem quātitate magna, sed rarius. Sexta, vbi, id est, quo in loco: cibus enim neq; in loco frigidiore, neq; calidiore sumēdus est, sed temperato.

De Caule. *Cap. LVII.*

IVs caulis soluit, cuius substantia stringit,
Vtraque quando datur, venter laxare paratur.

Hic agitur de caulibus: per quos nihil iā aliud intelligendū, q̄ vulgare illud olus, q̄ *Blaucoolē* appellamus, Gal. *des Chouz*, Hisp. *Versa*, κράμβη Grę. Latinè verò brassica dicta: atq; hoc vel ex Mar. discrete licet, q̄ xeniorū lib. eos caules per nitritā aq̄ virides conseruari ait:

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Re-

Recensentur añt hoc loco tres ipsorũ facultates: quarũ prima quidẽ est, decoctum eorum, & maximè primæ ebullitionis, ventris soluẽdi vim obtinere: In folijs namq; & exteriorib. partib. nitrosa quædã & obstersoria inest qualitas, q̃ sanè, cum debiliter admodum inhæreat, modica elixatio in aquam facilè deponit, eiq; potentiam adijcit purgatoria. Atq; hinc adeò fit, vt ius primæ decoctionis aluum excellentius, q̃ secũdæ deiiciat. Nitrosa.n. illa & abstersoria qualitas exquisitè per primam segregatur, atq; in aquã deponitur. Secũda est, corpus ipsum siue substantiã cõr siccantium rõne ventrẽ sistere magis: quã ad deiiciendũ incitare: quia purgatoria potentia per decoctionem aufertur, & relinquitur substantia terrena sicca, quę sumpta ventrem adstringit, idq; multò magis si nõ bis duntaxat, sed ter aut quater aquã effuderis. Nam quantò exquisitius in aquã succum suũ deposuerit, tantò & illi quidẽ maiorem purgandi vim adiiciet, & reliquã sui substantiam; q̃ velut oleris ipsius caro est, restringentem efficiet. Eadẽ est ratio in beta, atq; adeò in oĩbus fermè quibus sapor aut acris, aut nitrosus, aut salsus inest. Quippè & lenticula ipsa, tametsi satis magnã abstringẽdi potentiã gustu refert, rñ eiusmodi quid sortita est. Nã & huius decoctum,

stomacho inhærentes cõcoquit, incidit, & deorsum pellit. Tertiò cruda concoquit: qa os ventriculi leni quadã adstrictione claudẽs concoctoriã facultatẽ roborat, plurimumq; alimenti corporib9 exhibet. Quartò verò vitiosorũ humorũ multitudinẽ minuit. Eos.n.concoqt, incidit, exiccat & deorsũ expellit, idq; maximè, si panis assatus prius, aut super prunis exiccatus fuerit. Quin eodem ẽt mõ supfluè cõcocta ad *συμμετρίας* reuocat. Porro Vippa Germanicè dicit, *een Vrÿnsoppe*, Gallicè, *vne Soupe au vin*. De ea Hermolaus Barbarus c.95.lib.5.corolarij in Diosc.ita scribit: Erat veteribus ientaculũ, buccea ex vino, qđ genus Barbari, à vino & pane vippã vocãt. De quo Athenæus lib.1. Deipsophist. *ὧν* sic ait: *πρoὶ γον ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν διὰ τὸ ἐν ἀκάτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς*, i. matutinũ eduliũ siue ientaculũ, qđ nos *ἀκρατισμὸν* vocamus, ppeà φ panis buccellæ mero tingant. Lege de eodẽ Plutrarch. in Symp.

¶ *De diæta. Cap. LV.*

OMnibus adsuetam iubeo seruare diætam

Quod sic esse probo, ni sit mutare necesse.

Hippo-

Hippocrates testis, quoniam se-
quitur mala pestis.
Fortior hæc meta est medicinæ,
certa diæta,
Quam si non cures fatue regis,
& male curas.

Quũ primus pręcipuusq; non solum morbi cuiusuis curandi, sed sanitatis ẽt tuendę scopus, vt in libro, q de facilè parabilib. inscribit̃, c.28. & in ꝑ sagio experiẽtia cõfirmato c.5. & in li. de attenuante victus rõne c.1. Gale. adserit, in exacta victus rõne cõsistat: operępreciũ fuit de ea ẽt hic aliqd ꝑscribi. Percipit̃ ergo in primis, vt seruet̃ consueta diæta. Per q̃ sane administratio sex rerum non naturaliũ modò intelligenda venit. Et ratio quidẽ est, quod transgressio à consuetudine noceat nocumento magno. Consuetudo.n. est altera natura, qa, vt lib.1.c.11. rhetoricorũ ad Theodecten, & lib.7.c.10. Ethicorũ, & c.2. de memoria & reminiscentia, ab Aristotele scribitur consuetudo est eorũ, quæ vt sæpè, siue vt plurimũ fiunt. natura eorũ; quæ vt semper. Sępe autem & semper sunt sibi inuicem propinqua. Quod est ergo diu adsuetũ, in naturam ferè transiuit: quemadmodum igitur naturam custodire oportet, ita & consuetudinẽ, si laudabilis

Diætis.

Consuetudo.

dabilis fuerit. Et quemadmodū consueta cibi & potus administratio eadē ratione & aliarū rerū non naturaliū obseruanda est. Vnde si quis consuetus multū laborare velit hanc consuetudinē immutare, ocioq; indulgere minusve laborare, vel aliud laboris genus adsumere, idq; alio & tpe & modo ille proculdubio multū ex hoc debilitabit. Idē intelligendū de cibo ac potu, somno & vigilia, repletione & inanitione, & animę accidentibus. In quibus oībus consuetudinē obseruare decet, & maximè quidē si sit laudabilis, vel ab hac non multū declinet, siue mediū ēt locū inter bonā ac malā obtineat: respectu nimirū illius ad quod fieri debet permutatio. Porrò quanta sit vis consuetudinis, vel inde colligas, ꝙ debiles & senes consuetos labores facilius ferant, ꝗ fortes atq; iuuenes inconsuetos: quod profecto lib. 2. aphoris. 49. Hipocrates ēt hisce verbis confirmat: Qui consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles & senes, non consuetis, fortibus, atque iuuenibus facilius ferunt. Quod dicit, inquit Philotheus, tale est: Sunt duo, hic quidem senex, ille aūt in consistenti ętate, ambo incipiunt fodere, & huic quidem seni contingit rectè fodere, illi aūt qui est in consistenti ætate, non rectè, seni quidē ob consuetudinē rectè quam-

nis sit imbecillus, iuueni aũt non rectè, cùm non adsuetus sit. In vniuersum.n. oportet cognoscere fortiores alijs fieri partes q̃ exercent,& hac de causa solitos labores facilius sustineri. Ex hoc aũt particulari exẽplo licet nobis & de oĩbus rõcinari. Deinde vero, malã pestẽ,hoc est, maximũ periculũ ex repẽtina consuetę diætę permutatione sequi, confirmat authoritate magni Hippocratis:nẽpe ex.2.lib.de vict.rat.in mor.acu. aph.21.&.22.vbi sic inquit Atqui facile est hoc addiscere, q̃ simplex victus cibi ac potus, ipse sibĩipsi semper similis, securior oĩno est ad sanitatẽ q̃ si quis repentè ad aliũ meliorẽ, magnã mutationẽ faciat. Nã & his q̃ bis in die cibũ sumunt,& his q̃ semel, repentinæ mutationes noxas ac ægritudines inducũt. Et eos sanè q̃ prandere non assueti sunt, si pransi fuerint,statim infirmos facit hoc, & toto corpore graues,& debiles, & pigros,&c. Aelianus quoq; ab initio lib.5. de varia historia,Tachi cuiusdã exẽplo, admodum disertè nobis significauit, q̃ periculosa sit repentina dietæ permutatio. Tachos Aegyptius, inquiens,donec vsus est vernaculo victu,& frugaliter vixit oĩum hominũ fuit suauissimus.Postq̃ vero ad Persas venit, & in illorum luxum delapsus est, cùm non posset ferre insolentiam ciborum, vitam in dysenteria

Mutatio subita nocet.

ſenteria tranſegit & luxuriam cũ morte cõmutauit. Quanq́ aũt non ſanis tñ, ſed ęgris quoq; adſueta victus ratio diligenter obſeruanda præcipiaẽ, haud tñ rarò incidit eius ꝑmutandę neceſsitas, qñ nimirũ illaudabilis exiſtit, ita vt, niſi permuteẽ, pernicioſæ inde conſequanẽ ęgritudines. Talis aũt eorũ eſt, q prandium aut cęnã prauis terminare ſolẽt alimentis. Eiuſmodi igiẽ conſuetudĩnẽ neceſſariũ eſt corrigi ac ꝑmutari, non quidẽ ſubitò, ſed paulatim & ordinatè oĩs.n. ſubita ꝑmutatio vehementer nocet maximè ſi à conſueto ad inconſuetũ tranſitus fiat. Hinc eſt quod in libro de natura hominis, ita ſcriptũ reliquerit Hippocrates: Detrahendi ſunt cibi ac potus, qbus vti conſueuerunt, idq́; paulatim facere oportet. Nã ſi quis citò diætã ꝑmutet, periculũ eſt ẽt à permutatione aliq́d in corpore nouatũ iri. Quinetiã laudabilẽ victus rationẽ interdũ mutari neceſſe eſt, quo, ſi qñ neceſſitas inciderit, natura non offendaẽ inſolentia, nouitateq́;, neq; renuat neq; recuſet. Nã q oĩ dięta ſeſe adſuefacit, minus lædiẽ, cùm ad incõſueta trãſire cogitur. Eadem in alijs quoq; rebus non naturalibus ratio eſt, Quod Hippocratis ẽt teſtimonio confirmatur, qui lib. 2. aph. 50. ita ſcriptũ reliq́t. Quæ ex lõgo tpe cõſueta ſunt, etſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolent.

ſolent. Oportet igitur ad inſueta ꝑmutari. In cuius quidem ſnīæ explicatione Philotheus inter cętera ſic inquit: Cum enim quodq; ipſorum factū ſit peculiare, minus lædit, q̄uis ex ſua natura moleſtū ſit, ſi nondū in conſuetudinē venerit. Verbi cauſa, ſolitus eſt aliquis manna comedere, hic ſi ad bonū cibum ſumendū conuertitur, lęditur, cùm adſuetus non ſit: adſuetus eſt aliquis aquæ potioni, ſi pręter conſuetudinē bibat vinū, offendit, q̄m cōſuetudo contēnit. Oportet igitur ad inſueta permutari, vt, ſi neceſſe ſit, ea, quæ offeruntur, ferre poſſimus. Vtentem.n. copioſo nutrimento, oportet ēt parum cibi q̄nq; aſſumere, vt ſi cōtingat, ferat ēt illius vſum. Hinc eſt, ꝙ Cornelius Celſus lib. 1. cap. 3. in hunc etiam modū ſcripſerit. Nimis ocioſa vita vtilis non eſt, qu a pōt incidere laboris neceſſitas. Neq; ēt ex nimio labore ſubitū ocium, neq; ex nimio ocio ſubitus labor ſine graui noxa eſt. Huc igitur reſpiciens Hippocrates rectiſsimè conſulit, conſuetudinem eſſe mutandā. Proinde non temerè à Plutarcho in lib. de tuenda bona valetudine, in hunc modū ſcribit, Exacta illa & vehemēter ad vnguē, vt dici ſolet, obſeruata vitæ rō, ſimul & corpus formidoloſum reddit, ac periculis obnoxiū, & animi frāgit vigorē. Quocirca cauere quiſq; dēt, quēad-

Conſuetudo varianda.

modum lib.4.c.10.ad Alman. Prudentissime Rhazes monuit, ne alicuius rei sibi consuetudinē faciat, quā deinceps ipsum obseruare necesse sit, Exēpli gratia: Si quis vno cibo cōsuetus sit vti, vel aliquo potu, vel oīno ab eis abstineat, vel dormire, vel moueri, vel egerere, Venerive indulgere cōsuescat: & ab aliquo istorum impetuose irritetur, maximum incurret nocumentū, si ab eis abstinuerit. Quapropter quisq; corpus suū debet ita preparare, vt caloris & frigoris patiens esse posit, & ad motiones & cibaria sibi necessaria aptum reddat, & vt somni & vigiliarū horas, atq; mansiones & domos sine læsione permutare queat. Fortasis.n.ex necesitate idipsum qñq; facere cogetur: Poterit aūt cō modè, si consuetudinē non obseruet ad vnguem, sed interdū ad insueta trāseat. Porrò quo tpe, quove modo cōsuetudo mutanda sit, copiose admodum docent, Gale.lib.5.c.8.& lib.6.cap.3.de Sanita. tuen.& lib.8.c.9.method.med. Conciliator differen.98. & Hieronymus Cardanus lib.1. tract.6. Contradictione.2. Tertio demum loco traditur, fortiorē ac potiorem medendi metam esse, certā diætā. Quam sanè si medicus curare noluerit, ac aliā quādam, eamq; non satis cōmodam administrauerit, stultè ægrū regere, ac malè curare merito dicetur.

Scien

Sciendũ est aũt, apud Galenum hæc alimentorum genera inueniri, copiosum, medium, tenue. Copiosum est sanorũ cibus, qui nõ solùm vires cõseruat, sed ẽt auget. Medium ad sanos ẽt spectat. Nã vires quidẽ conseruat, nõ tñ auget. Tenue, i. quod vires quidẽ cõminuit, eatenus tñ vt nõ exoluantur. Hoc ab autoribus in multas partes diuisum est, nẽpè in tenuè simpliciter, in tenuè exquisitè, in tenuissimũ citra adiectionẽ, & in tenuissimũ in extremo. Tenuè simpliciter per pauca, aut ea quæ parũ nutriũt, edulia fit, cuiusmodi est ptisanæ succus, mulsa, & sorbitio ex alica. Tenuè exquisitè, vbi ptisanæ succus exigua sumitur quãtitate. Tenuissimũ citra adiectionẽ, per mulsam aquã, siue melicratum fit solùm. Tenuissimũ verò in extremo, per solam inediam ad iudicationẽ vsq; progreditur. Copiosum aũt vel est, vbi tota ptisana sumitur, vel copiosos, vbi pisces, oua, & ius carnium: vel copiosissimum, vbi caro. Medium aũt horũ est, vt panis lotus, vel placenta. Sani homines nõ solùm conseruandi, sed augẽdi etiam sunt, propterea alimentum copiosum illis competit. Qui verò ægritudine longa laborant, vires augere non debent, sed bene cõseruare: aliter vsq; ad finẽ non sufficerent, propterea hi medio victu cibãdi sunt, qui etiam sanis conuenit, in

quibus vires augere non cupimus, sed illas solùm conseruare animo est, quas etiã in longo morbo totis viribus seruare studemus. Quũ verò ægritudo breui terminatura est; si quarto die finire debeat, aliquid dare non est opus, iuxta illud Hipp. lib. 1. aph. 9: Extremis morbis extrema exqsite remedia optima sunt. Imò si vires sufficerent, & in septimo terminatura esset, nihil penitus dandũ esset nisi post illũ terminũ. Hac de re plura & cognitu nõ indigna reperies apud Hippocratẽ lib. 1. aph. 4. 5. & 6. & ibidẽ apud Galenum & Philotheum in comment.

De administratione diætæ. Cap. LVI.

Quale, quid, & quando, quantum, quoties, vbi, recta
Debent hæc medico in victus ratione notari,
Ne male conueniens ingrediatur iter.

Sex circunstantias medico in præscribenda victus ratione cõsiderandas esse, hoc in loco tradit. Prima, quale: hoc est: cuius qualitatis cibus exhibendus sit: quia in calida ægritudine cibus frigidus, in frigida calidus, in humida siccus, in sicca verò humidus conuenit. Corpus tñ quod secundũ naturã est, simile semper victũ postulat: quemadmodũ quod præter

præter naturã est contrariũ. Siquidem qđ naturaliter se habet, custodire: quod præter naturam est, tollere oportet. Sed de hoc plura Galenus cum alibi sæpè, tum maximè in arte medicinali. c. 86. & lib. 1. c. 10. de Sanitate tuend. & lib. 8. c. 9. metho. meden. Secunda, quid. i. cuius substantię: Athletis n. ac rusticis, iisque, qui quamlibet actionem fortem ac vehementem obeunt, cibus exhibendus est crassus ac durus: quia facultatem concoctoriam possint fortem: neque tenuis substantię cibus, velut est caro pullorum, caporũ, vitulorum, agnorum, hœdorum, & similium, ipsis competit: quippe quę in ipsis vel adureretur, vel q̃ par est citius conficeret: ita vt sępius ob id cibari cogerentur. Non temere igitur inquit Glossa delectabilis in l. Seruis vrbanis, in principio. ff. de leg. 3. Rustici non debent vti pane albo, vel pullis, aut alijs delicatis cibarijs: sed pane grosso, caseo, cępis, & fabis. Porrò nobilibus atq; ocio deditis hominib. tenuis substantię cibus magis congruit: qppe qui virtutẽ concoctricẽ habeant debiliorẽ, q̃ vt crassos cibos eiusmodi sunt salsę suũ atq; boũ carnes, & pisces sole, aut vento, aut fumo indurati, superare queat. Pari modo & in ægritudinib. acutis tenuiore vtendũ est dięta, q̃ in chronicis. i. longis, sicuti quartanis. Tertia,

quando,i.quo potisſimũ diei tp̃e cibus adſumi debeat: in ſanis.n.conſuetudo maximè obſeruanda eſt. Vnde hoĩb.mane ſurgentibus tm̃ in die cibum ſumẽtibus,æſtate quidẽ prandendum eſt hora decima,vel paulo ante , neq; differendũ donec propinquet meridies, vt qui maximũ eſtum importare ſoleat: Cœnandum hora ſexta,vel paulò poſt. Hyeme verò iiſdẽ ob ſomni prolixitatem pran dẽdũ eſt hora vndecima vel duodecima: Cœnandũ hora ſeptima, vel paulò poſt: ſed ita tñ, ne quid p̃ter conſuetudinem fiat. Quinẽt in ęgris cibãdis tp̃is habẽda eſt rõ,p̃ſertim in febricitantib. Siquidẽ in ipſis paroxyſmis, vel non multò ante futurã acceſsionẽ à cibis abſtinendũ eſt: qđ nimirũ naturã, quę circa morbi materiã tum occupata eſt cib.oblatus diſtrahat atq; adeò humores morbũ efficientes adaugeat. Neq; immediatè poſt paroxyſmũ cib.dandũ eſt, quippe quẽ facultas à febris intẽperie deiectã nondũ ſuperare queat. Quapropter tãdiu ante ſequentis acceſsionis initiũ exhibendus eſt,vt priusq̃ ea appropinquat,decenter invẽtriculo coquat̃,& ad inferiores partes deſcendat. Idq; in illis pot.ſſimũ ita obſeruandũ,quib. virtus adhuc ſatis valida exiſtit. Iis vero quib. vires proſternunt̃.dãdus eſt cibus quocũq; tp̃e, ẽt in vigore. Cuius rei teſtis eſt Gal. qui li.1.

aphor.cõm.9.ita ſcribit. Aliqñ in ipſo ẽt morbi vigore, vbi Sympt.aliquod interuenerit robur naturæ diſſoluens, nutrire cogimur. Quod idẽ copioſius etiã monſtrat lib.10.c.3.& 5.metho. mede. Hæc oĩa de paroxyſmo Stephan. Athenienſis in primũ lib.Gal.ad Glauc.cõm. 39.multò clarius in hũc modũ exponit: Sciendũ ſanè eſt, naturã egere ſemꝑ alimento, quod baſim ac ſedẽ illius, ꝙ digeſtum eſt, ipſi repleat. Sed hoc ipſum alimentũ præcipuè dandũ eſt, qñ ipſum concoquere, ac conficere põt. Concoqt aũt qñ pura ac integra eſt, nec ẽ febris caliditate vexatur. Quare in interuallo dandũ, i. Si.n.in acceſſione demus, facultas q̃ à febris intẽperie deiecta eſt, ipsũ ſuperare nõ põt. Alimentũ aũt non concoctũ materia ſit febris. Et hoc eſt, quod Hippoc.lib.1.aph.11.ait. In acceſſionibus ſubtrahere oportet: nã addere nocuũ eſt. Dãdũ igiť eſt alimentũ interuallis. Sed hęc dici pñt in intermittẽtib. In continuis verò quid vtiq; quis faceret? neq;.n.in his inuenire licet remiſſum ac quietũ tp̃s, verũ continua eſt febris. Tñ in his ẽt fit μετπυρεξία, i. febris deminutio, q̃ interuallũ imitať: tunc alimẽtum dandũ eſt, nõ qñ accedunt. Hęc illæ. Plura & ad p̃ſentem ſpeculationẽ maximè facientia habẽtur apud Brudũ Luſi.lib. 2.cap.9.de victu febricitantiũ. Quarta,

quatũ.i.q̃titatis sumendi cibi. Quæ profectò in æstate, vt suprà c.19. diximus, minuenda est: quia tũ ob immodicas resolutiones calor innatus debilior existat: Hyeme verò augẽda, propterea quia concoctoria facultas id t[em]pis ob frigus ambientis roboretur. Quinta quoties, in die videlicet cibus exhibẽdus sit. Est.n. æstate quã hyeme, autũno, aut vere, sæpius exhibendus, sed minori quãtitate. Pari modo facultate cõcoctoria debili existẽte, sæpè sed parua quantitate dandus est. Eadẽ verò robusta existẽte, dandus est quidem quãtitate magna, sed rarius. Sexta, vbi, id est, quo in loco: cibus enim neq; in loco frigidiore, neq; calidiore sumẽdus est, sed temperato.

De Caule. Cap. LVII.

IVs caulis soluit, cuius substantia stringit,
Vtraque quando datur, venter laxare paratur.

Hic agitur de caulibus: per quos nihil iã aliud intelligendũ, q̃ vulgare illud olus, quod *Blaucoole* appellamus, Gal. *des Choux*, Hisp. *Versa*, κράμβη Græ. Latini verò brassica dicta: atq; hoc vel ex Mar. discrete licet, q. xeniorũ lib. eos caules per nitritã aq̃ virides conseruari ait:

Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Re-

Recensentur ait hoc loco tres ipsorũ facultates: quarũ prima quidẽ est, decoctum eorum, & maximè primę ebullitionis, ventris soluẽdi vim obtinere: In folijs nanq; & exteriorib. partib. nitrosa quædã & obstersoria inest qualitas, q̃ sanè, cùm debiliter admodum inhæreat, modica elixatio in aquam facilè deponit, eiq; potentiam adijcit purgatoriã. Atq; hinc adeò fit, vt ius primæ decoctionis aluum excellentius, q̃ secũdæ deiiciat. Nitrosa.n. illa & abstersoria qualitas exquisite per primam segregatur, atq; in aquã deponitur. Secũda est, corpus ipsum siue substantiã cõi siccantium rõne ventrẽ sistere magis: quã ad deiiciendũ incitare: quia purgatoria potentia per decoctionem aufertur, & relinquitur substantia terrena sicca, quę sumpta ventrem adstringit, idq; multò magis si nõ bis duntaxat, sed ter aut quater aquã effuderis. Nam quantò exquisitius in aquã succum suũ deposuerit, tantò & illi quidẽ maiorem purgandi vim adiiciet, & reliquã sui substantiam; q̃ velut oleris ipsius caro est, restringentem efficiet. Eadẽ est ratio in beta, atq; adeò in oĩbus fermè quibus sapor aut acris, aut nitrosus, aut salsus inest. Quippè & lenticula ipsa, tametsi satis magnã abstringẽdi potentiã gustu refert, tñ eiusmodi quid sortita est. Nã & huius decoctum,

ctũ, ventris soluendi vim obtinet. Verũ hic succus ẽt, si degustes, perspicuã mistură repreſentat, tanq̃ si nitroſo austerũ quid cõmiſceas. Sed & conchularum maris, cęterorumq; ferè ostrearũ ſuccus planè ſalſus eſt, tũ ventrem ſoluẽdi vim obtinet: q̃uis eorum caro ventrem repri mat. Tertria eſt vtrunq; nempę decoctũ atq; ſubam ſimul ventris ſubductionẽ efficere cum.n.vires ſuas ita retineant, abstergere ẽt, & inteſtina ad expulſionẽ irritare, & conſentaneum eſt. Lege hac de re plura apud Gal. lib. 3. de ſimpl. me dic. fac. c. 14. & lib. 1. c. 3. & 25. & lib. 2. c. 44. de alim. facul. proditum quoq; eſt, Braſicam naturali quadã facultate vino aduerſari, & curare temulentiã: Vnde quærit Ariſtoteles. 1. Sec. proble. 17. Quid eſt cur braſſica ſedet crapulam? Nõnulli reſpondent, hoc euenire ſolitum, q̃ exvſu eius fumi eleuentur admo dum craſſi, qui cum vini vapores incraſſent, ad cerebrũ aſcendere ẽt prohibẽt. Ariſtoteles tñ aliam adſignat cauſam, nẽpe quod quicquid humores vinoſos vndiq; & omni ex corporis parte ad ſe in aluum trahit, & corpus refrigerat, tol lat crapulã. Braſſica aũt eſt hmõi. Ergo braſſica curat crapulã, Minor probatur, quia per ſuccũ eius humores, qui vinoſi crudiq; tenentur, è toto corpore detrahuntur. Ipſa verò ſubſtantia frigida, ſty-

Cõcula Oſtra.

Braſica temulentiam curat.

ptica,

ptica,ac terrea,ſuprà in vẽtriculo rema nens corpus refrigerat,quò fit,vt tenues humores ad veſicam labant.Cùm igitur humor vtrinq; educatùr,corpusq; refri geretur, rectè per cõſequens à crapulà liberatur.Euenit adhęc, vt cùm humores deorſum ſe trahunt atq; excernunt, flatum ẽt ſecum deducãt: qui, ſi per vinũ liceat in caput ſe efferens grauitatẽ creat,& crapulã: ſin aũt deorſum ſe vertit, corpusq; ob cauſam prędictã refrigeratum eſt, dolor crapulæ oĩs tollitur. Quin & ipſa braſſicę folia, quẽadmodũ lib.2.de cõpoſ.med.local.c.1. Galenus atteſtatur,calida macerata,capitiq; circũpoſita ac obligata, naturaliter ebrietati reſiſtunt. Porrò braſſica,q̃ edendo eſt calfacit & ſiccat primo abſceſſu.Prauum & melancholicũ ſuccum procreat. Aeſtiua tñ peior eſt quã hyberna. Oculorum aciem habetat, vnde Gręcis etiã κράμβη dicta cenſet,quaſi κοράμβλη,q̃d pupillas oculorũ quas illi κόρας vocãt, obtundat,haberetq;. Somnum per contraria inſomnia interturbat. Stomachũ male habet,parumq; nutrit: at ſi cũ pingui carne coquat, plurimũ noxę atq; vitij amittit.Vrinã ac menſes ciet,& lumbricos interficit. Succus eius cum melle ſumptus magnificè defectiones vocis iuuat;& ſi vulnerib.imponat, ea glutinat, doloſa malignaq; vlcera, & induratas

inflãmationes sanat. Plura Dioscor. lib. 2. cap. 146. Plin. lib. 20. c. 8. Galenus locis suprà citatis. Simeon Sethi in Syntagmate. Rhazes lib. 3. c. 18. ad Almansorem, & Auicenna. 2. Cano. capite. 142.

¶ *De Malua.* *Caput LVIII.*

Dixerunt maluã veteres, quod molliat aluum.
Huius radices rasæ soluunt tibi fœces.
Vuluam mouerunt, & fluxum sæpè dederunt.

Hic agitur de facultatibus maluæ. Et primo qdem versu, qui ex lib. 2. cap. 36. Aemilij Macri huc adscitus est, veteribus Latinis maluã ab emolliẽda aluo sic dictã esse, tradit. Cuius sanè rei testis ẽt M. Varro, qui maluã quasi moluã, ꝙ aluum molliat, dictã esse contendit. qppe quæ clysteribus infusa, vel in cibo accepta, ventrem facilè moueat. Quinetiam Græcis μαλάχη, ab emolliendа aluo, nomen traxit. Siquidẽ ipsis μαλάττειν mollire significat. Antiqui enim ex in acetarijs cum lactuca ad subducendam aluum vtebantur. Vnde Martialis lib. 10. Epigrammatωn.

Exoneraturas ventrem mihi villica maluas
Attulit, & varias, quas habet hortus opes.

Et ali-

Et alibi:

Vtere lactucis,& mollibus vtere maluis.

Cæterùm hoc olus facilè subducitur, non modò propter humiditatē,verumetiam propter genuinam viscositatem,& potissimùm qñ quis cū oleo & garo copiosam ipsam sumpserit. Atq; ob id inter quatuor etiā emollientía, quorū decocto in clysteribus ad induratarū fęcum eductionē passim,vtimur,primū locum sibi vendicauit. Porrò duplex malua est:Vna quidem floribus sanguineis,altera verò cādidis,& in hac quàm illa maior emoliendi vis inest.

SECVNDO deinde versū innuitur, radices maluę rasas,fęcibus educēdis eē accōmodas:& maxime qdē si inde,pinde atq; è radicib. mercurialis, βαλάνοι, id est,glandes,siue suppositoria fiant.

TERTIO demum versu, Maluam menses ciere dicitur, quod & ipsum sanè ob manifestam humectendi facultatem ac genuinū lentorem præstat. Insessione namq; vterum emollit,ita vt venę eius ab acri sanguine propius fundant. Quinetiā menses pūocare certo se experimento didicisse Platearius adserit. Folia maluæ trita cum folijs salicis,omnibus emplastris cōmodiora sunt. Nam & inflāmari nō sinunt, & sanguinem sistūt & recens vulnus cicatrice includūt. Sed & luxatis ac contusis medentur.

Pha-

Phalangiorũ quoq; & repetiliũ plagas curant folia eiusdẽ, si cepas & porrũ triueris, eisq; miscueris, ac imposueris. Si quis verò syluestris maluę succo cũ oleo illinatᷣ, à vespis & apibus non pungetur, sed & q punctus iã est, succo opẽ sentit, & folia maluę contusa & imposita similiter pcussũm ab illis sanãt. Similiter autẽ curat malua illita, lichenas, & occulta fœminarũ vitia. Succus verò eius auribus instillatus dolorẽ auriũ sedat. Cum melle acceptus thoracẽ pulmonemq; iuuat, & raucã vocẽ lenit hepaticos sanat, & comitiali apphensos resipiscere facit. Eodẽ modo & nephreticis & ischiadicis auxiliatᷣ. At verò decoctũ ipsius potatũ, difficultatẽ emittendi vrinã emendat, lapides cõterit somnũ cõciliat, facilemq; partum præstat. Prodest ẽt erosionibus vesicæ, & intestinorũ, vuluæ, sedisqne clystere infusum. Malua illita inflammationes lenit, eaque, quę indurata sunt, emollit. Plura Dioscorides lib. 2. c. 111. Plin. lib. 20. c. 21. Gal. li. 7. de. simpl. me. facult. c. 95. & lib. 2. de ali. fac. c. 42. Constantinus Cęsar lib. 12. de agricultura cap. 12. & Simeon Sethi in Syntagmate.

¶ *De Mentha.* Cap. LIX.

MEntitur mentha, si sit depellere lentha.

Ventris

Ventris lumbricos, ſtomachi ver mesque nociuos.

Menthã eo noĩe non eſſe dignandam, niſi alui ẽt lumbricos & ſtomachi vermes enecandi atq; exppellendi facultatẽ obtineat, hoc loco adſerit. Amarũ.n. quiddã in ſe habet & acerbũ, & amaro quidẽ, non ſecus atq; abſinthiũ, lumbricos interficit: acerbitate verò ſi cũ oxycrato bibat, recentes ſanguinis reiectiones reprimit. Exhibendũ aũt decoctum eius, velut abſinthij quoq;, & non ſubſtantia. Eſt.n. vt ſi q̃ alia herba, tenuium partiũ, guſtu acri, & facultate calida, ex tertio nimirũ ordine excalfacientiũ, & ſecundo ſiccantiũ. Quare medicamẽto potius, q̃ alimento ipſa vtimur. Hepar enim frigidum & ventriculum iuuat, corroborat & ſtomachum, & concoctionem facit, ſedat quoq; ſingultum, & vomitum phlegmaticum atq; ſanguineum Prodeſt quoque ad cordis morſus, & appetitionem ſuſcitat: Mediocriter itẽ ad Venerem excitat, id quod oĩbus accidit, quæ humiditatem ſemicoctam & flatuoſam continent. Aperitq; iecinoris ac ſplenis obſtructiones. Verũ hac veſci ad ſatietatem non oportet q̃m ſanguinem extenuat, & ſeroſum facit, & ipſum in flauã bilem permutat: de inefficit vt ſanguis, qui maximè eſt tenuiũ partium,

tium, dissoluat, & crassius ac melancholicus relinquat, atq; idcirco oportet biliosos ab ea abstinere. Contrita cũ sale & morsui rabiosi canis imposita, medicamentũ fit salubre. Arida verò trita, & post cibũ sumpta, ad concoctionẽ facit, & lienosos iuuat. Cũ vino pota difficulter parienti succurrit. Ferunt et quod mansa lipienti imposita, fiat remedium: quodq; eius decoctum absorptũ, confestim sanguinẽ è faucibus eiicientes sanet. Coire lac densariq; in caseũ non patit, si folia potionib. lactis immergant. In summa, stomacho vtilis est: & in condimentis peculiarẽ gratiã hẽt. Huius semen ventrẽ purgat, & pulmonẽ lædit. Plura Diosc. libr. 3. c. 35. Plinius lib. 20. cap. 14. Galenus lib. 6. de simpl. med. facult. cap. 136. Simeon Sethi in Syntag. & Auicenna. 2. cano. cap. 495.

¶ *De Saluia.* Cap. LX.

CVr moriatur homo, cui saluia
crescit in horto?
Contra vim mortis non est medicamen iq hortis.
Saluia confortat neruos, manuumque tremorem
Tollit, & eius ope febris acuta fugit.

Saluia,

Saluia, castoriumq;, lauendula, primula veris.
Nasturt. Athanas. hęc sanat paralytica membra.
Saluia saluatrix naturæ conciliatrix.

Permagnā esse vtilitatē Saluię hoc loco tradit: Ac prima qdem versu par mōdū dubij qritur, q. fiat, vt homo moriat, q saluia crescit in horto? ad qđ ita rńdetur scđo versu. Quanq̄ medicina in hortis reperiat, q corporis putrefactioni resistat, humiditatemq; custodiat naturalē, ne citius q̄ par est dissipet, nulla tñ inuenit, q moriendi necessitatē è medio tollat. Et hoc est, qđ Auicenn. 3.1.c. singulari ait: Ars quidē sanitatis tuēdæ nos à morte securos non facit, neq; corpus à foris incidentib. nocumētis munit, neq; vnumquodq; corpus ad vltimam vitæ longitudinem, quę est secundum hominē absolutè, perducit. Sed de duab. reb. securitatē prębet; Putrefactionem.n. penitus excludit, & humiditatē defendit naturalem, ne iusto citius resoluatur.

SECVNDO loco tres referuntur saluiæ effectus: ac primo quidem quòd neruos roboret. Siquidem manifestę calfacit, & leniter adstringit humorum igitur copiam, qua nerui impedi-

ti relaxabantur, exiccat, refrigeratosq; recalfacit. Deinde, q manum tremorē
Manum tremor. tollat: Nam quicquid neruo: roborat ac cálfacit, tremorē etiā tollit. Tremor.n. ex neruorum imbecillitate & frigiditate potiſsimū accidit. Atq; hanc ſanè ob cauſam ſenes nōnulli & anus decrepitæ cibis ac potibus ſuis folia ſaluię impone re ſolent. Tertio, q acutā remoueat febrem: cuius hāc adſignaueris cām, nempè quod humores exiccet, adeoq; putre factionē, q̄ acuta febris magna ex parte comitatur, impediat. Porrò ſaluia tēpe ramento eſt euidenter excalfaciente & exiccāte, atq; eam ob rē per ſe in victus ſalubris rōne nō temerè vſurpanda. Attamen cùm neruos excellenter roboret, dupliciter ea hoīes in ſanitatis tutela vti conſueuerunt. Aut.n. inde parant ἐμβάμματα.i. intinctus, quéadmodū oſtēdimus ſuprà cap.22. appetentiā ità reuocātes ei, cui vētriculus crudis, incōcoctis, ac prauis humorib. refertus fuerit. Aut vinū ex ea etiā conficiūt. Saluia-
Saluiatū vinum. tum ipſis appellatū, q in menſę principia potiſsimū expetit. Hoc cū ſibi qualitatē quandā a ſaluia calidā ſimul ac ad ſtringentē, aromaticāq; & exiccantem adſciſcat, tremulis, paralyticis, & epilepticis mirè conferre putandū eſt: pręſertim ſi poſt purgationē ex epoto medica mento modicè ſumatur. Quin & ventri

culum,

culũ,cerebrũ:neruos ac reliquas quoq; corporis partes præ humiditate laxas, exiccat ac roborat,idq; per hyemẽ maximè, valet cõtra renũ, vesicę, & laterũ dolores,reiectiones sanguinis,tussim,rupta, & vulsa. Difficili vrinę auxiliat,& suppressos menses proritat,sed immoderatius,quocirca grauidis nõ nisi cũ timore exhibendũ est, qppè q partus facilè enecet,& abortus faciat. Vaporosum est admodũ,facileq; caput ferit,& citò inebriat,quare caput debile habentibus, quibusq; plurimũ molestię catarrhus exhibet,ab ipso in roborãdo vẽtriculo cauendũ est:ne,dũ vni parti auxiliũ quærunt, reliquas offendant. Imò verò nec aliàs immoderatius eo vtẽdũ ẽ, neq; ad depellendã sitim,neq; ad deferendũ per miscẽdũve cibũ:qppe q vniuersum ita cibũ ad extremã prõptissimè caliditatẽ ac siccitatẽ perduceret. Primũ.n.per se calidũ & siccum est vinũ,deinde verò & saluia sat strenuè excalfacit, desiccatq;, & tenuiũ est partiũ: quare quod inde fit vinũ,& immodicã haud dubiè caliditatem ac siccitatẽ inclinabit,atq; ob id sanitatis tutelæ minus conuenit: vt quod ingestum cibũ præmaturę atq; antè perfectam eius concoctionem è ventriculo ac hepate ad cerebrũ facilè & neruos deferret,obstructionẽq; oĩs putredinis matrẽ in humano corpore excitaret. Plura

de hoc

de hoc Magninus cap. 21. par. 3. regiminis sanitatis, & Ioan. Michaël Sauonarola, in maiori prac. trac. 2. cap. 4. rub. 15. Duplex porrò saluia passim in hortis spectat: Vna magnis, latis, & asperis folijs, q Germanis *groote ofs breede Sauie* dicit: Altera verò folijs minoribus, contractioribus, & leuioribus, quā ijdē *Gleyn oft edel Sauie* vocāt. Greci, quod ipsa herba retorrida semp & exucca appareat, cōmuni vtrāq; appellatione nūcuparūt ἐλελίσφακον, quòd quasi in tabem, vel sideratiōnem redacta videatur.

Saluia. TERTIO loco sex enumerant medicamenta simplicia παραλύσει curādę accōmodatissima, nempe saluia, Castoriū, Lauēdula, Primula veris Nasturtiū, & Athanasia. Hęc nāq; oīa proprietate quadā mēbra paralytica curāt ac sanāt. De saluia qdē ex modò dictis satis constat: qppe q genuina caliditate & siccitate sua pituitosum humorē, quo nerui obstructi resoluebantur, facilè consumat, adeoq; neruis ipsis robur addat: Castoriū. Castoriū calfacit siccatq; cū extenuādi virib. eximijs, qbus pter alias actiones ēt neruorū, q ex copia humorū malè hnt, affectibus, nēpè tremori, stupori, cōuulsioni, & paralysi, cōgruit, & refrigeratos facilè recalfacit, & extrinsecus applicatū, & potui datū, idq; ita, vt nullū aliā offendat particulā, et si mediocriter febris af-

fligat, quēadmodū ī veternis & catapho-
ris, sed & mēsibus retentis proficit, & se-
cūdas expellit. Iuuāt ēt, si qs suffitū eius
in prunis īpositi inspiratione hauriat,
maximè q affectus in pulmone aut capite
cōsistētes. Frigide quoq; surditati, & au-
ribus ob crassos flatulentosq; spūs dolē-
tibus pclārè opitulat, ad lentis magnitu-
dinē cū oleo nardino infusum. Oleum
ptereà castorij nō minus cōtra frigidos
neruorū & iūcturarū affectus oēs valet,
q castoriū ipsum: pfertim si post materię
euacuationē applicet: residuū.n. consu-
mit, neruos roborat, paralysi, cōuulsio-
ni, ac tetano mēdet, & acerrimos rigo-
res & frigora febriū, si spina dorsi co li-
niat, sedat. Porro Castoriū testiculus est
aīalis ancipitis vitę, qd κάστωρ a Grecis,
a Latinis Fiber, a Germanis verò *een Be-
uer.* Gallis, *vne Bieuere* appellat. De quo
Diosc. lib. 2. c. 23. Plin. lib. 8. c. 30. & lib.
32. c. 3. Gal. lib. 11. ca. 11. de simpl. med.
facul. Pau. lib. 7. & Auic. 2. cano. c. 125.
Lauendula excalfacit & exiccat ordine *Lauen-*
secūdo cōpleto, vel tertio inchoante, vi- *dula.*
ribus a nardo Celtica hō longè recedē-
tibus. Confert oībus cerebri ęgritudini
bus a frigido, pueniētib. cōuulsis, resolu
tisq; auxiliat, vētriculū roborat, & iecur
ab infractū liberat, qn & obstructos lie-
nes iuuat: vterū calfacit, & mēses & scdas *Primula*
educit. Primula veris calida est, & sic- *veris.*
ca ner-

ca neruos roborat conuulſioni, tremori, apoplexię, paralyſi, cæteriſq; neruorũ atq; articulorũ vitijs frigidis & humidis auxiliatᷣ: atque inde arthritica et à nonnullis, & herba paralyſis appellatur. Primula veris aũt dr̃, q.ſ. verò inchoante mox erũpat, Germanicè *Sluetelbloemen* Gallicè *Bouillon.* Hiſpanicè *Gordolobo.* Per naſturtiũ Siſymbriũ aquaticum hic intelligitᷣ, quod riguis gaudet, & in fontiũ riuis diſcurrentibus comite Scio naſcitᷣ, folijs primo exortu rotũdis, cùm verò adoleuerint, erucæ modo diſſectis odore ac ſapore ſatiuo naſturtio proximus, atq; ob id *καρδαμίνη* à nonnullis, id eſt, naſturtium nominatᷣ, Germanicè *Kersse.* Gallicè *Cresson alenois.* Hiſpanicè *Mastuerço.* Ea herba cum ſicca eſt, tertij eſt ordinis excalfacientiũ & deſiccantiũ: cum humida & viridis, ſecundi: craſſos & pituitoſos humores extenuant, incidit & reſoluit: qua ratione neruos à phlegmate purgat, paralyſiſq; cauſam aufert. Atq; hinc ſanè præcipiunt medici, vt in quadragenaria illa Eccleſiæ abſtinentia, pp phlegmaticos cibos q̃ per id tp̃s mandi ſolent, naſturtia quoq; ſubinde exhibeantᷣ. Athanaſia, tanacetum etiã vocatᷣ, & Germanicè *Eynoet.* Gall. *Armoyse.* Hiſp. *Artemesia*; q̃ filicis ferè effigie in aquarum ripis naſcatᷣ; vel alio noĩe *VVormeruyt*, q̃ lũbricos è ventre pellat.

Nasturtium.

Athanasia.

pellat, siue foris imposita siue intrò in corpus assumpta. Ea parthenij spēs quędā existit, purgandiq; phlegmatis facultate p̄dita est neruos caliditate sua exiccat, lūbricos, & materiā, vñ illi generantur, ex ventre pellit. Plurimū igit̄, Galli primis sanctū post Pascha dieb. athanasia cū ouis frixa ad phlegmatis per ieiuniū quadragenariū ex esu pisciū collecti eductionē vtunt̄ ne. s. inde lūbrici in corporib. aptis ac p̄paratis generent̄. Recentiores ēt vtunt̄ ad ventriculi & alui flatus discutiendos: itē ad frangendos renū calculos, & ad ciendā vrinā. Vltimo tandē versu tradit̄, Saluiā sic dici, ꝙ ad multa sit salutaris, p̄cipuè ad fęcūditatē.

¶ *De ruta. Cap. LXI.*

NObilitas rutæ hæc, quod lumina reddat acuta, *Ma. li. j. Cap. 12.*
Auxilio rutæ vir quippe videbis acute.
Cruda comesta recens oculos caligine purgat.
Ruta viris minuit Venerem mulieribus addit.
Ruta facit castum, dat lumen, Et ingerit astum.
Cocta Et ruta facit de pulicibus loco tuta.

Quatuor

Quatuor hic recensent facultates rutæ: Ac prima quidē, q acutā reddat videndi aciē: cōmanducata.n.vt testis est Dioscor.lib.3.c.45. & post eū Auicenna.2.Cano.c.578.mirè opitulatus oculis, qui hebetudinē sensere. Prestat idem & succus eius cum succo fœniculi & melle inunctus. De hoc nonnihil quoque suprà cap.13. & infra cap.79.

Secunda, quòd coeundi desideriū in viris minuat, augeat verò in mulieribus. Nam cùm ex tertio sit ordine excalfacientiū & siccantiū, flatus strenuè discutit aboletq;,& semē virile, quod tenuè admodū & aereum est, resiccat, ac prorsum ne esse quidē permittit. Ex quo sanè Veneris appetitum in viris cohibet sed in mulierib. semen aquosum, & frigidum calfacit, incidit, & extenuat quare eas ad coitum magis incitat.

Tertia, q astutiā siue calliditatem, i. apprehensionē & medij alicuius in subtili causa facilē inuentionem, vsurpantibus conciliet. Calfactione.n.ac resiccatione extenuantur, & acuuntur spiritus, fouētur & illustratur ingenium.

Cōtra pulices. Quarta, q decoctum ipsius, si domus eo respergat, pulices depellat eos.n.vt vno ore medici testantur acrimonia sua necat, & graui odore fugat. Pamphilus apud Constantinū Cæsarē lib.13.c.15. de agricultura, lōgè plura aduersus pu-

licũ molestias remedia enumerat. Scrobē, inqt, facito, & rhododaphanas cõtusas in ipsum mittito, isticq́; oēs concurrēt. Absinthiũ, aut cucumeris syluestris radix, aqua marina rigata ac respersa, pulices necat. Disperdit aũt ipsos punitus Melanthiũ aqua maceratũ ac respersum. Aut conyzæ coctæ decoctũ irroratũ. Disperdit eosdē similiter semen sinapis & rhododaphnes, ambo ferucfacta & in domo respersa. Calcē viuã cribraro, & postq̃ locũ verreris inspergito, indeq́; necabunt. Idē continget ex amurca pauimentis assiduè irroraris. Cyminũ itē syluestre tritũ ac aqua mixtum, & seminis cũcumeris syluestris dragmæ decē tritę, & in aquã demissę, indeq́; domo respsa, pulices crepare faciũt. Itē chamęleæ radix, & populi nigrę folia tusa & aqua macerata, tribolus ex aqua cocta pulices ēt muria acris respersa, & aqua marina enecat. Qđ si in media domo qs peluim deponat, & circulũ machera penitus ferrea circũscribat, & reliq̃ domũ, preterq̃ locũ circumscriptum, cremore staphidis agriæ aut lauari foliorũ tusorũ cõspergat, aut ēt muria, aut aqua marina cocta oēs pulice in peluim congregabit. Fictile quoq; vas defossum, ita vt labra ęqualia pauimmento habeat, & adipe taurino olitum, omnes pulices in sese congregabit, etiam eos, qui adhuc in pallijs

Pulicum remedia.

Q delite-

delitescunt. Sub lecto paruulũ scrobẽ facito, & in ipsum sanguinẽ caprinũ mittito, congregabitq́; pulices illhic, & ex alijs vestibus se illicet ac vocabit. Cæterùm ex amphinalijs & densissimis tapetibus, in quibus plurimi pulices delitescunt, eximi ac euocari possint, si sic in vrna aut dolio ipse sanguis caprinus deponatᷓ. Hactenus ille. Auicen. 6.4. Trac. 8. ca. 11. de effugatione pulicũ hoc amplius addit. Qñ inquit, domus colocynthidos infusione aspergitᷓ, saliunt pulices & fugiunt: & similiter ex decocto rubri. Referunt quidam, ꝙ si lignũ adipe erinacei oblinatur, istic pulices statim oẽs concurrent. Fungantᷓ quoq; suffitu sulfuris. Est ẽtnum herba quędam vulgaris notitię, Arabice dicta Chichuanu .i. herba pulicũ, q́ in ciuitate Chairi puluerizata in lecto circa dormientes ponitᷓ, & ex odore illius inebriantᷓ, stupidiq; fiũt pulices, & non lędunt. Porrò nihil ęque disperdia pulices, ac graueolentia, velut ruta, mentha, mentastrũ, & lupulus, præcipuè tñ simus & vrina equi. Enecat pulines seminis rapi decoctum inspersum. Quin & taurini cornus suffitu pulices fugari perhibentur. Fama est, inquit Dioscorid. lib. 4. c. 65. si psylliũ virens domũ importetᷓ, non sinere in ea pulices gigni. Postremo verò nihil tam accommodum est comprehẽdendis pulicibus,

licibus, q̄ secto imposita recens & candidissima lanugo xylina, q̄ Germanicè *Boon vuolle, ofe cottoen*. Gallice *Du coton*, Hispanicè *Algodon* vocamus. in ea nanq; congregati facillimè capiuntur. Plura Rhazes lib. 8. cap. 8. ad Almansorem.

¶ *De Cæpis. Cap. LXII.*

DE cepis Medici non consen-
tire videntur. *Sũt Macri lib. 1. cap. 7.*
Fellitis non esse bonas, ait ipse
Galenus,
Phlegmaticis vero multum pu-
tat esse salubreis.
Non modicum sanas Asclepius
adserit illas,
Præsertim stomacho, pulchrumq;
creare colorem.
Contritis cepis loca denudata
capillis.
Sæpe fricans, capitis poteris re-
parare decorem.

Agit hoc in loco de Cepis. Ac primo, quidē dr̄, medicis de natura earū nondū satis constare Nā ipsorū quidā phlegmaticis ex vsu esse tradunt, quidā verò minimè Gale. lib. 2. de alim. facul. c. 71. cholericis admodū nocere, phlegmaticis verò ꝓdesse ijs attestat̄ verbis. Absti-

nendum ab assiduo vsu oīum acriũ,ceu ceparũ,porri,& allij; & potissimũ cùm is qui ipsis vescit,natura fuerit biliosus. Solus.n.q vel succum pituitosum, vel crudũ & crassum & lentum aceruarint, cibi eiusmodi sunt accõmodati. Siquidē cepę vt.2.Can.c.122.Auicennę placet,in tertio calfaciũt abscessu, sed Gale.lib.7.de simp.med.fac.c.58. quartũ excalfacientē ordinē ipsis adsignat. Quo fit vt calidis, quales cholerici cũprimis existunt, vehemēter officiãt. Rhazę verò libr.3. ad Alman.c.18,superfluos humores, & phlegma in stomacho generant. Quod de illis maximè intelligendum,q̃ crudæ mandunt. Earũ nãq; essentia crassarum est partiũ,& mali succi. Porrò p fellitos, quemadmodũ Cornarius noster in c.7. lib.1. Macri dissertè admodũ monuit biliosos hoc loco accipere oportet, id est, πάραλωσ:, sicut plegmaticos pituitosos. Deinde verò cepas phlegmaticis multũ prodesse tradit. Corpus.n.calfaciũt, humoresq; crassos ac glutinosos in ipso coaceruatos cõcoquunt attenuãt incidũt,& detergũt. Quin eadē ēt rōne stomacho frigidis, crassis, ac glutinosis humoribus grauato vtiles sunt,& ad validũ colorem, veluti testis est apud Plinium lib.20.c.5. Asclepiades, proficiũt. Neq;.n.fieri pōt, vt viuidus ac floridus sit faciei color, vbi ventriculus crudo,

pituitoso

pituitoso ac prauo succo refertus fuerit. Tertio demum loco adseritur contritarum ceparum succo pilos, siue crines locis glabris ac denudatis restitui, si eo sæpius perfricentur: & maximè quidem si ex densatis infractisque meatibus, & materię sub cutę detentæ corruptula glabrities euenerit. Cæpe enim caliditate sua meatus aperiunt, materiamque prauam sub cute detentam non solum digerunt ac resoluunt, sed meliorem etiam in locum eius subsistunt. Quapropter alopecię succo earum conuenientissimè perfricantur. Celerius enim vt Dioscorides libro secundo, cap. 145. Galenus loco paulò antè citato, & Alexander Trallianus libro. 1. capite. 2. testantur, quàm Alcyonium pillos euocat. Vnde infertur tandem capitis decorem, quem Q. Serenus capitis honorem vocat, eo reparari. Capitis porrò decor capilli sunt: Cæpę pręterea semen genitale gignunt, & Venerem stimulant, vrinam cient, appetentiam ante alios cibos sumptæ excitant, sed largiora cibo capitis dolores faciunt, sitim mouent, fastidium pariunt, ruborem faciei inducunt, saliuam multam generant, & rationē, vt aliqui ferunt, ledunt. Succus illarū cum melle illitus, oculorū hebetudinibus, argemis nubeculis, & incipientibus suffusionibus auxiliatur. Cōtracal uitiem.

Quinét canis morsib. idẽ cũ aceto, ruta, & melle illitus cõfert quare hi quoque duo versus à quibusdã hic additi sunt:
Appositas perhibent morsus curare caninos,
Si tritæ cum melle prius fuerit & aceto.

Plura de his supra c. 13. diximus, cũ de alijs ageremus.

De Sinapi. *Cap.* LXIII.

Est modicum granum, siccum, calidumq; Sinapi,
Dat lachrymas, purgatq; caput, tollitq; venenum.

Duo hoc in loco potissimũ agunt, Primò nãq; perpusillum illud granũ quod σίνηπι aut νάπυ Græci Latini vero sinapi vocant, ad calfaciendũ desiccandũq; efficax esse traditur. & hoc quidem Gal. lib. 8. c. 5. de simpl. medic. facul. teste, in quarto abscessu. Deinde verò tres eidẽ adsignantur facultates.

PRIMA, quod lachrymas eliciat: excellẽti. n. caliditatis sub humiditates quæ in cerebro sunt, attenuat, incidit, liquefacit, & dissoluit, illis itaq; fluentib. simul etiam lachrymæ pro siliunt.

Caput purgare. SECVNDA, quod caput purget: cõmãducatum. n. pituitas capitis per os ducit & purgat. Quinetiã tritũ, naribusq; admotum, sternutamenta ciet, quibus mea-

meatum obstructiones tolluntur, & cerebri vitia expellunt: eaq; rōne comitialib. & apoplecticis mirificè succurrit.

TERTIA, quod venenū tollat suffitū nanq; ac incensum, serpentes fugat, ad eorundem quoq; & scorpionū ictus cum aceto tritum magna vtilitate illinitur, fungorūq; venena discutit. Ad hęc lienis ēt affectib. ex humiditate & flatu procreatis cōfert. Item quartanis morbis, qui ex adusta pituita cōtracti sunt, pręterea & podagris à pituita factis. Officit verò visui & calido capiti, ac iecori. Concoctionē & distributionem ciborū crassarum partium adiuuat. Minuit quæ in ventriculo sunt humiditates, Illitum lepris, eas in melius mutat. Linguas ēt humiditate grauatas siccat. Si cum melle sumatur, tusses resoluit. Cū caricis verò illitum ischiadicis & lienosis vtile est: trahit enim quę intus sunt ad corporis superficiem. Plura Dioscoridi. lib. 2. cap. 148. Plinius lib. 30. c. 22. & Simeon Sethi in Syntagmate.

De *Viola Purpurea.* Cap. LXIIII.

CRapula discutitur capitis dolor, atque grauedo, *Mac. lib. cap. 29.*
Purpuream violam dicunt curare caducos.

Hic tres referũtur effectus nigræ pur- *Ebrietas* pureḉ; violç: Primus,quod crapulã ſiue ebrietatem diſpellat ac ſedet: Cuius ſanè rei duæ adferri ſolẽt rationes. Vna quidem,ꝙ tẽperatum, ſuauem, & cerebrum confortantem ſpiret odorem: cerebrũ verò roboratum ac validũ ebrietas non tã facilẽ, q̃ imbecillum, tentet. Altera,quod cerebrum refrigeret,& fumis calidis recipiẽdis ineptum reddat, adeoq́;vini vaporẽ infringat,& ſic ebrietatem diſſoluat. Secundus.q̃d κεφαλαλγίαν id eſt,capitis dolorem diſcutiat: & hoc quidẽ ſi à cauſa calida, nẽpe à flaua bile,ortũ habuerit:hanc.n.purgat,& ab ea calorem extinguit. Horum effectuũ meminit Plinius lib.21. cap.19. vbi de violæ viribus diſſerit his verbis: Violę purpureę crapulam & grauedines capitis ĩpoſitis coronis olfactuve diſcutiunt. *Epilepsia* Meminit ẽt Simeon Sethi in Syntaga. Violæ,inquiens,dolores capitis: qui fiũt à flaua bile, ſopiunt potę & odoratę. Tertius, quod curet caducos,i.comitiali morbo correptus,à ſymptomate accidenti ac caſu. Hoc habetur apud Dioſcor. lib.5.c.122. Cæterùm is non ſimpliciter hoc de purpurea viola tradit,ſed dę parte ea, q̃ in flore purpurea exiſtit, vel purpuraſcit. Sic.n.ſcribit: φασί δὲ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους μεθ' ὕδατος ποθὲν, συναγχικοῖς βοηθεῖν καὶ

ἐπι-

ἐπιλήψεις ταῖς ἐπὶ παίδων. Ideſt, dicũt id quod in flore purpureũ eſt, cum aqua potum anginis, & comitialibus puerorũ morbis auxiliari. Vt itaq; accipiendũ eſſe de altero flore, qui in medio violæ inſtar capillamentorũ ineſt. Sunt.n.qui dem flores, dicit Theophraſtus lib.1.c.21.de hiſtoria plantarum, διανθεῖ,i.pũplicis floris, qui alterum florem in mẽdio habent, velut roſa, & lilium & viola nigra. Lege doctiſſimas Iani Cornarij annotationes in cap.29. libr.1.Marci. Quinet Plinius loco iam citato id ipſum ſic tradidit: Id quod purpureũ eſt ex iis, comitialib. medetur, maximè pueris in aqua potum. Eiusq; rei hęc adſignari põt ratio, quod cerebrum violę fragrantia roboret, ita vt à paruis nocumentis minimum lędatur, & ſic in epilepſiam non facilè incidat. De violis plura Galenus. lib.6.c.150.de ſimp.medi. facultat. Rhazes lib.3.ad Alman.c.21. Auicẽna.2. Canon.cap.726. & Meſues lib.2.Sect.1.cap.11. de ſimp.purg.

De Vrtica. Cap. LXV.

Mar.li.1 cap.2.

AEgris dat ſomnum, vomitum, quoq; tollit & vſum.
Illius ſemen colicis cũ melle medẽt,
Et tuſsim veterem curat ſi ſæpe bibatur:

Frigus pulmonis pellit, ventrisq́; tumorem.

Omnibus & morbis ea ſubuenit articulorum.

Hic ſeptẽ recenſent facultates Vrticæ.

Somnus. AC Prima quidem ꝙ ſomnum ægrotantibus accerſat: Craſſos nanq; & pituitoſos humores,quibus natura grauata ſomno deſtituebatur, extenuat, incidit,& priuatim expurgat.

Vomitus SECVNDA, quod vomitũ ſimulq́; vſum eius tollat: Lentam.n.& frigidam materiam,qua ſtomachũ imbuente nauſea ac vomitus plurimũ ſuboriri ſolent, incidit,exiccat,& diſſoluit.

Colica. TERTIA, quod colicis medeatur doloribus: nam extra hoc, ꝙ craſſum pituitoſumq́; humorem incidit & extenuat,craſſos quoq;, & flatulentos ſpiritus,qui exitum non habentes colico excitant cruciatus, diſcutit & expellit.

Tuſſis. QVARTA, quod veterem curet tuſſim,Craſſos.n.viſcoſosq́; humoresè pectore pulmoneq́; educit: qua rõne orthopnœæ quoq; & lateris dolorib.prodeſt, & maximè quidem ſemen eius cũ melle delinctum,quẽadmodum.2.Can. c.725.in cũ propè modum ſcribens Auicẽna atteſtatur. Qñ cum ptiſana, ſiue aqua hordei,decocta bibit, vitia pectoris extrahit,& folia eius cũ aqua hordei deco-

decocta thoracẽ à lętis crassisq; humoribus expurgant, sed semen cum melle delinctum ad omnia efficacius est.

QVINTA, quod frigora pulmonis pellat: humores nãq; frigidos ac pituosos caliditate sua incidens simul & extenuans ex pectore pulmoneq; educit.

SEXTA, quod ventris tumorẽ discutiat atq; sedet. Crassos.n.ac flatulentos spiritus, quib. venter distentus in tumorẽ attollebat, dissipat atq; resoluit.

SEPTIMA, quod oĩbus articulorũ doloribus, arthriditi nimirum, ischiadi, & podagrę subueniãt: pręcipuè quidẽ, si prouenerin à lenta, crassa, ac frigida materia: eã.n.vrtica calfacit, incidit, & extenuat. Ad hæc, vrtica flatuosum etiã quiddam obtinet, quo & Venerem extimulat, & maximè vbi cum passo aut musto semen eius bibitur. Eodem modo potum & vuluæ ora patefacit, vrinam ciet, renumq; doloribus medetur. Ventrem modicè subducit, ipsa duntaxat abstersione, ac veluti titillatione, non purgatione crudũ ac pituitosum humorẽ educens. Ducit fœminis pręterea menses foliorum vrticæ decoctum, addita exigua myrrha, potum. Cauendum tñ ne linguam œsophagomq; lędat nimirum.n. exurit: quod cõmodè quidem fieri poterit, si post sumptionẽ eius parum olei rosacei absorbeatur. Est aũt vrtica cum

Podagra

ſemine ſuo calida in principio tertij, ſic
ca verò in ſecundo licet ſemen minore
paulò, quàm herba ipſa, ſiccitate partici
pet. Plura Dioſc. lib. 4. c. 94. Plinius lib.
22. c. 13. Gal. lib. 6. de ſimpl. med. facul.
c. 13. Paulus lib. 7. Rhazes lib. 3. ad Al-
man. c. 28. & Auicenna loco citato.

¶*De Hyſſopo.* *Cap.* LXVI.

Ma. li. 2. cap. 5. HYſſopus purgans herba eſt e
pectore phlegma,
Ad pulmonis opus cum melle co
quenda iugata.
Vultibus eximium fertur præ-
ſtare colorem.

Hic agitur de hyſſopi viribus: Quod quidē deſiccat, & excalfacit ordine tertio, ſed & tenuium eſt partium. Pituitā manifeſto experimento expurgat, facitq; ad pituitoſos tum cerebri, tū neruorum affectus, qđ non modo mundet, ſed roboret quoq;. Qū & pectus, & pulmonem detergit, præſertim ſenib. quorum pectora lēta, craſſaq; pituita referta ſunt: quo fit, vt decoctū cū ficis, aqua, melle, & ruta, potum q; peripneumonicis, diuturnę tuſſi, ſuſpirioſis à capite in ſubiectas partes deſtillationib. & orthopnoicis auxilietur. Aſcarides reliquoſq; intraneorū vermes pari modo ſumptū enecat. Idē facit, ſi cum melle delingat,

nitri tñ addito momento. Decoctum ex aceto mulso epotum, crassum humorē per aluum extrahit. Ad subducendā aluum cū ficis viridibus detritis manditur. vehemētiusq; addita iri, nasturtio, aut irione, deiicit. Mesues exhibet cum iure, aut māna mistum, vel cū melle, aut vuis passis purgatis, vel scilla coctū. Cutis in corpore colorem floridum efficit. Lieni, & aquę inter cutem cum fico nitroq; emplastri modo imponitur. Inflāmationib. quoq; ex vino illinitur. Cum feruente aqua impositum sugillata discutit. In anginis cum ficorum decoctu optimè gargarizatur. Decoctum cum aceto, dentium dolorem in collutione sedat. Hyssopi vsus inflationes, auricularum præsertim, vaporis suffitu discutit. Cibi appetentiā inuitat, visum acuit, mēses & vrinā ciet, & febrium horrores excutit. Vinū decoctionis eius vterum à superfluitatibus purgat & abstergit. Plura Dioscorides lib. 3. c. 30. Auicēna. 2. Can. c. 365. & Mesues. lib. 2. sec. 1. cap. 18. de med. simp. purgantibus.

De chærefolio. Cap. LXVII.

APpositum cancris tritum cum melle medetur. *Mac. li. 1 cap. 22.*
Cum vino potum lateris sedare dolorem,

Sæpe

Sæpe ſolet tritam ſi nectis deſuper herbam,
Sæpe ſolet vomimitum , ventremque tenere ſolutum.

Enumerant hoc in loco tres facultates chęrefolij [*Prima*,] ꝙ tritũ & cũ melle appoſitũ cancrũ curet. Eſt aũt Cãcer tumor durus, melancholicus, inæqualis rotundus, venoſus, i. venas habens in circuitu turgidas, & exaltatas: liueſcens, ſiue fuſcus, & colore magis, q̃ inflammationes, nigricans: calidus, ſed non adeò, vt inflãmationes: ſubito accreſcẽs, ęgros maximè fatigãs, ꝑpetuo ferè dolore affligens, Gręcè καρκῖνος. καρκίνωμα dr. Hanc aũt appellationem huic morbo indiderunt tam Græci, q̃ Latini, à cancro aquatico animali, qm̃ circa hunc implent & intendunt venę, cancrorũ pedibus, è glomere illo corporis deſcendentibus. perſimiles. Nonnulli verò inde ſic nuncuparunt, quod difficillimè ab his partib. quas obſederit, ellatur, quemadmodum cancer aquaticus animans. Hic enim loco, quem ſemel apprehenderit, pertinaciter hæret. Adde quod hic tumor cancri animalis colorem repræſentat. nempe ſubnigrum. Plura de hoc Paulus lib. 4. cap. 26. & Ioãnes Tagaultius lib. 1. cap. 15. chirurg. inſtit.

Cancer.

SECVNDA, ꝙ cum vino potum, lateris

teris dolorẽ ſedet. Tormina quoq; ventris mitigat. Craſſas.n.inflationes vnde dolores iſti proueniunt, diſcutit. Preterea ſtomachi atque aliorum ẽt viſcerum flatus diſſipat, obſtructionesq; tollit: ad quæ quidem oĩa vinum quoque per ſe ſumptum ſingulare eſt. *Tormina*

TERTIA, ꝙ vomitus aluiq; profluuia ſiſtat. Calfaciendi.n.& exiccandi vi materiã eorũ diſcutit atq; conſumit, & maximè quidẽ ſi à frigido & pituitoſo ſucco oriañt vrinã & mẽſes ciet, lateris, rẽnũ ac veſicę dolores tollit, cũ melicrato exhibitũ. Porrò chęrefolium, de quo hoc loco agit, nulla alia herba eſt, q̃ quę vulgo noſtrati *Keruel*, corrupta, vt apparet, ex chęrefolio voce, appellat. Cęterũ medicamenta, quę hic de cherofolio produnt, neq; apud Pliniũ, neq; apud vllũ aliũ authorẽ Gręcũ reperiuntur, ſed ex Plinio illo recentiore, & longè poſt Galenum autore oĩa tranſſumpta ſunt. Nã is hęc verba de ipſo tradit, Cherephillon canceratis medetur lateris dolores ex vino mitigat. Quidã illud doleo incoctũ ἀλόπεκις ad ſoluendã frigoris iniuriã, miſcuerunt. Ex aqua inũlſa reſoluit. Ex aceto lumbricos & tenias perimit, vrinã ciet, menſtura pellit. Tritũ cũ cera & axungia vetere parotidas diſcutit. Lege doctiſſimi viri Iani Cornarij annotationes in cap. 22. lib. 1. Ma- *Vomitus*

cri-

cri. Ad hęc ſuccus ſiue ſtillatitius cherofolij liquor potus cū carbonibus tilię, & lapide ex cacrorū capitibus exēpto: ſanguinē ob caſum, percuſſionē, vel contuſionē in grumos cōcretū, certo ex pimento diſſoluit, & renum calculos frangit.

¶ *De Enula campana* *Caput* L X V I I I.

Ma. li. 1 cap. 20. ENula campana reddit pręcordia ſana.
Cum ſucco rutæ ſuccus ſi ſumitur eius,
Affirmant ruptis quod proſit potio talis.

Hic duæ referuntur facultates hærbę, quam *Helenium* Greci vocant, Latini Helenium & Inulam, Barbari Enulam, Officinæ Enulam campanam, & Germanicè, *Alant vvortel*, Galicè, de *L'aulnee*, Hiſpanicè, *Ala*.

PRIMA, quod curet ac roboret pręcordia, quo noīe iam exta in homine intelligenda veniunt, nēpe os ventriculi, mēbra ſpūs, & q̄cunq; cordi propinquiora ſunt. Et hoc ſanè radice potiſſimū efficit. Ea. n. calida & ſicca atq; odorata ē cum excremētitia humiditate, quapropter eclegmatis cū melle tēperata craſſos ac lētos humores pectori pulmoniq; infra-

infractos educit, tussi, ortophęnęq; prodest. Oĩs iræ dolorisq; obliuionẽ inducit, cor exilarat ac roborat. Ex ea vinum ẽt conficit̃, q̃ νεκταρίτης Gręcis dicit̃. Hoc cõtra stomachi & pectoris vitia & cordis ex himiditate & frigiditate imbecillitatem efficax est, excrementa in venis sanguini permista, per menses, ac vrinas expellit. [*Secunda*,] q̃ succus eius cum rutę succo permistus herniosis, hoc est, ruptis, quibus intestina in scrotũ deuoluunt, admodũ opitulet̃, & maximè quidẽ si hernia ex flatuum multitudine euenerit. Eos. n. rutę atq; hælenij succus discutit. Radix præterea helenij stomacho prauis succis referto vtilis est in passo condita, obstructionesque iecoris atq; lienis tollit. Trita potaq; ad cruentas excreationes singularis est, & serpentium morsibus medet̃. Ruptis ac cõuulsis omnib. confert. Folia eius ex vino cocta vtiliter illinunt̃ frigidis ac diuturnis partiũ affectubus, eiusmodi sunt nõnullę coxarum passiones ἰσχιάδας vocant, & exiguæ assiduęq; articulorũ quorundã p̃ humiditate ꝓcidentiæ ac luxationes. Plura Diosc. li. 1. c. 27. Ga. li. 6. c. 114. de si. med. fa. & Auic. 2 Cañ. c. 240.

Vinũ enu latum.

¶ *De Pulegio. Cap. LXIX.*

Mac. lib. 2. cap. 4.

CVm vino nigram choleram potata repellit.

Appositam veterem dicunt ſedare podagram.

Duo hoc in loco Pulegij recẽſentur effectus, prior quidem, quod atrã bilem cum vino expurget: eiusque rei teſtis etiam eſt Dioſcorides lib. 3. c. 30. Atrã, inquiens, bilem per aluum exigit.

Alter vero, quod peculiari ꝓprietate quadã antiquã curet podagrã. Craſſos. n. viſcoſosq; humores, vnde podagra generari plurimũ ſolet, vehemẽter calfacit, decoquit, extenuat, & emolit. In tertio nãq; ordine calidũ & ſiccum eſſe ſtatuitur, quapropter podagricis etiam per ſe ſubuenit, impoſitũ vſq; dũ rubeſcat locus. Vi pollere corroborãdi, ex bona fragrantia eius ſatis liquet. Aperit quoq;, attrahit, & cõſumit: rõne tum eſſentiæ, tum qualitatũ. Potum menſtrua, ſecũdas, ac partus eijcit. Pulmonis vitia ex melle & aloẽ potum extrahit, & conuulſis auxiliat. Capitis dolores impoſitum leuat. Quin & olfactu capita tueri contra frigorũ æſtusq; iniuriã, & a ſiti traditur. Nauſeas, ſtomachiq; eroſiones ex poſca permulcet. Bibitur in vino vtiliſsimè contra ſerpentiũ morſus. Defectos animo recreat, cum aceto naribus obiectũ. Siccatũ ꝓterea crematũq;, & in puluerẽ tritum, gingiuas confirmat. Illitum cum polenta inflãmationes omnes ſe-

nes ſe-

nes sedat. Cum cerato varos extinguit. Lienosis cũ sale vtiliter illinitur. Decoctum eius ablutas prurigines mitigat, & eadem vtilitate insidentibus fœminis ꝓdest inflationes, durities, & muliebriũ locorũ conuersiones corrigens. Plura Dioscor. loco citato, Plin. lib. 20. ca. 14. Galen. lib. 6. cap. 93. de simpl. medicam. facul. & Simeon Sethi in Syntagmate.

¶ *De nasturio.* *Caput* LXX.

ILlius succus crines retinere fluentes *Ma. li. 1. cap. 11.*

Illitus adseritur, dentisque leuare dolorem.

Lichenas succus purgat cum melle perunctus.

Hic agitur de hortis familiari herba, nasturtio, quod *κάρδαμον* Græci vocant, Germanicè *Kersse*, Gallicè, *Cresson alenois*, Hispanicè, *Mastuerço.* Et referuntur tres ipsius facultates.

PRIMA, quod succus eius siue stillatitius liquor, capiti illitus, aut potus etiã capillorũ defluuia sistat. præsertim si ex densatis infarctisq; meatibus orta fuerint. Crassos enim & pituitosos humores calfacit, incidit, & extenuat.

SECVNDA, ꝙ dentiũ curet doloré, pręcipuè si a frigida materia prouenerit.

rit. Eam etiam nasturtium discutit.

TERTIA, quòd succus eius cũ melle illitus lichenas.i.impetigines, siue squamas cuti adherentes, abstergat. Nascuntur ee ex phlegmate potissimũ salso, sed nasturtium intus assumptum omne phlegma pellit & expurgat: nam & mel quoq; insigniter abstergit. Nasturtij semen adurẽtis, seu causticæ facultatis particeps est, sicut sinapi. Proinde coxendicis, & capitis dolores, atque adeò quodcũq; aliud rubrificationẽ postulat eo perinde atq; sinapi excalfaciunt. Miscetur quoq; remedijs, quę exhibentur astmaticis, tanq̃ scilicet id, quod crassos succus valenter incidere valeat, velut & sinapi: nã per oĩa ei simile est. Stomacho aduersat, aluum turbat, ventris lumbricos pellit, lienẽ imminuit, partus examinat, menses cit, & venerẽ stimulat. Illitum cũ melle lienẽ extenuat, fauos expurgat. Serpentiũ venenis potũ resistit, atq; eos suffitu fugat: carbũculos ad suppurationẽ perducit & rumpit: Coxendicibus cũ polenta cõmodè ex aceto illinitur: tumores inflãmationesq; discutit. Furunculos cum muria illitum emittit. Vomitum flaue bilis citat, eandemq; per inferni educit. Tradunt nõnulli, nasturtium vim vigoremq; animi suscitare, ac proinde eos, qui ipsum esitauerint, ingenio ac mente promptiores fieri. Lege

Pli-

Plinium lib.19.cap.8. & Erasmi chiliades in prouerbio, ἐδιεκάρδαμον. Porrò & herba arefacta similem semini vim possidet. Humida verò adhuc, & viridis, propter aquee humiditatis admistionẽ, multo semine inferior est, adeoq; tunc mordacitas eius moderata est, vt cum pane ea vti liceat, ceu obsonio. Plura Dioscorides lib.2.cap.149. Plinius lib. 20.cap.13. Galenus lib.7.ca.8. de simpl. medic. facult. Simeon Sethi in Syntag. & Auicen.2.Cano.cap.513.

¶De chelidonia Caput LXXI.

CAeccatis pullis hac lumina mater hirundo *Ma. li.2 cap.29.*

(Plinius vt scripsit) quamuis sint eruta, reddit.

Notatu dignũ est, quod hic ex Plinio de chelidonia refertur, nẽpe ipsam pullis hirundinum visum restituere. Locus est lib.25.c.8. vbi sic scriptum reliquit. Animalia quoq; inuenere herbas, in primisq; chelidoniã. Hac.n. hirundines oculis pullorũ in nido restituunt visum, vt quidã volunt, etiã erutis oculis. Meminit eiusdẽ etiã lib.8.ca.27. hisce verbis: Chelidoniã visui saluberrimã hirũdines monstrauere, vexatis pullorũ oculis illa medẽtes. Hoc nomẽ, vt lib.2.cap: 176. Diosc. testatur, sibi videtur vendicasse, quod aduentu hirundinum exo-

riatur, & discessu emarescat. Sũt q. narrant hirudines excęcatis pullis, admota herba, visum restituere, inquit idẽ. Hinc cognitũ est, succum eius hominũ oculis quoq; mederi, vtiq; in quibus crassum quiddã in pupilla colligitur digestione atq; discussione indigẽs. Hinc igit̃ edocti medici chelidoniẽ oĩbus ferè oculorum remedijs ꝓ visus claritate admiscere solẽt. Herba est nota, crocei succi, cuius inuentionẽ hyrudinib. ob id quoq; attribuũt, q̃ pulli earũ sępius, q̃ vlli aliarũ auiũ cæcitatẽ incidãt. Hirũdinum.n. stercus chelidoniè oppositũ præstat excęcat namq;, si calidũ in oculos decidat, & ꝑcipuè matrũ ẽt sacræ testant̃ literæ, Nã Tgobi.2.seniorẽ illum hoc stercore excecatũ fuisse legit̃. Cor. C. lib. 6. cap. 6. fabulã putat, per patẽtes oculos herba restitui, qui per se sanescant. Chelidonia tertij est ordinis absoluti iam, Idq; tum in calfaciendo, tũ in siccãdo Attrahit igit̃ discutit, & cõsumit. Radix trita & in vino decocta caput, columellamq; frigidorũ humorũ à capite descendentium multitudine laxatã, ac linguæ radici atq; fucibus incumbentẽ, expurgat, si exurgentẽ inde fumũ infundibulo adhibito æger admittat, & vinum deinde gargarizet. Cum aniso, & vino albo pota, medet̃ regio morbo, & vlcerib. quæ serpunt, imposita cũ vino, aut mãducata

dentium

dentium dolorem sedat. Plura Galenus libro.8.capite.172.de simp.med.facult.

¶ *De Salice. Cap. LXXII.*

AVribus infusus vermes succus necat eius, *Mac.li. 1.ca.16. & lib.2.*

Cortex verrucas in aceto cocta resoluit. *capi.35. Idē li.4.*

Huius flos sumptus in aqua frigescere cogit, *cap.11.*

Instinctus Veneris cunctos acres stimulantes.

Et sic desiccat, vt nulla creatio fiat.

TRIA hoc loco de Salice tradūtur.

PRIMVM, q͏̄ succus eius aurib. instillatus vermes interficiat, & maximè quidē, si is sit ex folijs, & cortice expressus. Amarū.n.q̃dā in se hēt & acerbū. Idem quoq; cū rosaceo in calyce punici calfactus, auriū doloribus & saniei medetur.

SECVNDVM, q͏̄ cortex eius in aceto decoctus, verrucas pellat. Hāc rē Dioscor.lib.1.c.117. sic tradidit: Corticis cinis admisto aceto maceratus, illitu clauos, & callos tollit. Est.n. vis eius admodū desiccatoria, sed ita tñ, vt morsu abstineat, habet verò ēt quandā adstrictionē. Auicenna c.541. secundi Can. eundem effectum portulacę quoq; tribuit.

Ex

Ex ea, inquiens fricātur verrucæ, & eradicat eas non qualitate, ſed naturali quadam facultate.

TERTIVM, q; flos ſalicis cõceptus prohibeat, & hoc certè ob vim de ſiccatoriã, & adſtrictionem. Hoc ipſum aũt ἀσυλλημψίας ἐργάζεσθαι Dioſcorides dixit, hoc eſt facere vt mulier no concipiat. Non aũt ſolũ mulierum conceptus prohibet ſalicis ſemen, ſiue fructus, ſiue flos, velut hic appellatur, ſed ẽt inſtinctus Veneris oẽs cõgelat ac reſiccat, ẽt in viris, vt generare nequeunt. Atq; hoc ipſum Democritus quoq; apud Cõſtantinũ Cæſarem lib. 11. c. 14. tradit his verbis: Qui fructus ſalicis appellatur, pabulo pecorũ admixtus, ipſa pinguefacit. Tritus aũt & ĩ potu acceptus ab hoĩe ſteriles facit ex quo & Homerus ὀδυ. κ. ait.

Κλῆτροις ἄιγειροί τε καὶ ἰτέα ὠλεσίκαρποι.

Hoc eſt:

Et populi & ſalices plantæ fructum perimentes.

Verùm Theophraſtus lib. 3. c. 2. de hiſtoria plantarũ, & Plinius libr. 16. c. 26. vocem ὠλεσίκαρπος non ſic accipiunt dictã ab Homero, vt ſignificet fructuũ ac ſeminum humanorũ perditionẽ, ſed ipſius arboris. Plinij verba hæc ſunt, Ocißimè aũt ſalix amitti ſemen, anteq̃

om-

oīno maturitatē ſentiat, ob id dicta ab Homero frugiperda: ſecutaq; ætas ſcelere ſuo interpretata eſt ſnīam, qn̄ ſemen ſalicis mulieri ſterilitatis medicamentum eſſe cōſtat. Hæc ferè Ianus Cornarius in c.11.libr.4. Macri. Didymus antiquiſſimus Homeri interpres, ita ex Theopraſto de ſalice refert: ὁ καρπὸς τῆς ἰτέας πινόμενος ἀφανίζει τὴν γονὴν τῶν ἀνθρώπων. Id eſt, Fructus ſalicis potus genituras hominū demolit. Plura de Salice Galen.lib.6.de ſimp.me.fa. cap.55.& Auicenna.2.Cano.cap.686.

¶De Croco. Cap. LXXIII.

COnfortare crocum dixerunt exhilarando.
Artus defectos reficitque, hepar reparatque.

Hic agit de proprietatib.quibuſdam Croci: Ac primo quidem corpus roborare dicitur, eiq; letabundam conciliare alacritatem iucunditatemve, præcipuè ſi quis eo modice vtatur. Immoderatius enim ſumptus, pondere nimirum trium drachmarum, letalis eſt.

Deinde verò membra defecta.i. debilia ac proſtrata reficere, inque vigorem ſuum reſtituere, traditur. Superat enim in eo calfaciens & qualitas & facultas, vt tota eius eſſentia ſecundi

R fit

sit ordinis excalfacientiũ, & primi exiccantiũ: proinde concoquẽdi, maturandi, emolliendi, aperiendi, & discutiẽdi vim quandã habet, adiuuante.s. & paucula quadã adstrictione. Cor non parũ exhilarat, ipsumq; adeo, ac simul et hepar, atq; alias corporis partes, ob insidẽtem nimirũ adstrictionẽ, ita corroborat, vt non facilè dissolui queant, obstructionesq; tollit. Quinetiam stomachũ moderato calore suo firmat, eiusq; tũ concoquendi, tum distribuendi facultatem adiuuat. Immodicè tñ illo vtendum non est: quippe qui ita nauseã facilè moueat & cibi inappetentiã, Greci ἀνορεξίαν vocant, efficiat siquidẽ aciditatẽ in ventriculo extinguit, quę przfertim appetentiam excitat. Siccando mediocriter dispositionibus pectoris pthisicis auxiliatur, putredines corrigit, anthelitũ facilẽ reddit, eiusq; instrumenta corroborat. Nã si vsus ipsius mediocris fuerit, facilẽ respirationẽ & amabilẽ coloris bonitatẽ facit: sin verò citra modum, pallorẽ inducit, cerebrũ infestat, capitis dolorẽ commouet, sensus obtenebrat, & oculos hebetat. Vino impositus vehementer inebriat, adeoq; exhilarat, vt insaniã maximè alacrẽ lætabundãve pariat. Si quis verò ex passo biberit, crapulã non sentiet. Addit in potiones, quæ interaneorũ causa temperantur. Pitui-

tosa vitia & lethargica sanat. Somnum conciliat. Venerem stimulat, menses & vrinā ciet. Mulieribus difficulter parientibus, in potu duarū dracmarū pondere exhibitus, partū accelerat. Illitus cū humano lacte visum abstergit, & oculorum fluxiones cohibet. Auriū remedijs vtilissimus est. Vergentes ad ignem sacrū inflammationes iunctus lenit. Vluæ sedisq; cataplasmatibus vtiliter induitur, Plura Dioscorides lib.1.c.25. Plinius libr.21.capite.20. Galenus libro.7. de simplic. medicamen. faculta. cap.57. Simeō Sethi in Syntag. Serapion. c.173. simpliciū, & Auicenn. lib.2. Cau.c.129.

¶ *De porro.* *Cap.* LXXIIII.

Reddit fœcundas mansum persæpe puellas, *Ma.li.1. cap.6.*
Manentemque potes naris retinere cruorem,
Vngas si nares intus medicamine tali.

Duę hoc in loco porri referunt proprietates: Ac priori quidem, quod imprægnandi facilitatem vtentibus mulieribus pariat: atque ne abortiant grauidæ prohibeat. Quod sanè magni et Hippocratis autoritate Plinius libr.20.cap.6. in hunc modū scribens confirmat: Hip-

pocrates & sine alia mixtura dari iubet vuluasq; contractas aperiri putat. Fœcunditatē et fœminarū hoc cibo augeri. Idq; non in cibo tantùm, siue potu, sed illitū quoq; & foris admotum, præstat. Coquitur.n.in aceto & marina aqua coma eius decoctoq; illo insidentium fœminarum præclusi duratiq; loci vtiliter fouentur. Folia quoq; porri muliebres locos, qui nimio humore madescentes fœtum haud continere valent, egregiè purgant. Item ex abortu profluuia sistit, poto succo cum lacte mulierum.

Altera, quod sanguinem è naribus erumpentem sistat: & maximè quidem succus eius cum aceto, addito thure, aut manna, vel galla, aut mentha. Idē quoq; sanguinem reiicientibus cum gallæ aut thuris farina, vel acacia, auxilio est. Quinetiam porę seminis drachmæ duæ cum paribus myrti baccis veteres sanguinis ex pectore reiectiones sanant. Acrimoniam enim quandam habet porrum, & adstringendi aliquam vim, sed semen acrius est. Plura suprà cap. 13.

De pipere. Cap. LXXV.

Quod piper est nigrum, non est dissoluere pigrum.
Phlegmata purgabit, concoctricemque iuuabit.

Leuco piper stomacho prodest
tussisque, dolorique
Vtile, præueniet motum, fre-
brisque rigorem.

Agitur hoc in loco de triplici genere piperis, lōgo. s. albo, & nigro. Et fructus quidē, vt lib. 8. c. 42. de simpl. med. fac. Galenus memoriæ prodidit, nuper admodum germinantis arboris, longū piper est, quare ēt maturo humidius, humiditatis eius indicium est, quòd facilè repositum perforetur, ac non protinus mordicet, sed pòst paulò incipiat, verùm pluscu lū duret. Fructus veluti acerbus immaturusq; album est piper, nigro quidem acrius. Nā illud iā quasi super assatū est, & superexiccatum. Longum quidē piper, μακρὸν Græci, album λευκὸν nigrum μέλαν πεπέρι vocāt. Sanè prioribus duobus versibus tres nigri comprehenduntur proprietates.

PRIMA, q̄ in dissoluēdo nō sit pigrū hoc est, crassos, glutinosos ac frigidos humores, flatuososq; spiritus egregiè discutiat. Valēter. n. tū excalfaciat, tū desiccat; ordine nimirū tertio completo.

SECVNDA, q̄ plegmata expurget. Viscindam. n. pituitam, quæ in interiore corpore, nempè in thorace pulmone, & intestinis residet, concoquendo atque extenuando dissipat expellitque.

Tertia, quod plurimum adiumēti cōcoctorię adferat facultati: Hoc ipsum dioscorides ēt lib. 2.c.15. iis confir nat verbis: Somnū, inquiens, & appetentiam cibi conciliat, concoctionē adiuuat: vtunturq; ob id eo ad inunctus. Porrò ad eum vsum melius est lōgum: quippe quod Galeno lib.4.c.10. de Sanitate tuenda, teste, flatuosi spiritus crassitudinem soluit, & quæ in precordiis pigra cessant ad ventrem depellit, & concoquendis quæ sumpseris subuenit.

Posterioribus duob. versibus quinq; albi piperis referuntur vtilitates.

Prima, quod stomacho cōferat: ipsum enim, vt Galenus eodē quo ante loco testat, supra duo reliqua genera roborat.

Secvnda, quod linctu potuq; tussientib. opituletur: præsertim si ex frigido & crasso humore tussis euenerit: eū nanq; piper albū calfacit, incidit, & dissoluit. Pari modo & cūctis alijs frigidis, & à pituita ortis pectoris vitiis sucurrit.

Tertia, quod dolori subueniat: idq; intelligendum, vel de dolore pectoris, iā dictū est, vel de dolore flatuoso: Potū.n.cū melle & recentibus lauri folijs. flatuosos spiritus & tormina discutit.

Qvarta, quod presumptum febriū accessiones, siue exacerbationes, ... Ἐπισημασίας Gręci vocant, auertat: & hoc quidem in febribus frigidis: Earū nanq;

mate-

materiam excalfaciendo quodam modo dissipat & expellit.

QVINTA, q; febrium horroribus circuitu repetentibus, siue potu siue illitu subueniat: Neruos.n.& musculos calliditate sua vehementer roborat, & in eis residētem materiam consumit. Hinc est quod lib.3.cap.1. Macer in hunc modum cecinerit:

Quodq; mouere solet frigus periodica febris
Compescit, febris si sumitur ante tremorem.

Quod.2.Cano.c.556.iis verbis Auicēna innuere ēt voluit, inquiens: Fricando fit iniunctio ex ipso cum vnguento,& confert rigori. Eiusq; rei exempla sunt apud eundē.1.4.trac.2. cap.12. Et certè facultates non albo tm̄ piperi, sed & reliquis quoq; generibus conueniūt. Liberalior piperis vsus, quemadmodū est apud Aristotelem Sect.1.problemate,44.vrinas prolicit, parcior aūt aluum deiecit: è contrario verò scammonia. Piper caliginem, quæ oculis obuersat, absterget. Serpentium morsibus auxiliatur. Anginæ eo & melle conuenienter perunguntur: Cū vua passa manducatum pituitam a capite elicit. Strumas cum pice discutit. Vitiligines ex nitro emaculat. Plura Plinius libro duodecimo cap. septimo, & Scrapion cap. 357.de simpl.med.facul.

¶ *De grauitate auditus. Cap. LXXVI.*

ET mox post escam dormire, nimisq; moueri,
Ista grauare solent auditus, ebrietasque.

Hic tria recensentur, quibus auditus pregrauari solet.

PRIMVM, cibus quem somnus statim excipit, & maximè quidem si ventriculus eo distentus fuerit. Hic enim cō coctionē impedit, & cruditates gignit. Ex inconcoctis verò ac rudis in ventriculo cibis viscosi, crassi, & flatuosi suscitantur fumi: qui in caput sublati, cùm exitum non inueniant, auditorios obstruunt meatus, auditumq; grauant. De hoc nonnihil etiam supra cap. 3.

SECVNDVM, motus, siue labor vehementior illicò post ingestū cibū susceptus: Cuius causam Galenus in cōmentario περὶ εὐχυμίας, καὶ κακοχυμίας c. 5. hāc esse tradit. Nam sicuti, inquit, bone valetudini ante cibū exercitatio maximū adfer cōmodum, sic qualiscūq; sumpto cibo motus noxius admodū est. Alimentum. n. ex ventre ante concoctionem in diuersas corporis partes distribūitur, proptereaq; crudi humoris copia per venas aggeritur. Vnde crassi ēt ac flatuosi spiritus sursum elati, meatus audito-

auditorios obturāt, Idē quoq; lib. 6. de sanitate tuēda c. 8. iis testāt verbis. Non leue incōmodum nōnullis accidit, cùm repleti cibo se exercitant. Nōnullis n. & caput implet vaporib. & in iocinore aut pōderis sensus, aut distentionis, aut vtriusq; percipit. Et lib. 1. c. 9. de alim. fac. Carnes inquit: inanitæ rapiunt ex vē tre succū nō n ō semicoctū, sed nōnunq̄ ēt oīno crudū atq; incoctum, cùm cibo sumpto operib. sese reddiderint: ob eāq; causam ij grauissimis morbis postea prę henduntur, & ante senectam intereunt.

Stare tñ post comestionem, vel suaui ter deābulare, quo cib. ad fundum descendat ventriculi, multum expedit & confert, ob bonā ciborū concoctionem, Idq; vulgato ēt hoc cōprobat versiculo:

Post cœnam stabis, aut passus mille meabis.

TERTIVM, ebrietas. Nam ex calidi vini tēperatura multi oīno vapores ac fumi ad auditus ὄργανον prōptè deferuntur, qui, cū exitum nō inueniant, spiritū eius insitū perturbant, & audiendi difficultatē, Gręcis βαρηκοΐαν καὶ δυσηκοΐαν appellatam, pariunt. Neq; verò auditui solum sed visui quoq; ac reliquis sensuum instrumentis omnibus ebrietas nocet, quemadmodum. 4. 3. c. 2. Auicenna iis testatur verbis: Ex eis quidem, q̄ nocent auri, & reliquis sensib. sunt nau

ſcoſa ſatietas& repletio,& propriè ſomnus ſuper repletionē in nonnullis exemplarib. hic ēt verſus adſcriptus habebat.
Balnea, ſol, vomitus, adfert repletio clamor.

Nec malè quidē ſiquidē & hęc auditū grauare: & auriū ſonitus generare.4.3.c.11.autor Auicen. Oportet inquiēs, vt oēs iſti vitent ſolē, balneū motū laborioſum,vomitū,clamorē,coitū,& repletionem, & vt leniant naturas ſuas.

¶ De *tinnitu ſiue ſonitu aurium. Cap..* LXXVII.

MOtus, longa fames, vomitus, percuſsio, caſus,
Ebrietas, frigus, tinnitum cauſat in aure.

Septem hoc in loco enumerantur ſonitus, ſiue tinnitus aurium cauſę.

PRIMA, motus, immoderatior. ſ. Humores.n.& ſpiritus vehementiore atque inordinato corporis motu cōcitati, craſſos ventoſosq; generāt flatus, quibus ſurſum vrgentibus cum facilis non pateat exitus, tinnitus excitatur. Ac plurimum ſanè ob ventoſi flatus in auditorio meatu commotionem naſci ſolet.

SECVNDA, fames, ſiue longior vltra conſuetam edendi horā abſtinentia. Cuius Auicenna.4.3.capit.9. hanc tradit

dit esse causam: Nēpè q humores p corporis molē dispersi ac quiescentes longiore fame exagitenť. Natura.n.cibo in quē agat, destituta, ad humores conuertitur, eosque resoluit & commouet.

Tertia, vomitus violentus & multus in hoc enim motus accidit vehementior, quo humores exagitari sursum ad caput feruntur, quo fit, vt oculi nonnunquam ac facies erubescant, visusque debilitetur, nonnunq̃ verò vapores ac ventosi flatus ad auditorium pertingant organum, tinnitumque excitent.

Qvarta, pręgressa plaga, siue percussio sphærulę capitis, & maximè qua parte aures sitæ sunt. Innato.n.auditus aëri vehementius inde exagitato spiritus accedit. Siquidē membro aliquo læso, quemadmodū in lib. de renum affec. dignot. & cura. c. 12. Galen. testať, spiritus statiń & sanguis, qui sunt naturę vehicula, eo concurrunt: ex quorum deinde commotione tinnitus accidit.

Qvinta, casus: pręsertim supra caput. Cuius eadem cū præcedente ratio est. Quinetiam humores in corpore ex quolibet casu vehementer exagitātur.

Sexta, ebrietas, & maximè quidē ex largo vini potu. Inde enim caput fumis repletur ac vaporib. qui ad auditorios meatus vrgentib. innatus eorum aer commoueť, & sonitus qdā excitať.

SEPTIMA, frigus immodicum. Eo enim auditus organũ, & naturalis cerebri calor debilitantur, vt flatuosos generẽt spiritus, quibus ad aures penetrantibus tinnitus facilè elicit. Neq; ob dictas solum causas, sed ob alias etiam nõ paucas sonitus in auribus fiunt, Nẽpè ob flatuosum spiritum in capite generatũ ac cõmotum. Ex sonitu sanici, q in ipsa fortassis aure genita est: aut ex feruore puris in partibus eius, aut ex motu vermiũ in auditorijs meatibus sæpenumero eueniente, aut ob humoris in toto corpore ebullientis cõmotionem: sicuti in feribus ferè & paroxysmorũ principijs cõtingit: Aut ob superfluam in corpore repletionẽ, pѕertim in capite. Aut ex lenta & crassa materia in ventosos flatus resolutã: aliquandò ob pharmacorum articularium vsum sonitus quidã et fiunt. Qui in febrib. sonitus fiunt, minimè interturbãdi sunt, vt p'urimũ.n. statim sedant. Plura Galenus libr. 3. de cõpositione Pharmacorum secundũ locos c. 1. de sonitu in aurib. Serap. ĩ trac. 2. c. 2 2. de surditate, & Auic. loco. iã cit.

De visus nocumentis. Cap. LXXVIII.

Balnea, vina, Venus, ventus,
piper, alia, fumus,
Porrum cum cepis, faba, lens, fletusq; sinapi,

Sol, coitusq; ignis, labor ictus, acumina, puluis.
Ista nocent oculis, sed vigilare magis.

Vnum & viginti numero hic referuntur, quæ noxam oculis important.

A c Primum quidem Balneum, idq; tã humidum, q̃ siccum, hoc stuplia Barbaris, Latinis aereni dicitur: Illud verô Tina vulgo, Latinis Solium appellatur. Duplici porrò nomine vtrunq; oculis officit. Primum quidẽ immodicè excalfaciendo tẽperaturas eorũ destruit. Natura.n. velut supra ostendimus, frigidi sunt & aquei; Deinde vero tenuiores humiditates, quib. visiui, iiq; ignei temperantur, refocillanturq; spiritus, resoluit & exiccat: Atq; hic adeò prope Rhenum, vbi plurimus vtriusq; balnei vsus est, non pauci possim ocurrunt cæci, queadmodum in Hollandia ob socordi natam victus rõnem multi ileprosi.

S e c v n d v m, vinum, & maximè quidẽ si immodicè bibatur. Cũ.n. caput vt sæpius iam dictum est, vaporib. ac fumis repleat, nõ oculos tãtùm ac visum, sed reliquos etiam sensus oẽs immoderatoriè vsu hebetare putandum est.

T e r t i v m, Venus, immodica scilicet hanc enim obtundere occulorum aciem, Midici oẽs vno ore prędicant.

Cuius

Cuius causam Petrus Aponēsis Sectione.4.problematum Aristotelis, cōm.3. hanc esse tradit: Nempe q coitu auferatur id, quod cōmodum est oculis, humidum, s.aqueum & subtile, quo spiritus fulciūtur visiui. Oculus.n.sit lib.5.c.1. degeneratione animalium, & alibi sæpius Aristoteles adseruit, humidus est & de natura aquæ. Iam verò euulsis atq; euacuatis humidis, partes superiores necessario exiccantur. Quo fit, vt oculi, qui humiditate vigent, à sua decedant natura, hebetioresq; fiant. Meritò aūt humiditate vigēt, nisi.n.ea sustentarentur, per igneos facilè spirirus, qui in frequenti sunt motione, exarescerēt. Atq; hinc sanè constat, superiores partes immoderato concubitu plus iusto exiccari, visusq; aciem hebetari. Humores.n. deorsum trahuntur.

QVARTVM, Ventus, & præcipuè Austrinus de quo lib.3.apho.5.Hippocretes.Νότοι inquit, βαρυήκοοι. ἀχλυώδεες καρηβαρικοὶ, hoc est, Austri auditū hebetāt, caliginē obducunt, capitis grauitatem efficiunt. Auster enim natura calidus & humidus est, ac magna ex parte pluuias & tēpestates adfert, quare ēt τὰ τῶν αἰσθήσεων ὄργανα ἀμφοσβέννυσι quéadmodum Philotheus ait, ideit sen suum instrumenta implet & obtundit. Cæterum vox ἀχλυώδεες bifariam inter-

terpretari pôt. Primum, vt ad austeros ipsos referatur, qui caliginem aeris efficiunt. Iis.n. flantibus aer fit turbidus, crassus, caliginosus, & tenebrosus. Secundò, vt ad oculos ipsos potius hæc vox referatur, qui flantibus austris caliginosi redduntur, minusq; acutè vident. Vt.n. reliqua oĩa sensuum instrumenta nõ satis probè suo funguntur munere, sic ẽt oculi ipsi ab austro caliginem quandam contrahunt. Lege Galenum commentario.1. in epidemi. Statu.1. apho.8.

QVINTVM, piper: Hoc.n.cũ impensius exiccet, acres oĩno vapores frequenti esu generat, qui vbi ad caput ascẽderint, oculos mordicãt & exiccant.

SEXTVM, Allium: quod acrimonia sanè & vaporibus, quibus caput replet, oculos offendit. Suprà. cap.13.

SEPTIMVM, fumus: qui certè ꝙ mordacissimus, sit miniũq; exiccet, infestissimus est oculis. Aristoteles problem.22. Sect.31.

OCTAVVM, porrum: hinc.n. crassi ac melancholici generantur fumi, qui sursum elati, oculorũ aciẽ hebetẽ faciũt, si quis eo frequẽtius vtatur. Suprà c.13.

NONVM, cepæ: horum nanq; esu acris similiter ad caput submittuntur fumi, qui non visum tantùm, sed vt quidã volunt, rationalem etiam animæ partem lędunt Simeon Sethi.

De-

20 DECIMVM, faba: flatuosum.n. crassumque & melancholicum generat fumum, qui horrenda & terribilia parit somnia, mentem perturbat, ingenijque aciem obtundit, & spiritus visiuos obtenebrat. Galen. lib. 1. de alim. fac. cap. 26. & Simeon Sethi in Synt.

VNDECIMVM, lens: Ea visum integrum & inculpatum hebetat, ipsum immoderata exiccans. Galenus, libr. 1. de aliment. facult. cap. 25.

DVODECIMVM, fletus: prǽsertim immodicus: Hic.n. cùm recentricem oculorum facultatē imbecilliorē reddat, visum vehementer oblędit & sanā oculorum aciē nimio plus siccando hebetat.

DECIMVM, & tertium, sinapi: quod acrimonia sua visum efficit debiliorem.

DECIMVM & quartum, conspectus Solis: Et hoc quidē ob excellentē eius splendorē ac nitorē, qbus visum destrui, manifesta constat experientia & ratione. Sensibiliū.n. exuperationes, vt lib. 2. de anima. cap. 12. Aristoteles adstruit, sensuum instrumenta corrūpunt. Quod quidē Galenus ēt lib. 10. de vsu part. c. 3. in hunc modū scribens approbat: Solem ipsum, inquiēs, si quis oculis in conniuentibus velit intueri, oculos celeriter perdet, multiq; in Solis defectibus, cùm eum affectum, qui Soli acciderat planius nosse cuperent, fixis oculis Solem

lem

lem intuentes, imprudentes prorsus fuerunt occæcati. At.n. per niue iter facere quã oculis sit perniciosum, si minus Xenophonti credis, experientia tibi discere id licet: Sin verò natural us quidpiam audire sustines, vbi ellychnium ardens, aut aliam quamuis flammam in sole luculento constitueris, cernes eã protinus marcescere, atque etiam si propè quamlibet flamma magnã ellychnium posueris, vel aliam quamuis flammam minorem, repente extinguetur: cũ quæ minor lux est à maiore vincatur semper ac dissipetur. Lege eundem etiam libr. 1. de causis symptō. cap. 6.

Decimum & quintum, Coitus: & maximè quidem intempestiuus ac immoderatior. Hunc enim paulò antè capiti, oculis, omnibusque sensuum instrumentis, plurimum nocere ostendimus.

Decimum sextum, Ignis, Cuius frequens inspectio & splendor vehementer exiccat oculos, visumque debilitat. Quo fit, vt fabri ferrarij, & quicunque artes suas, quibus se suosque sustentant ad ignem exercent, rubros ferè & debiles habeant oculos.

Decimum & septimum, Labor: immodicus scilicet. Is enim sanguinem efficit cicciorem, sicut etiam reliquum corpus. Siccitas autem totam cutem indurat, ergo vel eam, quã pu-

pilla integit. Itaq; vis illa conspiciendi cooperitur, & delitescit, Aristoteles problm.sect.31.

Decimum & octauum, Ictus siue percussio capitis, & maximè quidē qua parte oculi sunt, Cum.n.sanguis inde, sicuti præcedente captite ostēdimus, ad oculos rapiat, accidit vt spiritus visiui perturbentur, adeoq; visus ob id debilitet, & apostema nonnunquam generetur.

DECIMVM & nonū, nimius acrium rerum vsus: cuiusmodi salsamenta nonnulla existūt quę fumorum acrimonia aciem oculorum obtundunt.

VIGESIMVM, puluis, siue ambulatio p loca pulueruléta: puluis.n.ad oculos pertingens visum maximè obscurat.

VIGESIMVM primum, immodicæ vigilię, quę non oculos tantum, sed totum etiam corporis habitum impensius exiccant, & extabefaciunt.

AD HAEC, nocet oculis quęlibet repletio: & quicquid naturā exicat, quicquid item sanguinem conturbat, siue ex rebus sit salsis, siue acribus, siue ét alijs: & oīs ebrietas. Vomitus medio quodam modo se habet: confert.n.quatenus ventriculū expurgat, nocet verò quatenus cerebro insidentes materias commouet, adq; oculos defluere facit. Quòd si necessarius fuerit, cum facultate à sumpto cibo prouocandus est. Somnus quoque

superfluus,

superfluus,quiq; repletionẽ mox subsequitur,infestus admodum est oculis. Sic quoq; copiosa sanguinis detractio. Potissimũ verò,q̃ per frequentẽ cucurbitularũ affixionẽ celebratur. Plura Auicen. 3.3.tract.1.c.5.&.3.3 tract.4.cap.4.

¶ *De corroborantibus visus.*
Cap. LXXIX.

FOeniculus, verbena, rosa, Et chelidonia, ruta.
Subueniunt oculis dira caligine pressis.
Nam ex istis aqua fit, quæ lumina reddit acuta.

Quinque hoc loco recensentur herbę quarum succo & stillatitio liquore, siue aqua, visus reficitur ac recreatur.

PRIMA, fœniculus, succus nanque caule & folijs expressus, siue distillatus, quemadmodũ lib.3.ad Alma.c.47. Rhazes testatur,& nos suprà cap.49.abundè ostendimus, ad excitandam oculorum aciem præstantissimus habetur.

SECVNDA, Verbena, siue Verbenaca: περιςερεῶνας καὶ ἱερὰνβοτάνην Græci, Germani verò *Ysercruyt* vocant. Huius stillatitius liquor semel aut bis oculis quotidie admotus, ipsorum vitijs mederi perhibetur. Qua ratione oculorum remedijs plurimũ misceri solet. Semen

eius, vt in Pādectis Syluaticus refert, cū succo fœniculi impositū, oculos emūdat.

TERTIA, rosa: cuius aqua refrigerādo, & adstringēdo oculorū potissimū fluxiones colibet, animaléq; spiritū ac visum corroborat. Succus recentib. foliis expressus Dioscoridi libr. I. c. 12. ad oculorum circumlitiones reconditur.

QVARTA, chelidonia: Huius succus claritati oculorū vtilissimus est, quēadmodū satis supráq; ōndimus sup. c. 71.

QVINTA, ruta: herba vulgo cognita, q visus aciem exiccat, grauesq; oculorum dolores emplastri modo imposita cum polenta mitigat. Plura suprà. c. 61.

¶ *De dolore dentium sedando.* C. LXXX.

SIc dentes serua, porrorum collige grana.
Vre cum hyoscyamo simul, vtere iure decenti.
Per sicchonion & fumum capedente remotum.

Remedium hoc in loco traditur efficacissimum sedandum dentis ex erosione dolorem. Quod constat seminis hyoscyami albi, & porri singulorum partib. iiij. & seminis cepæ partibus ij. S. Primum optime premundato dante, semi-

na simul cōburantur, exargētemq; hinc fumum eger admittat, infundibulo adhibito, ad ectū dentem. Lege de hoc plura apud Aeginetā. lib. 3. c. 26. Aetiū lib. 8. c. 33. Auic. 7. 3. c. 19. & Mesuen de ægritudinib. oris, titulo, de vermib. dentium Hyoscyami natura est ἀνώδυνος, q̄ doloris leuamentū adeò prestat, vt vix percipi quidem amplius possit. Fumus verò seminū porri atq; cepæ, Auic. 2. Can. c. 547. teste accōmodatissimus est necādis eiiciendisq; vermib. qui in erosis nōnunq̄ dentibus intollerabiles cruciatus excitant. Hyoscyamus, & lib. 4. c. 64. à Diosco. describitur, frutex est caules emittens crassos, folia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta. flores è latere caulis ordine prodeu t tanquam punicorum cytini, scutulis septi seminū plenis, vt papaueris, Germanicè *Bilsencruyt.* Gallice. *Iusquiame.* Hisp. *Veleño,* ἡ ῥίζα μετ' ὄξους ἑψηθεῖσα ἐδονταλγίας ἐστὶ διάκλυσμα, i. radice eius in aceto elixa, vtiliter in dolore dentes colluntur. Quod Macer etiam lib. 2. cap. 35. hisce versibus confirmat:

Ore diu tepidum si contineatur acetum,
Quo sint decoctæ radices illius herbæ.
Dicitur immodicum dentis pacare dolorem.

Porrò

Porrò χένιον, quod in emboti locũ ſubſtituimus, ς diminutiuum eſt,& ſignificat infundibulum.

¶ *De raucedine vocis.* *Cap.* LXXXI.

NVx, oleum, frigus capitisque, anguillaque, potus,
Ac pomum crudum faciunt hominem fore raucum.

Sex cauſæ raucedinis hic recẽſentur.

PRIMA, Nux: ea enim cum vehemẽter exiccet, vocẽ exaſperat gruumq; clangoribus ſimilem efficit.

SECVNDA, Oleũ & maximè quidẽ ꝙ ex immitaturis oliuis exprimitur. Huius.n.glutinoſa quædã pars dum in ore continetur, ad aſperã delabitur arteriã,ipſamq; diutulè inhęrendo ſtringit & exaſperat. Omne pręterea oleum in biliofis corporibus prõptè accendit, quare vocalẽ ſępe arteriã ipſis exaſperat,raucedinemq; parit. Quod oleo attribuitur hoc in loco,id ipſum etiam de caryino, quod è nucibus conficitur in glandibus, intelligi poteſt.

TERTIA, frigus capitis: Ipſum.n. caput cõprimit ac ſtringit:quo fit, vt humores,qui ſunt in cerebro, deorſum ad aſperã arteriã defluant, eamq; immodicè humectando raucedinem excitent.

QVARTA, anguilla: De ea ſatis ſu-

pra capite trigesimoprimo, dictum est.

QVINTA, potus: nimius. s. & maximè quidē, si instāte nocte, atq; hora somni exhibeat. Asperā.n. arteriā imodicè rigat & humectat: q ex medicorū oīum sententia potissima raucitatis causa est.

SEXTA, pomū crudū: quo noīe quilibet fructus crudi intelligēdi hoc in loco veniunt. Quatenus.n. crudi existunt, phlegmatis generant multitudinem. Quod si immaturi preterea ac styptici fuerint, fauces exasperant, raucedineq; pariunt. Plures causas raucitatis enumerat Auicenna. 1 0. 3. Tract. 2. capit. 1.

Rheumatis remedia. Cap. LXXXII.

IEiunia, vigila, caleas dape, tuq; labora,
Inspira calidum, modicum bibe comprime flatum.
Hæc bene tu serua, si vis depellere rheuma.
Si fluat ad pectus, dicatur rheuma catarrhus:
Si ad fauces, branchos, si ad nareis esto coryza.

Hic septem enumerantur rheumatis remedia.

PRIMVM, fames siue ieiunium per hoc

hoc.n.ipsius consumit materia. Fames enim vt aphor.59.libr.7. Hippocrates adserit, corpora exiccat. Et hoc qdem ex accidenti. Nam cùm famescimus, si in fame perseueremus, naturalis calor, qui nunq̃ cessat.pabulo, in quod agat, destitutis, carniũ humiditatẽ exiccat. Quare rheumatis quoque materiam concoquendo ac difflando consumit.

Secundum, vigiliæ, quæ & in se sanè cùm totũ corporis habitũ quemadmodũ lib.7.c.6.method.meden. & cõment. 28.lib aph.Gale. testat̃ sufficiẽter exiccẽt rheumatis ẽt causam nẽpe cerebri humiditates necessario consumũt vaporumq; cõpiã ad caput trãsmitti ꝓhibẽt.

Tertium, cibi calidi: precipue si à frigida materia ῥεῦμα initiũ duxerit. Eã enĩ cibi calidi cõcoquunt ac maturant.

Quartum, labor. Hic.n.sicuti libr. 2. de dieta Hipp.adserit, suapte natura superflua demit. Cuius deinde hãc adfert causam: nepe qđ corpus siccet. Corpora.n.laborantiũ calefiũt, qbus calefactis attenuatur & depurgatur id quod in ipsis superfluum est sed reuera hoc, est quia calor ille exiccat.

Quintum, calidi aëris inspiratio. Et maximè quidem si ex frigida materia fit rheuma. Ea nanq; per calidi aëris attractionem incalescit ac maturatur.

Sextum, moderatio potus. Nã & hæc corpora,

corpora, perinde ac fames, exiccat, adeo que rheumatis materiam maturando dissipat atq; consumit.

SEPTIMVM, cohibitio, siue retentio spūs. Ea frigido potissimū auxiliat catarrho? frigefactas nāq; pectoris particulas, Aetio lib. 8. cap. 54. test. calfacit, materiamq; catarrhi pituitosam ac frigidam concoquit, dispergit atque consumit. Gal. li. 3. c. 3. de sanitate tuen. τῦ πνεύματος κατοχὴ καὶ κατάψυξις dī. His amplius oportet vt is q catarrhū patit, caput suum moderato calore continenter foueat, & à frigore, Boreali presertim, tueat, & maximè qdem post diutinos Austri flatus. Siquidem caput, vt cōment. 12. lib. 3. apho. Galenus scriptū reliquit, repletum est in calida atq; humida Austrina constitutione. Frigidis autē Septentrionis superueniens, ceu manus quędā extrinseca capiens ac premens cerebrū, veluti spongiā quandam exprimit illam quę in ipso continet, humiditatē. Hæc verò delata alias ad aliū locum, ex ijs qui faciles sunt ad patiendum, multos generat morbos. Minimè tamen sub dio solaribus radijs nudum exponendum est, neq; ad luculentū ignē diutius commorando excalfaciendum. Eo nanque modo rheumata augentur. Multam quoq; ciborum ingestionem, præsertim vaporosorū, ac vini potum

fugiat:imò verò quoad fieri pôt, famem ac sitim toleret. Caueat êt à potu aquæ glacialis ac niualis. Præterea supinum cubitũ vitet, ne peccans humor in posteriorẽ partẽ & dorsalẽ medullam deferatur. Ea.n.pars quum manifesto careat meatu, quo materia excernatur, periculũ est, ne ad neruos penetrãs conuulsionẽ aut paralysin generet. Somnũ item fugiat diurnum, quantumq; pôt vigilet; quoniam est radix curę. Hæc ferè Rhazes lib.9.c.14. ad Almanso. & Auicenna.5.3. tract.1.cap.13.

Vltimi duo versus differetiam inter catarrhum, branchon, & coryzam continẽt. Rheuma aũt nomen est generale ad quẽlibet materiæ defluxũ ἀπὸ τοῦ ῥέω, quod est fluo. Eius species, siue membra sunt catarrhus, branchus, & coryza, de quibus supra cap. 3.

Porrò rheumatis generatio imbriũ gñationi similis est, quẽadmodũ libr. 2. de partibus aĩalium c.7. Aristo. docet. Cùm.n.ex terra vapor exhalat, affertq; in suplime à calore, vbi supernum aerẽ subierit frigidũ, consistit: denuò in aquã ꝑꝑ refrigerationem cõuertitur, atq; in terrã defluit. Fluxiones êt sic ex capite oriuntur in ijs corporibus, quibus cerebrũ frigidius est, q̃ tẽperamentum modicum postulet. Cùm.n.alimentũ per venas sursum respirat, vbi excrementũ ob

eiusloci vim refrigeratũ eſt,fluxiones pituitę,ſanieiq́; mouet. Hactenus Ariſt.

¶*De curatione fiſtulæ. Cap. LXXXIII.*

AVripigmentum, ſulphur miſce
rememento.
His decet apponi calcem, coniunge ſaponi,
Quatuor hæc miſce, commixtis quatuor iſtis
Fiſtula curatur, quater ex his ſi repleatur.

Medicamentum hoc in loco pro fiſtulæ curatinoe deſcribitur longè optimũ quod,vt prętcr quotidianã experientiã recentiorũ ferè oĩum ſcripta teſtantur, neminẽ vnquã fellit.Nẽpe vt fiſtulis infundenda collyria,ſiue penicilla,ex auripigmento,hoc eſt,arſenico, ſulphure, calce,& ſapone commiſceantur. His.n. oĩbus inſignis quædam ineſt erodendi, exiccandi, diſcutiendi, abſtergendi, & emundandi facultas: quæ ad fiſtulę curationem cumprimis neceſſaria eſt.

Auripigmentum,ſiue arſenicum, facultatis eſt cauſticę, ſiue vrentis, idq́; tã combuſtum, quam vſtionis expers. Diſcutit,attrahit, erodit, cõſumit & emundat. Cruſtas cum vehementi vredine & violento morſu excitat. Reprimit quæ

excreſcunt, & capillos euellit. Quod verò ſublimatum eſt, cancrum, lupum, eſthiomenon, noli me tangere, fiſtulam, & oẽs tales peſſimos morbos, prima die occidit, & extirpat.

Sulphur. Sulphur ſubſtantia tenue eſt, calfaciẽdi & ipſum vim obtinet, celeriter con coquit, attrahit, detergit, & diſcutit.

Calx. Calx omnis communiter habet feruidam vim, erodit, vrit, & ignium modo cruſtas inducit. Calx verò in aqua elota abſque morſu deſiccat: ac ſi biſterque, aut amplius abluta fuerit, plane mordicitatis expers conſtituitur ac ſtre nuè abſque mordacitate exiccat.

Sapo. Sapo, qui Grecis etiam σμηγμα dicitur, eſt pingue illud albũ, ſiue nigrum, quo veſtes mulierculæ lauant, abſtergunt, & emundant. Calfacit quidem & deſiccat, ſed reliquis paulò remiſſius, aptiſſimus eſt ad emolliendos tumores in σκίῤῥον induratos. Q. Serenus Sammonicus prima longa extulit cap. 11.
Aſtrito ſapone genas purgare memento.

Fiſtula. Porro fiſtula (quæ Græcis σύριγξ nominatur) arctus oblongusq́;, & calloſus eſt ſinus, aliquatenus indolens, aſſiduè & periodice, id eſt, ſecundùm diuerſa tẽpora, ſine lunationes, vt vocant, fluens. Qui magna parte ex abſceſsibus parum dextrè curatis oriũ, ſed & ex alijs nonnunquam vlcerũ generibus ac ſinubus

pernera

perpera curatis, nascit. Hęc aūt nomen accepit ab arundinearū fistularū tralatione. Quandoquidē in eis cauitas quędam deprehenditur, arundinū cauitatibus similis. Plura Corne. Celsus lib. 5. c. 8. Paulus Aegineta lib. 6. c. 77. Auicen. 4. 4. tract. 4. cap. 11. & Ioannes Tagaultius libro. 3. chirurg. instit. capite. 18.

¶ *De doloribus capitis. Cap. LXXXIIII*

SI capitis dolor est ex potu, lympha bibatur,
Ex potu nimio nam febris acuta creatur.
Si vertex capitis, vel frons æstu tribulentur,
Tempora, fronsque simul moderate sæpe fricentur,
Morella cocta necnon calidaque lauentur,
Istud enim credunt capitis prodesse dolori.

Duo hic traduntur remedia doloris capitis.

PRIMVM, si cuipiā ex vini, vel alterius cuiuslibet liquoris inebriātis potu, dolor accidat capit. vt is potu aqua vtat̄ frigidā. Ea nāq; frigiditate ac crassitudine sua impedit, ne fumi ex eiusmodi po-

tu ſurſum euicti cerebrum petant ac ledant.

SECVNDVM, ſi cupiã vertex capitis, ſiue frons nimio calore æſtuet, vt ei tempora & frons moderatè primùm fricẽtur, ac calida deinde acqua decoctionis morellę lauentur.

PORRO morrella, ſiue Maurella, vt diſertè admodum Ianus Cornarius in c.34.lib.2.Macri exponit, dr̃ ſolatrũ Officinis appellatum, ab atrum acinorum colorem Mauros referentẽ: Gręci στρύχνον κηπαῖον; Latini verò Solanum vocãt hortenſe, Germanicè, *Nachtſcaye*, Gal. *Morelle de iardin*. Notum eſt oĩbus, vtuntunq; ad oĩa ea, quę refrigerari adſtringiq; poſtulãt. Põt.n.hæc duo ordine ſecundo, Gale.lib.8.c.144. de ſimpl. med.fac.teſte. Folia ꝑ ſe trita & ĩpoſita capitis dolores ſanãt. Dioſc.lib.4.c.66.

¶*De quatuor anni temporibus*. C.LXXXV.

TEmporis æſtiui ieiunia corpora ſiccant.
Quolibet in menſe & confert vomitus, quoq; purgat
Humores nocuos, ſtomachus quos continet intus.
Ver, Autumnus, Hyems, Aeſtas dominantur in anno.

Tem-

Tempore vernali calidusque aer
malidusque.
Et nullum tẽpus melius est phle-
botomiæ.
Vsus tunc homini Veneris con-
fert moderatus,
Corporis & motus, ventrisq; so-
lutio, sudor,
Balnea, purgentur tunc corpora
per medicinas
Aestas more calet sicca, & noscа
tur in illa
Tunc quoq; præcipue choleram
rubram dominari,
Humida, frigida fercula dentur,
sit Venus extra,
Balnea non prosunt, sint raræ
phlebotomiæ,
Vtilis est requies, sit cum mode-
ramine potus.

Plurima hice versibus comprehen-
duntur.

Ac primum quidẽ, quod ieiunia cor
pus per estatẽ validissimè exiccent. ae-
stas.n.cum calida sit & sicca, necessariò
talem et vim, nẽpe calidã ac siccam, in
corpore exercet. Cutem igitur efficit ra-

riorē, poros aperit, sudoremque elicit: Quo fit vt humoribus large discussis à consumptis corpus vehementer exiccet. Superueniēte aūt insuper & ieiunio, magis omnino exarefieri necesse est. Naturalis siquidē calor, vt c. 81. ostendimus, humido destitutus cibali, in propriam agit carniū humiditatē, ipsamq; exhaurit & exiccat. Fames.n.corpora siccat.

SECVNDVM, quod vomitus singulis mensibus semel aut bis prouocatus, plurimū tuendę sanitati adferat emolumenti. Ventriculum.n. à bile & pituita, cæterisq; prauis ac vitiosis humorib. quibus grauatus fuit, exonerat. Atque hoc quidē de Hippocratis consilio cōstat. Nam in lib. de salubri diæta ita scriptū reliquit. Melius est, vt is qui singulis mensibus vomere cōsueuit, continuo biduo hoc agat, q̃ interpositis quindecim diebus: ita.n. secūdus dies prioris reliquias extrudit. Quę quidē sententia in libro etiā de insomnijs repetit Galen. quoq; lib. 5. de vsu particum cap. 4. hāc Hippocratis sniam ijs confirmat verbis: Rectè igit veteres medici vomitus à cibis in singulos menses repeti pręcipiebant, alij quidem semel, alij verò bis. Oēs aūt hi qualitates ipsas eo casu comedēdorum acres, atq; abstersorias deligere consulunt, vt pituita oīs è ventriculo purgēt, neq; prauo succo corpus adficiatur. De

hoc nonnihil ét supra c.15. Cur verò ar te vomitũ interdũ moliri oporteat. Auicen.4.1.c.13. hãc potißimũ adſignat cauſam: Nẽpe qđ ventriculo à natura nihil ordinatũ ſi quo irritãte ſua ſpõte expurgari queat: ſicuti inteſtinis flaua bilis, q̃ deſcẽdẽs ipſa facile & abſtergit & emundit. Idẽ eodẽ in loco q̃ plurima ẽt vomitus recenſet cõmoda, ſiquidẽ recte fiat, & vomens ſuapte natura facile ferat.

A c primum quidem, ꝙ capitis grauitatẽ tollat: idq; maximè ſi ex humorum ac vaporũ multitudine è ventriculo ac mẽbris inferiorib. ſurſum vergente contracta ſit: ſi verò à proprio ipſius cerebri fuerit nocumento, ab eo cauendum, vt qui grauitatem augeri magis ſoleat.

S e c v n d v m, qđ viſus aciẽ ſubtiliorẽ reddat: ſ certum ſi viſus ob vaporũ copiã è vẽtriculo ſurſum aſcẽdentẽ obſcuratus fuerit: alias.n. offendit potius.

T e r t i v m, ꝙ nauſeoſam auferat ſatietatẽ: humorẽ.n. in vẽtriculi ſpacio innatantẽ, ac nauſeã excitantẽ, euacuat.

Q v a r t v m, quod illi etiam, ad cuius ventriculum flaua bilis confluens cibum corrumpit, egregiè opituletur: eam enim per ſuperiora exturbat.

Q v i n t v m, quod ſtomachi ſubuerſionem atque abominationem ex pinguium ac dulcium alimentorum eſu contractum ſubmoueat.

SEXTVM, ꝙ ἀνορξίαν, i. appetentię amissionem, & corruptum ipsius ventriculi desiderium, quo nimirū acria solū, aut acida; aut pontica appetuntur, curet. Vomitus nanq; eiusmodi affectionem causas oēs remouet; remotis verò causis, effectus quoque tolli necesse est.

SEPTIMVM, quòd corporis ex humorū redundantia lassitudini conueniat: euacuata enim materia vires corporis omnes alleuantur & recreantur.

OCTAVVM, qđ renū ac vesicę vlceribus succurrat, materiā nanq; eò corruentē ad appositam abducit partem.

NONVM, quòd leprę auxilietur: & maximè quidē si cum vehementi vomitiuo, quale veratrum cumprimis existit, eliciatur. Hoc.n. lepræ materiam eradicatu difficilē è remotis locis subducit. Quinetiā primæ cōcoctionis errata corrigit, quo fit, vt & reliquę cōcoctiones absolutiores fiāt, Lepræ.n. origo est ex cōcoctoriæ facultatis corruptione.

DECIMVM, ꝙ corporis colorem ex vitioso aliquo humore deprauatum emendet: ipsum.n. a cute alio deriuat.

VNDECIMVM, quod epilepsiam ex ventriculi cum cerebro sympathia obbortam curet: humorem enim, cuius euaporatione epilepsia accidebat, è ventriculo expellit.

DVODECIMVM, quod ictero, illi

præter-

prȩsertim, qui ab obstructionib. initium ducit medeat: vehementiore siquidé vomẽdi conamine obstructionũ materię à locis, quos obsidebant auertunt. Ad hęc materia ét pituitosa, q̃ eiusmodi ferè patit obstructiones, vomitu educit.

DECIMVM tertium, quòd asthmati subueniat: causam enim eius antecedentem tollit. Quin thoracem etiam ac pulmonem calfaciendo superfluitates absumit vnde asthma gignebatur.

DECIMVM quartum quòd tremorem atque parasysin curet: harum enim passionum materiam aufert.

DECIMVM quintum, quòd magna & nigra vlcera in extremis partib. & impetiginẽ, materiam diuertendo curet.

QVANQVAM verò vomitus ritè prouocatus dictorũ cõmodorum oĩum sit autor, cauendũ tñ vnicè erit, ne is qui valere & senescere volet, vt vomat quotidianũ habeat, Nã eius frequentia assiduusq; vsus stomachũ sentia & lacunã facit oĩum superfluitatũ. Præterea surditatẽ ét inducit, visui obest, thoracis pulmonisq; venas disrumpit, nocet dentib. & doloribus capitis, maximè si non ex ventriculi vitio orti sint. Cęterum in eliciendo vomitu summa diligentia considerandum medico, qui ad vomendum faciles, qui iq; difficiles futuri sint. Difficulter.n. vomentes, ad vomitiones non *Auicẽna 4.1. cap. 14.*

ſunt cogendi, ſed per inferiora potius purgãdi. Difficulter.n. vomentibus, vbi eos ad vomendũ vrſeris, venarũ q̃ in chorace ſunt, ruptionis periculũ imminet. Difficiles aũt & inepti ad vomendũ ſunt, mediocriter carnoſi, & euguſto thorace prediti. Contrà, verò faciles, & idonei, qui tenues graciles q; natura ſunt, & amplum obtinent thoracem. Quę ſingula. Hippocrates lib.4.aphoriſmo.6.&.7.ita ſcribens confirmat: Graciles, & ad vomendũ faciles, per ſuperiora purgare conuenit. Qui verò ad vomendũ difficiles ſunt & mediocriter carnoſi, hos per inferiora purgare oportet. Tempus vomitioni aptiſsimum eſt eſtas, vtpote in qua bilioſi potiſsimũ humores generantur, qui facilè ſurſum feruntur, & per vomitũ ſine negocio eiiciunt. Quod Hippocrates ẽt lib.4.apho.4.ita ſcribẽs confirmat. Aeſtate quidẽ in ſuperiores magis ventres, hyeme aũt inferiores medicamentis purgare conuenit. Neq; obſtat qđ Hippocrates in lib. de diæta ſalubri aphoriſmo.15.contrarium adſtruere videat. ſex hybernis menſib. vomere vtile eſſe tradẽs: & Celſus lib.1.c.3. vomitũ vtiliorẽ hyeme q̃ æſtate eſſe ſcribat: q vterq; in ijs locis de pituitę vacuatione, q̃ citra purgantia medicamenta fit, loquatur. Q̃ñ.n. hyeme in ventriculo pituita generaẽ, neceſſe eſt vt illam

vomitibus.

vomitib. expurgemus. Verũ vniuersum corpus si purgare instituamus, æstate per superiorẽ ventrẽ, hieme per inferiorem, vt est in aphorismis relatũ, purgabimus. Quid multa? vniuersum corpus æstate per superiora & vomitum magis purgandũ, hyeme verò per inferiora. Pituitam verò in ventriculo tm̃. coaceruatã hyeme, vomitu eijcere nihil prohibet, imò plurimum confert. Porrò q̃d ex eis quę per vomitũ quouis tp̃e eijciuntur prædicere liceat, Hippocrates libro. 2. prognostic. aphorismo. 18. & sequentibus, & post eum in suis commentarijs Galenus, abundè docuerũt. Lege plura apud Leonhartum Fuchsium cap. 30. methodi perueniendi ad medicinam.

TERTIVM ex ijs, quæ in præscriptis notantur versibus, est, q̃ quatuor sint anni tẽpora, Ver, s. Aestas, Autumnus, & Hyems. Et inter hæc ver, licet per se sit oĩs excessus plane in medio quemadmodum libro. 1. de temperamentis capite septimo Galenus testatur, respectu tamen habito ad reliqua tempora, calidum dicitur ac humidũ. Hoc tẽpus sanguini mittendo accommodatissimum, est siquidem æquale est, atq; adeo neq; nimis calidum, neque supra modum frigidum: vt rectissimè ab Hyppocrate libro septimo aphorismo. 54. dictum sit. Quibus sanguinem è venis detrahere

confert,

confert,ijs Vere ſanguinẽ mittere prodeſt. Hoc item tẽpore ſanguis in corporibus augetur. Conuenit aũt vt in vere, ad ĩminuẽdã repletionẽ, Venus, motus, vẽtris ſolutio, ſudor, & balnea ſint moderata. Hoc ẽt tp̃s, vt lib. 6. aphoriſm. 47. Hipocrates teſtatur, aptum eſt corporis purgationi, quæ fit per medicamenta.

QVARTVM, ꝙ æſtas calfaciat atque exiccet, ac proinde flaua bilis, quę calida & ſicca eſt, per ipſam in corporibus augeatur. Ad moderandam igitur δυσκρασίαν, quę corporibus rõne tẽporis accedit, alimẽtis vtendũ eſt frigidis, ac humidis: abſtinendũ à Venere, & crebris balneis. Nam & hæc exiccãt. Et niſi neceſſitas cogat, rara ſit phlebotomia. Sit qes & paruus motus, quies.n. humectat, motus exiccat. Potu vtẽdũ moderato, p̃ſertim frigido: ſupfluã nãq; frigidi potus ſumptionẽ, ob pororũ apertionẽ, ſubita nõnunq̃ corporis infrigidatio, vel paralyſis, ſiue laxitas mẽbrorũ, aut repẽtina mors conſequit̃. De anni tẽporibus plura diximus ſuprà cap. 19. & 56.

¶ *De numero oſsium, dentium, & venarum in humano corpore.* Cap. LXXXVI.

OSſibus ex denis, bis centenisque nouenis,

Conſtat homo, denis bis dentibus & duodenis,
Ex tercentenis decies ſex quinqueque venis.

Traditur hoc in loco, quod in vniuerſum ſint oſſa, dẽtes ac venæ humani corporis. Oſſa quidẽ fiunt è ſemine, cùm id quod eſt craſſiſsimũ, à calido vrente induratur, ſicut lapides coquuntur à calido vrente. Sunt autẽ oſſa veluti truncos ſuſtinens reliquum corpus. De quorum numero haud parua inter ipſos artis Medicæ ſcriptores diſſenſio eſt. Hic.n.ducẽta ea eſſe & nouendecim aſſerit. Ioan. Tagaultius excellentiſſimus noſtri æui Medicus, ducẽta & quadraginta ſex hoc diſticho complexus eſt. *Oſſa.*

Adde quater denis, bis centum, ſenaque habebis.

Quam ſis multiplici conditus eſſe ſemel.

Nõnulli. 304. conſtituerunt. Sed Rhazes lib. j. cap. 2. ad Alman. 248. ea eſſe, Galeni authoritate probat. Cũ oĩa, inquit, corporis oſſa numerata fuerint, prout Galenus numerauit, 248. erunt. Cui ſubſcribit etiam vulgatiſsimus hic verſiculus.

Oſſa ducentena, atque quater ſunt & duodena.

m SECVNDO deinde loco dicitur, homini ineſſe. 32. dentes: & hoc quidem in cor-

corpore bene constituto, vt quælibet maxilla, tam superior, quàm inferior, sexdecim dentiũ sit capax. Quaterni primores, siue aduersi, τομεῖς & τομικοὶ Græc. nominantur, item γελάσινοι quòd inter ridendum retegantur, Latini incisores, siue incisorij, quia cibũ in os primò, allatum confringant & incidant: singulis tñ radicibus nituntur. Horum verò lateribus adiacẽt in qualibet maxilla duo acuti, canum dentibus similes (vnde κυνόδοντες vocati) cinguntque tomicos ex omni parte, quorũ munus est, morsu diuidere escas, atq; eas discriminare. Simplici radice cõstat, quẽadmodum incisorij. Sed caninorũ, qui superiores sunt, lõgissimas habent radices, vt ad oculorũ orbem ferè pertingant, neruisq; qui labri superioris motores, ab oculorũ regione per superius foramen emergunt admodũ vicini sint. Vnde fit, vt altero ex his dẽtibus auulso, periculũ nõnunquàm immineat, ne parte aliqua offendantur oculi, quapropter vulgo dentes ocularij dicti. Magnum, dũ nascuntur, dolorẽ infantulis infligũt, & si qñ defluxio à cerebro in eam gingiuę partem insederit, in quam implantantur (vel natu grãdioribus) totius genę & oculi dolorem pulsatorium non sine febre suscitant. Intimis porro dentibus atteritur cibus, ijs maxillaribus, siue molaribus nomen est

indi-

inditum, Græci γομφίους & μύλας, siue μυλίτας vocant, quod cibos iam incisos & confractos à prioribus dentib. molant & comminuant: asperi. n. sunt, duri, & ampli, vt incisam à tomicis, & confracta à caninis, in læuorem exactum terant. Sunt aũt viginti: superius quidẽ decẽ, in vtroq; latere caninorũ siti, totidemq; inferius. Qui superiori maxillæ affixi sunt, triplici radice, interdum etiã quadruplici nituntur: alij verò duplici, & nonnunq̃ triplici: præsertim qui duo ex ijs aduersi & anteriores magis sunt: tertius. n. perraro hmõi esse reperitur. Postremi dentes, qui sunt oĩum reconditissimi, ac propemodum gingiua operti, Grecis σωφρονιστῆρες, quod, s. tempore producantur, quo sapere solemus, & ὀψιγόνοι, id est, serotini, & κραντῆρες; quod ętatem perficiant & compleant, nuncupantur. Latini simpliciter Genuinos nominant, nõnulli dentes sensus, siue sapientię. Interdum ad septimum & vicesimum annum latent, vnde Hippocrates in lib. de carnibus, sic scriptũ reliquit: Quin & in quarto septenario dentes enascuntur, plerisq; hominibus duo, qui sapientię dentes appellantur. Interdum etiã ad octogesimum annum, teste Plinio lib. 11. c. 37. Plura Gal. in lib. de ossib. c. 5. & lib. 11. cap. 8. de vsu par. Auicẽna prima. 1. doct. 5. sum. 1. cap. 5.

Dentes molares.

An-

Andreas Vesalius lib.1.cap.11.de humani corp.fabric.Carolus Stephanus.lib.1.c.11.de dissectione, Leonhartus Fuchsius parte.1. epitomes de humani corp.fabrica lib.1.cap.14.

Tertio demum loco traditur, humanum corpus constare ex trecentis & sexaginta quinque venis. Cuius rei certitudo ex anatomia petenda est.

De quatuor humoribus humani corporis. Cap. LXXXVII.

Quatuor humores in humano corpore constant,
Sanguis cum cholera, phlegma, melancholia.
Terra melancholicis, Aqua confertur pituitae,
Aer Sanguinis, ignea vis Cholerae.

Hic de humorib. qui ad humani corporis constitutionē necessario concurrunt, cūprimis agitur. Sunt autem ij numero quatuor: sanguis scilicet, pituita siue phlegma, flaua bilis siue cholera, & atra bilis, siue melancholia.

Deinde ostenditur, quod nā eorum sit temperamentum, & quomodo singulis elementis respondeant. Melancholia frigida ac sicca est, & terrae respondet.

Pituita

Pituita frigida & humida existit, & aquę comparatur. Sanguis calidus est atq; humidus, & confertur aëri. Flaua bilis calida ac sicca existit, & igni respõdet. Quod sanè vulgatis hisce versiculis maiores nostri innuere ét voluerunt.

Humidus est sanguis, calet & vis aeris illi.
Alget phlegma, humet que, illi sic copia aquosa est.
Sicca calet cholera, & sic igni sit similata.
Frigens sicca melancholia est, terra adsimilata.

Sanguis omnium humorũ facilè prestantissimus est: vel quod materia sit spirituum, in quibus consistit vita, & omnis actio, naturalis scilicet vitalis, & animalis: vel quod vitę principijs conformis existat. Est enim tẽperatè calidus ac humidus: vel certè quòd pręcipuus ipsius vsus sit, vt nutriat. Ex eo enim omnes particulę corporis, vt multis in locis testatur Galenus, nutriuntur. Et vt verbo dicam. Sanguis naturę thesaurus & vitę fomes est: vt quo affatim effuso, mors subinde sequatur. Hinc sanè est, quod Moses.17. Leuitici ita scriptum reliquerit. Anima omnis carnis in sanguine est. Significat autem Anima Hebręis vitam. Hanc cùm dicit in sanguine esse, vult sanguinem vehiculum esse vitę. *Sanguis.*

Plegma secundum probitatis locum sibi *Phlegma*

sibi vendicat. Hic humor, vt testis est cõment. 30 libri de natura hum. Galen. in prima ciborũ mutatione generatur. Colore autẽ albus existit, & cõcoctione in sanguinẽ mutaẽ. Quapropter quum sit veluti ex dimidio coctũ nutrimentum nullũ quod pituitã expurget proprium instrum natura machinata est. Quippe in ventriculo generata pituita, quia fert simul cùm ijs, quę ex cibi potusq; humoribus in iecur distribuunẽ, concocta iã sanguis euadit. Quod autẽ pituita in venas fertur, aĩali etiã ex vsu est. Desiderat itaq; talis humor nõ vtiq; euacuari, sed in corpore manẽs alterari. Quod verò in intestinis relinquiẽ, à bile ex iocinore in ea defluente abstersum, cõmodissimè ac celerrime per sedẽ eijcitur. vt lib. 5. de vsurpat. corpo. huma. cap. 4. fusius Galenus ostendit. Porrò excrementum, quod à cerebro destillat, veluti Galenus lib. 2. de natural. facul. cap. vltimo attestatur, propriè non rectè appellatur pituita, sed Grçce [illegible], καὶ κόρυζα, Latinè Muccus.

Flaua pallidave bilis, sic à calore, qui est flauus pallidusve, appellationẽ accepit, simpliciterq; Grçcis, Galeno in libello de tumoribus prçter naturã cap. 10. teste, χολὴ dicitur. Reliquias vero omnes biles, cũ coloris adiectione nominant. Generatur autem bilis in hępate, ibidemq;

ibidemq; cũ sanguine miscet. Necessarium autem fuit, vt ab ea sanguis purgaretur, ne scilicet totius corporis color ab ea, haud secus quã in ictero, inficeretur. Hinc natura huic propriã sedẽ machinata est, vesicã nimirũm qua iecori subest, & bilẽ ex eo ad se per cõuenientẽ meatũ trahit. Visus aũt bilis flauę est, vt intestina à pituitosis excremẽtis repurget, & abstergat. atq; eorundẽ excretionem adiuuet. Ad intestina autẽ defertur bilis per meatum duodeno insertum.

Atra bilis naturalis veluti fæx ad sedimentum sanguinis est, ideò colore, qđ nomẽ satis indicat, nigra. Hæc autem, si volumus exquisitè loqui, Galen. sect. 6. aphorismor. cõment. 53. attestante, nõdum atra bilis nominari debeat, sed melancholicus humor. Necesse verò est ab hoc humore expurgari iecur, ideoq; instrumentũ, quo ille expurgetur, natura lienem cõdidit. Qui si minus quẽ oporteat, melancholicum humorẽ ad se trahit vt inde sanguis impurior, ita totum corpus redditur magis decolor. Vt hinc etiã perspicuum omnibus sit, eum humorem in iecore generari, à quo tãdem in lienem transfertur. vsus autem atrę bilis naturalis est, Galenus lib. 5. de vsu part. huma. corpo. cap. 4. attestante, vt ventriculi actiones iuuet. Ipsa enim cùm acerba & acida sit, ventriculum

inten-

intẽdit,& in seipsum contrahit,& exquisitè cõprehendere cibos cogit ac retinere,quousq; plene concoquantur.

Verùm enimuero cùm exacta humorum cognitio vtilißima cumprimis sit, & oppido quã necessaria, de ipsis latinis nonnihil dicemus.

Sanguis igitur vt cõprehẽsum est,humor est calidus & humidis ex tẽperatiore parte ipsius chyli progenitus. Et hic quidẽ duplex est,iuxta neotericorum diuisionem,naturalis,& non naturalis.

Naturalis,est humor calidus & humidus,substantia quidẽ mediocris, colore verò multum rubens,odore autem & sapore dulcis,mitis,ac benignus.

Verùm non naturalis ille dr̃, qui ab isto nuper descripto deflexit, degenerauitq;: intra tñ suę latitudinis terminos: quos si transgredit̃, nõ iam sanguis,sed alius humor venit appellãdus.Hoc autẽ (sanguinẽ in quã degenerare a propria sua natura) contingit dupliciter. Vno modo(vt aiunt) in se,hoc est, rõne sui, permutata propria eius substãtia, citra alterius admistionẽ. Altero modo, per alium,seu rõne alterius.Et per se qdem adhuc bifariã, nempe,vel qa eius substãtia craßior est,aut tenuior quã debeat: vel qa aduritur, & quod ex eo tenuius est,in flauã bilem mutatur,q̃ verò craßius,in atram, idq; absque separatione.

Alte-

Alterius verò ratione sanguis fit nō naturalis, qñ alius humor illi permiscet. Quod multifariā contingere pōt prout scilicet variç species bilis, pituitç, aut melancholiæ, cū ipso sanguine misceri possunt: qui ob id multifariā a naturali etiā differt. Ac primo quidē substantia: crassior.n.est, & turbidior, cum ipsi miscetur melancholia, tenuior cùm flaua bilis, aut aquositas. Secūdò, colore: pituitç nāq; rōne declinat ad albedinē: flauæ bilis ad pallorē: melancholię verò ad nigredinē. Tertiò, odore: fœtet.n. cui humores admisti sunt putridi, oīno verò expers odoris est, cui crudi. Quartò, sapore: flauę bilis nanq; admistione ad amaritudinē: melancholię ad aciditatem pituitç verò ad insipiditatē vergit. Auicen.1.1.doct.4.cap.1.& Ioannes Tagultius lib.1. institu. chirurg. cap.6.

Phlegma quod Latini pituitam vocant, in generatione humorum sanguinem consequitur, maiorq; eius portio est in corpore secundùm sanguinem, q̄ aliorum humorum. Est autem pituita duplex, naturalis, & non naturalis. Et naturalis quidem, est humor frigidus & humidus, substantia crudus, colore vergens ad quandam albedinem: sapore verò, & (si fas sit dicere) odore ad dulcedinem. Hæc certè concoctione in sanguinem mutatur. est enim pote- *Phleg.*

state

state iam sanguis, se nondum exquisitè concoctus. Est quoq; modus quidã pituitę dulcis, quę non existit valde frigida: imò, si cũ corpore conferat̃, paucę ad modũ frigiditatis videbit̃ esse particeps sin verò cũ sanguine ac flaua bile, non modo frigida, sed naturaliter & alba erit. Dicitur aũt dulcis, extenso nimirum hoc nõie ad oẽs sapores, qui delectationẽ gustui pariunt: Alias.n.naturalis pituita ἄποιος καὶ ὑδατώδης, id est, qualitatis expers, insipida, & aquosa, hoc ẽ, aquę sapori valde assimilis est. Huic natura, vt dictũ est propriũ instrumentũ, veluti flauæ bili, & melancholicæ, machinata nõ est, sed simul cũ sanguine fertur, vt in ipsum opportuno tẽpore facile cõmutari queat, similitudinẽ.n. ipsi finitimam iam atq; propinquam habet. Huius quidẽ pituitæ duplex est necessitas, & vna utilitas. Ac prior quidẽ necessitas est, vt in hoc iuxta membra sit, quo facultates eorũ caliditate sua naturali in ipsa concoquenda ac distribuenda operentur, ex eaq; tempore indigentię nutriantur. cũ proprio videlicet alimẽto, qđ est sanguis mitis ac benignus, ob retẽtionẽ aliquã massæ sanguineę, destituta fuerint: eam enim à ventriculo nõnunquam atque hepate ex accidentia quopiam retineri contingit. Altera necessitas est, vt sanguini misceat̃, ipsumque adeò

adeò membris phlegmaticę constitutio nis, siue temperaturæ, quale cerebrum cum primis existit, atque spinæ medulla, a Caleno νωτιαῖος μύελος, ab Arabibus verò Nucha, appellata nutriendis accõmodet. Horum nanque sanguini pituitã actu admisceri oportet iuxta mensuram, quam materiæ necessitas exigit. Vtilitas porrò eius est, vt articulos ac mẽbra, quæ in continua sunt atq; iugi motione, humectet: vt scilicet melius inuerti possint: qa vbi nõ sint partes humectatę, sed siccę, difficiles sunt ad motũ & ne per calorẽ, qui ex motu & collisione ꝓficiscitur, penitus exiccẽtur. Nõ naturalis pituita, est ea, q̃ a modo descripta degenerat, intratũ suę latitudines termi nos, quos si forsan pertranseat, non iam amplius phlegma, pituitave, sed alius humor dici debet. Cõtingit aũt bifariã pituitã ipsam a ꝓpria sua natura degenerare. Vno quidẽ modo in se, qñ, s. in ꝓpria sui ipsius substãtia, citra alterius admistionem permutatur. Quod sane multifariam contingit. Alia. n. iuxta sensus iudiciũ in substãtia, hoc est crassitie ac tenuitate partium suarũ diuersa apparet: eoq; à similitudine muccilaginis, quæ è seminibus quibusdã extrahitur, muccilaginosa dicitur. Alia in substãtia secundũ sensus iudicium æqualis apparet, cũ reuera tñ in partibus suis fit diuersa:

eaq; pituita est crudaq; in vētriculo potissimùm atq; intestinis colligit. Ac illā qdē, quę in vētriculo residet, Hippocrates in lib. de salubri dięta, singulis mensibus bis vomitu expellere ꝑcipit. Ad alterius verò excretionē, quæ in intestinis cōgerit, à natura cōstitutū est, vt flaua bilis è vesicula fellis, quæ χοληδόχος Græcis dr̄, ad ieiuniū, reliquaq; inferiora intestina deferat, eaq; à pituitosis excremētis repurget, & abstergat, ipsorūq; expulsionē iuuet. Hæc eadē interim in venis quoq;, senū ꝓsertim, ob concoctoriç facultatis imbecillitatē, coaceruat, ibidēq; diutius hęrendo augetur ac crassescit: Cuius molestiā cū vlterius natura nō ferat, ipsamq; ꝑ ordinarios meatus expellere nequeat, facit è possibilib. ꝙ melius est, repellitq; à corde ac reliquis internis mēbris nobilioribus ad exteriora, eaq; ignobilia, & pręcipuè ad tibias: quo naturaliter alioquin ob grauitatē suā tendit. Eaq; cā tibiæ senum inflant, nōnunq̄, adeoq; in tumorē attolluntur, vt presse digitis fossulam repręsentent: & maximè qdē appropinquante nocte. Idē euenire nōnunq̄ pinguibus ēt atque obesis solet, quiq; humidioribus oblectant alimētis. Alia pituita tenuis valdè est, & aquosa, aquę nimirū paululum admodū densatę similitudinē quandam præseferens. Qualis qdē in saliuis haud

rarò

rarò ac ſputis illorũ viſitur,qui cibos minus be llè conficiũt,quiq; largius bibũt. Conſueuit ẽt in coryzę principio à cerebro in nares deſtillare. Hęc eadẽ ꝑ decoctionẽ indurata,pituita euadit craſſa aut muccilaginoſa . Pituita alia craſſa admodũ eſt & alba: cuius qdẽ quod tenuerat ob diurniorẽ in iuncturis morã, euanuit:craſſum verò inſpiſſatũ ac conglutinatũ mãſit, ceu lapis qſpiam. Hinc nodoſa generatur podagra , morbus,vt Ouidius feſtatur,ferè incurabilis.Sic.n. lib.1.de Ponto elegia.4.de illa cecinit.

Tollere nodóſam neſcit medictna podagram.

Alia verò pituita denſa & craſſa eſt, colore,& lentore, pondereq; fuſo ac liquefacto vitro ſimilis: quę ob id paſſim etiã apud rei medicę ſcriptores vitrea appellatur. De qua copioſe admodum Galenus lib.2.cap.7.de ſanita.tuenda,& lib.1.cap.8.de Sympto. cauſis,& lib.2. cap.6. de different.febr. & libro. 2.cap. 5.de locis affect.& lib.12.capite.8.methodi med. Altero modo pituita efficit non naturalis,per admiſtionẽ. Quando ſcilicit alius quiſpiam humor illi extrinſecus accedit, verbi gratia,vel ſanguis vel bilis flaua, aut atra. Si ſanguis pituitę permiſceatur , hęc dulcis efficitur,fiuntq; ex ea,ſicuti in libro de multitudine cap.17. Galenus teſtatur,ſom-

nolenti. Si crudi humores, insipida & aquosa: q̃ pp infirmam concoctionem in corporibus redundans cibi fastidium parit, perindeq; ac dulcis pituita aperte somniculosos facit. Si flaua bilis, salsa: hæc mordacior certe, ficciorque, ac leuior cęteris pituitæ generibus inuenitur: nã flaua quoq; bilis mordax, ficca, & leuis est. Quæ quidé ex sapore sputi facilè iudicari pôt, & in corporib. intemperantiũ, q fortia vina bibunt, & salsis vescuntur cibis, nascit̃ copiosius: ac inde perniciosi oriunt̃ catharri: lõgiori tpe in ventriculo residés intolerabilẽ nonnunq̃ excitat sitim. Diutius verò huc illuc p intestina discurrens, ipsa exulcerat, dysenteriãq; generat & tenasmon. Si melancholia pituitæ permisceat̃, ea acida efficit̃, sæpiusq; imbecillo ventriculo, q̃ in alijs corporis partib. reperit̃: melancholia.n. naturalis defert̃ ad vos ventriculi, vt coctioné eius adiuuet; famemq; ac naturalé appetentiã inuitet, Ea igit̃ subsidẽdo nonnunq̃ pituitę miscet̃ ipsamq; reddit acidã. Quæ ex acido certè ructu iudicari facilè pôt siũtq; ex ea corporibus redundante famelici. Quinét pituita p se nonnunq̃ in ventriculo ex chylo acida efficit̃, citra alterius humoris admistioné; nẽpe à debili calore p modũ ebullitionis. Ea pituitosis accidit frequentius, non secus ac dulcibus

fruct um

fructũ quorundã succis solet. Primùm enim illi feruent atq; ebulliunt, deinde acescunt. Postremò verò pituita q̃dam melancholię ponticę admistione, pontica ẽt efficitur, minus sæpe tñ ob eius melancholię raritatẽ inueniť. Talis aũt melancholia oriť quãdoq; ex vehementi infrigidatione, qua nimirum humiditas eius (cùm nullus accedat calor, neq; debilis, quo ebulliens in acorem vertatur: neque fortis, qui coquendo in sanguinẽ mutet) congelascit, & ad terream nonnihil essentiam inalteratur.

Bilis, q̃ χολὴ Gręcis dicitur, vulgo aũt Cholera, est humor calidus, & siccus, ex tenuiori & calidiori parte chyli, vel ex sanguine tenui & feruente procreatus. Hęc quoq; duplex est, naturalis, s. & non naturalis. Naturalis, est humor calidus & siccus potestate: substantia quidẽ tenuis colore verò flauus, aut, ruber, declinãs ad quandã citrinitatẽ, seu flauitiem: sapore verò exactè amarus, nõ aũt acutus, siue acris, vt quidã malè affirmarũt. Hæc quidẽ in hepate generata, in duas statim distribuitur partes. Vna cũ sanguine ad venas deferť: altera ad vs, i. vesiculam fellis transmittitur. Quæ quidem cum sanguine defertur, necessitatis & iuuamenti causà cum eo transit. Necessitatis quidem, vt sanguini permisceatur pro nutritione membri, *Bilis.*

in cuius tẽperatura conuenientẽ flauæ bilis partẽ esse oportet iuxta mensurã, quã materię necessitas requirit. Galen. lib.5.de vsu part. human.corp.cap.7.de pulmone. Iuuamenti verò vt sanguinẽ, quo cõmodius ꝑ angustos venarũ meatus ad nutriendũ penetret, subtiliorem reddat. Quæ vero de ea colata ad cystin fellis transit, ob necessitatẽ itidẽ ac vtilitatẽ eò transmittiť. Necessitas autẽ vel est rõne totius corporis, nẽpe vt ipsum a pituitosis ac biliosis excrementis repurget & abstergat: vel vnius cuiusdã mẽbri vt nimirũ vasa fellis nutriat. Vtilitatis verò duo sunt iuuamẽta, vnum, vt intestina ab inhęrentibus fęcibus & viscoso phlegmate abluat & expurget: alterũ, vt intestina & animusculos pungat atq; irritet ad excernendũ, qđ ipsis noxiũ inest. Propterea, qñ porus, q a vesica fellis ad intestina ꝑtendiť, obstructus ẽ, male hñt intestina in expulsione excrementorũ, & colica sępè accidit passio.

Nõ naturalis verò bilis dř, quę à prædicto humore verè biliosо degenerauit, intra terminos tñ suę latitudinis cõtinetur, quos si egrediatur, nõ iam bilis, sed alius humor reputabitur. Hoc autẽ (bilem inquã egredi limites suę latitudinis) contingit bifariã: vnò modo (vt sic dicatur) per se, & in se. Altero modo per admistionem. Per amistionem quidem

dem bilis efficitur nõ naturalis,ſeu præter naturã,cùm alius humor illi extrinſecus accedit.Et hoc q̃dẽ fit multifariã. Alia.n.eſt, cui pituita admiſcetur:quæ, quod frequentius generari ſoleat, nota & fameſa, ſiue maioris famæ vulgo appellatur: hinc ſæpè tertiana notha oritur. Aliã verò eſt, cui melancholia admiſcetur, & dicitur minoris famæ. Bilis aũt, ſiue cholera maioris famæ duplex eſt,citrina & vitellina.Qñ.n.bilis naturalis cũ pituita tenui & aqua miſceť,appellať bilis citrina:qñ verò cũ graſſa pituita miſcetur, vitellina bilis appellari ſolet,q̃d ouorũ vitellis,tum colore,tum craſſitudine fit ſimilis.Et hęc q̃dẽ vitellina rurſum duplex eſt, ſicuti vitellorũ ouorũ duplex eſt color.Quidã.n.magis alijs albicant, alij rufiores videntur. Bilis autẽ quæ rufioribus eſt ſimilis, p aſſationẽ fit. Minoris quoq; famę bilis duplex. Aut.n.cholera naturalis miſcetur atrabili ex bilis naturalis aſſatione facta, & hæc eſt peior: aut miſcetur bilis naturalis cũ humore melancholico naturali,q in hepate cũ aliis humorib.generať,& hæc eſt melior; color eius ruber eſt, ſed nõ clarus, neq; floridus,imò ſanguini, qui in venis eſt, ſimilior. Bilis verò non naturalis per ſe, & in ſe,id eſt, ſecundum propriã ſuam ſubſtantiã alia quidem in hæpate ſæpius genera-

tur per aduſtionē eius, quod tenuius ineſt in ſanguine. Craſſum.n.in melancholiā vertit. Alia verò in vētriculo ex prauis alimētis nō concoctis, ſed corruptis: vel ex alijs humorib. in venis generatur. Et hęc quidē duplex eſt. Vna porracea, praſsinā etiā vocant, quę porri virorem pręfert: generaṫ ex vitellina, qñ aduritur. Adustio.n.in cholera vitellina efficit nigredinē, qua cū citrinitate miſta, generatur viriditas. Altera eſt æruginoſa, quę æruginis colorē imitatur, & gignitur ex porracea, qñ eouſq; aduritur, donec humiditas eius exiccet, & ob ſiccitatem albeſcat. Et hę duę extremę q̃dem malę ſunt; ſed æruginoſa peior. Auicenna loco ſupra citato, & Ioānes Tagault. lib. j. cap. 8. Inſtituit. chirurg. Melancholia, ſi in vniuerſum definiaṫ, humor eſt frigidus, & ſiccus, ex craſſiore ipſius chyli portione progenitus, Hęc quoq; duplex eſt, naturalis. ſ. & non naturalis.

Melancholia.

Naturalis, eſt boni ſanguinis fex, ac veluti limoſa quędam ſuperfluitas, hoc eſt, craſſior quidē ſanguis; cuius color niger eſt, ſapor verò acerbus vel acidus, vt vomentibus cum nō rarò innoteſcit: hęc in hepate q̃dem & in maſſa ſanguinaria (in qua humores vniuerſi continētur) generata in duas ſtatim deducitur partes. Vna.n.cum ſanguine ad venas defertur, altera ad lienem trahitur. Quæ

quidem cum sanguine defertur, necessitatis & iuuamenti causa cum ipso transit. Necessitas quidẽ, vt sanguini permisceatur pro nutritione membrorum, in quorũ temperatura conuenientẽ melancholię partem esse oportet iuxta mensuram, quã materię necessitas exigit, sicuti sunt, lien, ossa, & omnia mẽbra terrestria. Vtilitatis verò, siue iuuamenti, vt nimis fluidam illã sanguinis tenuitatem eousq; restringat, firmet, ac condenset, dum inde nutriendorum membrorum pars solida fiat. Requirit.n. sanguinis in hisce animalis particulis nutriendus crassitudinem quandam.

Altera pars, nempe crassior, magisq; terrea, quæ nõ satis cõmodè a naturali calore alterari potuit, ob necessitatẽ pari modo, ac vtilitatẽ ad lienẽ seiungitur. Necessitas aũt, vel est rõne totius corporis nẽpe vt ipsum a melancholica superfluitate expurgeẽ, vel vnius cuiusdã mẽbri, nimirũ vt lienẽ nutriat. Vtilitas verò eius est, q ad os vẽtriculi profluens, inuentas ibidem humiditates exprimat, nõ aliter q̃ muliercule lac mulgendo è vaccarũ vberibus solent. Et huius qdem vtilitatis duo sunt iuuamẽta. Vnum, qđ contrahat ventriculum ac constringat, & cùm acerba sit atque acida, non modo non lędat actiones eius, sed multo magis etiam promoueat. Nam ventri-

culũ intendit ac cõtrahit in ſeipſum,cogitq; cibos ad vnguẽ circũplecti,ac retinere quouſq; fuerint cócocti. Alterum, qđ acredine ſua cõmotionẽ ac corrugationẽ in vẽtriculo faciat, q̃bus ventriculus ad cibi appetitionẽ excitaẽ. Talis autẽ virtus excitata fames appellatur. Fit enim fames propter ſuccũ melancholicũ tendentẽ ad os ventriculi,qui corrugando partẽ illam facit famem ob id igitur ſuccus melãcholicus vtilis ĩ natura fuit. Melancholia nõ naturalis eſt,quę à modo deſcripta naturali degenerat, intra tñ limites ſuæ latitudinis permanens: quos ſi pręteregrediatur,nõ iam amplius melancholia, ſed alius humor dicetur. Eius quatuor differentiæ notę cõmuniter ſtatuuntur,licet plures ſint obſcurę.

Prima eſt,qñ humor ipſe melancholicus, qui naturalis dictus eſt, & quotidie gignitur in corpore,dum animal ſanitate fruitur,in ꝓpria ſua eſſentia torretur,aduriturve, & putreſcit,fitq; bilis atra exquiſitè. Talis.n.vt lib. 14.cap.9. Therap.metho.& libro de atra bile c.3. & cõment.21. lib.4.apho. Galenus ait, ex humore atro ſupra modũ aduſto conflatur, habetq; ſplendidũ aliquid,veluti bitumen,& pix. Hæc autẽ(verè inquam atq; exquiſitè atra bilis nominata) acida eſt,& in terrã effuſa velut acetum fermet,& ipſam fermenti ritu eleuat, cum

omni

omni animanti iniucunda, adeò, vt ne mures quidem ipsi, aut muscæ eam gustauerint, nō magis quidem, quàm copiosum salem in quo nullū animans vitam peragit, vt mare quod mortuū appellatur, indicat. Porrò tum gignitur huiusmodi nigra bilis, cū ille veluti sanguinis limus (quā melancholiam naturalē diximus) diutius moratur in corpore, & neq; per aliquē sensibilem effluxum neq; occultum excernitur, verùm transmutatur, corrūpitur, & putrescit. Siquidē hic humor, vbi amplius incaluerit, aut propter putredinē, aut febrē inflāmantem, nigrā efficit bilem, inquit Galenus libro. 14. cap. 9. metho. meden. Quę quidē frigida est, quia terrestris, sed tamē caloris non expers, quemadmodum & cinis, & acetum, apparetq; dum per aluum (vt contingit aliquando dysentericis) excernitur, splendidior, ac nigrior, ipso sanguine crassiore, & nigriore, quem humorem melancholicum appellamus. Splendet enim veluti mortui maris bitumen, quod Iudaicum vocant.

Secunda species seu differentia bilis atræ nō naturalis est, quę ex adustione aliorum humorum nascitur, vt illa quę fit ex flaua bile vehementer vsta. Quæ etiānum tantæ est malitiæ, vt & terram radat, & eam, more bilis exquisitè atræ, in altum attollat. Sed & muscæ ipsam,

non secus, q̃ verã nigrã bilem refugiũt. Si sanguis quoq;, aut pituita in corpore vehementer incaluerint,& exuranť, effi cit ēt melancholicus humor non naturalis per adustionē dictus, vt voluit Auicēna. Verùm duæ istæ postremę species (quę.s.per sanguinis aut pituitæ assatio nē fiunt) Auicennæ mitiores sunt. Scribit aũt Galenus comm. 29. libro.3.prędict.Hipp.illã bilis atræ speciē, quę ex flaua bile vehementer assata generatur, deteriorem esse q̃ ea, quę ex crassiore sanguine generationem habet, qui subsi denti in dolio vini feculæ, aut amurcæ hoc est, fæci olei proportione respondet. Hæc.n.mitior est, sed potissimùm quoties traxit: nondum in animali moram, cum aliquo colore abundanti prę ter naturum. Verùm priusquam in exactam atram bilem transmutetur, primò in vitellinam, secundò in porraceã; tertiò in ęruginosam transit.

Tertia species melancholiæ non naturalis est, quę originem sortitur à lapi dosa quadam cōcretione, vt cùm ab imperitis medicis vel chirurgis erysipelata,& inflãmatiões (quas Gręc. φλεγμονὰς vocant) aut quiuis alij tumores ex natu ralibus humoribus procreati, admotis extrinsecus præsidijs, nimis vehementer refrigerantur, adstringunturq; vel cum iisdem [illegible]moribus ea quæ valenter nimis

nis trahunt, digeruntq; medicamenta, applicant. Tūc.n.toto, quod in eis subtilissimū erat, dissipato, id quod reliquum est (nēpe crassius) plus iusto desiccatum, lapidis duritiem cōsequetur, atq; in melancholicum humorem vertetur.

Quarta melancholię non naturalis differentia exurgit, quando alius humor ipsi melancholię naturali permiscet. Qđ dū, fit, dulcorat, ac mitescit magis, nisi dum alterutra bilis adusta, huic commiscet. Siquidē tūc vel acescit, vel amarescit, & erosionis non modicę particeps efficitur. Auicenna loco ante citato, & Ioā. Tagaul. lib. 1. c. 24. inst. chirur. Plura Ioā. Bapt. Montanus in. 1. 1. do. 4. cap. 1. Auicen. & Leonhartus Fuchsius c. 11. meth. perueniendi ad Medicinam.

¶*De temperatura, siue complexione Sanguinea.* Cap. *LXXXVIII.*

NAtura pingues isti sunt atque
iocantes.
Rumoresque nouos cupiunt audire frequenter.
Hos Venus & Bacchus, delectant fercula, risus.
Et facit hos hilares, & dulcia verba loquentes.

Omnibus

Omnibus hi ſtudijs habiles ſunt, & magis apti.
Qualibet ex cauſa non hos faciſe excitat ira
Largus, amans, hilaris, ridens, rubeique coloris.
Cantans, carnoſus, ſatis audax, atque benignus,

Signa, qu bus ſanguinei tẽperatura facilè dignoſci queat, hic recenſentur.

A c primum quidẽ, ꝙ ſanguinei ſint pingues: qđ de pinguitudine propriè dicta minimè in hoc loco accipiendũ eſt. Ea.n. ſicuti Gal. lib. 2. c. 9. de tẽp. & poſt eũ Auic. 2. 1. doc. 3. c. 3. atteſtant̃, ex habitus frigiditate gignit̃: ſed de pinguitudine ad mediocrẽ corpulentiã, ſiue carnis abundantiã extenſa, q̃ ἐνσαρκίαν Grȩci vocãt. Siquidẽ rubrȩ carnis cum decenti firmitate abundantia calidæ ac humidȩ, hoc eſt, ſanguineȩ tẽperaturæ nota eſt. Quibus. n. plus eſt carnis rubræ, ij virtutẽ aſsimilatiuã habent potentẽ, & ſanguine abundant, quippè, q́ Galeno loco iam citato teſte, vigeant inualeſcantq́; calido atq; humido, Corpulẽtia, inquit, ſiue abundantia carnis & ſanguineis copia naſcit̃. Cùm. n. calori intra debitos fines manenti boni ſanguinis accedit copia, neceſſe eſt, vt corpulentia, ſequatur.

Idem innuere etiam his verbis Auicenna voluit. Corpus carnosum absq; multo adipe & pinguedine, est calidum & humidum, id est, sanguineum.

SECVNDVM, ꝙ sanguinei sint vel iocantes, vt qui multa iucunditate, magnoq; iocandi lepore amicis ac familiaribus suis risum subinde moueant: vel læti hoc est, alacri, & erecto animo idq; maxime ob spirituum, qui ex sanguinei humoris benignitate procreantur, subtilitatem & perfectionem.

TERTIVM, ꝙ facetiarum, iocosarumque fabularum, & nouarum rerum auditione, eandem ob causam, mirificè capiantur.

QVARTVM, ꝙ ꝓni admodū sint in Venerē. Nimia.n. venus ac intēpestiuum eius desideriū fit ob multitudinē genituræ, q̄ ex sāguinis copia potissimū nascit.

Quintum & sextū, ꝙ conuiuia appetant, vino suauiter indulgeant, & cibis gaudeant optimis atque exquisitissimis scilicet similibus, & quibus seruari possint: seruantur enim similia similibus.

SEPTIMVM, quòd ridibundi sint, hoc est, facilè rideant quod Hippocratis etiam testimonio confirmatur, qui in libro de ꝑparatione hominis ita scriptū reliquit: Quibus concessū est puriore sanguine frui, frequēter ridēt, & florida facie apparent, oēs colore venusto.

Octauum,

OCTAVVM, quòd hilares sint ac læto vultu: idq; ob viuidum maximè ad floridum colorem & venustatem corporis: hęc enim omnia sanguinē qui temperatus est, consequuntur.

NONVM, quòd blanda plerunq; & auditu iucunda verba ab ipsorum ore profluant; quod & ipsum vtiq; ob sanguinis benignitatem euenire putandũ est. Οἱαι γὰρ αἱ τῶν ἀνθρώπων κράσεις, τοιοῦτος καὶ αὐτῶν ὁ λόγος.

DECIMVM, quòd ingeniosi, hoc est, artibus quibuslibet addiscēdis idonei sint: nimirum ob vigorem & insitam ingenij ex sanguine vim, siue docilitatē. Hinc et Hippoc. in lib. de flatibus, ita scripsisse videtur: Opinor inter omnia quę in corpore sunt, nihil magis ad prudentiã conferre, quàm sanguinem.

Vndecimum, quòd non facilè excandescant, pręcipitesq; in iram ferantur: reprimit enim sanguinis humiditas bilis feruorem, qui ὀξυθυμίαν efficit. Vnde eleganter sanè flauæ bilis frenum ab Auicēna. 4. 1. cap. 20. dicitur.

Postremis duobus versibus non solũ ex iam dictis repetuntur quędam, sed adduntur etiam alia nonnulla.

Quorum primum quidem est, quòd sanguinei sint largi, hoc est, liberales, benefici, & ab omni auaritia alieni.

SECVNDVM, quòd amoribus sint dediti.

TERTIVM, quòd hilares sint & iucundo ac læto vultu.

Quartum, quòd ridibundi. Quæ omnia sanguinis benignitatē eueniunt.

QVINTVM, ꝙ rubei sint coloris: Humor enim cuti colorē adfert, quemadmodum lib. 1. aphor. cōment. 2. Galenus adserit. Et Auicen. 2. 1. doct. 3. c. 3. Color, inquit, rubeus sanguinis multitudinem significat. Quod intelligendū maximè, de colore, qui ex rubeo & albo cū iucūdo quodā nitore cōmistus fit: & nō qualis in facie eorū visit, qui fortia portant vina, & in cibo salsis atque acrib. visit̄ specieb. nēpe rubeus fuscedine quadā pmistus: hic. n. leprā portēdit.

SEXTVM, ꝙ cantionibus & musicis delectentur harmoniis: quippe quæ & ipsæ, autore Theophilo Citharœdo apud Athenæum lib. decimoquarto, δεινῶς perinde atq; sanquis temperatior, εὐηθίαν, i. bonos ac candidos mores pariant. Μέγας γὰρ θησαυρὸς ἐστι καὶ βέβαιος ἡ μουσικὴ ἅπασι τοῖς μαθοῦσι παιδευθεῖσί τε, καὶ γὰρ ἤθη παιδεύει, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει.

SEPTIMVM, ꝙ sint corpulenti.

OCTAVVM, ꝙ sint audaces: idq; ob sanguinis caliditatem.

Nonum,

Nonum, quòd ſint benigni, clementes, liberales, & benefici: ratione nimirum humoris ſanguinei, qui eſt dulcis, mitis, & benignus.

¶ *De temperatura Cholerica, ſiue biliosa.*
Cap. LXXXIX.

Est humor choleræ, qui competit impetuoſis,
Hoc genus eſt hominum cupiens præcellere cunctis,
Hi leuiter diſcunt, multum comedunt, cito creſcunt.
Inde & magnanimi ſunt, largi, ſumma petentes.
Hirſutus, fallax iraſcens, prodigus, audax,
Aſtutus, gracilis, ſiccus, croceique coloris.

Biliosę temperaturæ notæ hoc in loco traduntur.

Ac prima quidem, q̃ bilioſi, ſiue cholerici, quos χολικοὺς Grçci vocãt, prõpti admodum ſint ad operationes, ſed impetu animi potius q̃ cogitatione faciant oĩa. Igneum.n.habent calorem, qui impetum & agilitatem ad motiones præſtat. Hinc 2.1.doc.3.c.3. ita ferè ab Auicenna ſcribit: Cùm operatio-

nes plenè ac pfectè naturali cursu procedunt, temperaturæ æqualitatem indicant: cū verò ad supfluos mutant motus, caliditatis exuperantia significatur.

SECVNDA, q ambitiosi sint & honorem cupidi, primasque in concilijs ac confessib. expetāt cathedras, adeoq; preferri oīb. velint: Perinde atq; ignis ipse, q sine pōdere semp euolat excelsaq; locū sibi quærit in arce. Exuperās.n.ille calor aīos ad insolentiā plerunq; & arrogantiam excitat atque inflammat.

TERTIA, quod celeris sint mentis ingenijq;, & facile discant: ob calidam nimirùm & subtilem cerebri substantiam, quæ formas citò ac facilè suscipit. Hinc non temerè mentis acumen & prudentiam a bilioso humore profici-sci, comment. 40. de natu. humana Galenus tradidit. Lege plura de hoc apud eundem capit. 12. artis medicinalis, & Auicennā loco aliquoties iam citato.

QVARTA, q edaces sint, & multiuori: primum.n. fortē habēt calorē concoquentem, tum ipsis etiam plus per omnem cutem digerit, & in ambientē aërem euacuatur, quàm alijs corporibus.

QVINTA, q citò apolescant, & corporis incrementum consequantur: validissimum.n. habent calorem. Innatum hic verò oēs actiones naturales adauget ergo vel eam, qua corpus ad summum incremen-

incrementũ (ἀκμὴν Grçci vocant) perducitur. Galen. cõment. 14. aphor. lib. 1. & lib. 5. ca. 8. de simp. medicamen. facul.

Sexta, ꝙ magnanimi sint, illatasque iniurias iniquo animo ferentes a se propulsare statim conentur, idq; maximè ob caliditatis exuperantiam. Parũ enim ab vnaquaq; re pati posse, caliditatem significat, inquit Auicenna.

Septima, quòd largi, benefici, ac liberales sint prçsertim in eos, vnde honores se consecuturos spernat.

Octava, quòd summa petant, idest, ad summos semper dignitatum ac bonorum gradus affectent viam.

Nona, ꝙ sint hirsuti: Calida enim & sicca intemperies, sicut Galenus lib. 2. cap. 10. de tempera. testatur. hirsuta est: verũ ea in summo. Quippe per omnẽ cutem difflatur semper aliquid à calido, quod secum etiã interim humoris non nihil ad cutem aufert, vnde pili generentur. Quomodo autẽ hçc generatio fiat, copiosè admodum ibidem docet,

Decima, ꝙ versuti, fallaces, & deceptores sint.

Vndecima, ꝙ prçcipites sint in irã, acerbè nonnumquam vehementerq; excandescant, & irascantur · ob animosæ nimirùm facultatis vehementiam, magnum caliditatis excessum facilem bilis commotionem, & caloris in corde feruorem

rem. Lege Galenum ca. 29. & 33. artis medicinalis lib. 2. c. 16. de sanita. tuen. & in lib. de causis morbo. cap. 2.

DVODECIMA, ꝙ sint prodigi, in eos potissimũ, a quibus se ad summos dignitatum gradus promouendos sperant.

DECIMATERTIA, ꝙ audaces, fortes, ac animosi sint. Plurimũ enim in corde caloris habent, Galeno lib. 2. cap. 12. de temperament. teste.

DECIMAQVARTA, ꝙ sint astuti, & hoc sanè ob flauę bilis tum caliditatem tum mobilitatem.

DECIMAQVINTA, ꝙ graciles, idest, macilenti ac rarę sint corpulentię: ob exuperãtẽ nimirũ & immodicè difflãtẽ caliditatẽ. Hinc magna ex parte graciles sunt biliosi. Galen. cõm. 6. li. 4. apho.

DECIMASEXTA, ꝙ sicci sint, idest, macri ratione.

DECIMASEPTIMA, ꝙ crocei sint coloris, idest, pallidi aut flaui. Certissima enim succi animalis cognitio ex colore datur. Tanquàm igitur corpus sicubi albius solito est affectum, pituitosũm abũdare succũ indicat sicubi pallidius aut flauius, biliosũm, ita sicubi adrubicundius quàm pro natura est mutatũ, sanguinis abundantiã subesse significat, sicubi adnigrius nigrã superesse bilẽ ostendit. Ita Galen. lib. 4. cap. 7. de sanit. tuen. Lege eundem commen. 2. lib. 1. apho.

¶ *De temperatura Phlegmatica, siue pituitosa. Caput XC.*

Phlegma dabit vires modicas, latosq́;, breuesque.
Phlegma facit pingueis, sanguis reddit mediocres.
Ocia non studio tradunt, sed corpora somno.
Sensus habes, tardus motus pigritia somnus.
Hic somnolentus, piget, & sputamine plenus.
Est huic sensus hebes, pinguis, facie color albus.

Hic recensentur notæ temperaturæ phlegmaticę. PRIMA, quod phlegmatici viribus sint infirmis ac inualidis: cùm.n. phlegma frigidissimũ ac humidissimum sit omnium, quæ in animali habentur, mobilitatem caloris innati, & quę inde oriuntur facultates omnes, magna ex parte obtũdit ac debilitat, & occasione quidé frigiditatis torpidum pigrumq́; corpus de naturę actiones omnes reddit. Humiditatis verò ratione neruos omnes relaxat, languidosq́; facit: quo fit, vt phlegmatici, in quibus hic humor præualet, in omnibus motibus voluntarijs pigritiam sentiant.

SECVN-

SECVNDA, quod ſint lati,ſed breuioris ſtaturę,ob debilitatē.n.caloris innati corpus in longū extēdi non pōt,porrigitur ergo & in latitudinē protēditur.

TERTIA, ꝙ pingues ſint & obeſi, nimirū ob frigiditatē & humiditatem. Adeps.n.vel pinguedo ſuperflua frigiditatis & humiditatis exceſſum ſignificat, & temperaturā corporis phlegmaticā, Quicquid.n.in ſanguine pingue,leue,& tenue eſt,id in calidioribus corporibus alimētū quoddā calido fit in frigidioribus ſeruatī.Cumq́; id venę extra ſe trāſmiſerint, vbi in frigidas particulas incidit,quod genus mēbranę ſunt,in ijs concreſcit,& in adipē ſiue pinguedinē conuertiī:Galen.lib.2.cap.6.de tēpera. Sequitur deinde, ſanguineos eſſe ſtaturæ mediocris. Quicunq;.n.corporū habitus & temperati natura ſunt, & mediocri exercitatione vtunī, hos neceſſe eſt eſſe,id verò eſt, mediocri omnino corporis habitu.

QVARTA, ꝙ ad ocia,quàm ſtudia propenſiores ſint, inſtrumētis nimirum veluti torpentibus ob frigiditatem.Galenus lib.3.de ſympto.cauſis.cap.3.

QVINTA, quod ſint ſomnolenti, idq́; ob multā cerebri humiditatē & frigiditatem. Frigiditas tñ minorē vim ad procreandū ſomnū quàm humiditas obtinet.Galen.cap.22.artis medicinal.

SEXTA,

Sexta, quod tardi ac hebetis sint ingenij: quemadmodum enim mentis celeritas, ἀγχίνοιαν Græcis dicta, & discendi facilitas, quam εὐμάθειαν iidem vocant, à caliditate & siccitate, ita eorundem hebetudo ac tarditas à contrarijs nempe à frigiditate & humiditate, exordium suscipiunt. Galenus capit. 12. 16. 18. & 22. cartis medicinal.

Septima, quòd tardi sint motus & hoc frigiditatis ac humiditatis ratione, frigidi enim proprium est non mouere: humidi verò relaxare.

Octava, quòd sint pigri.

Nona, quòd sint somni culosiores: quorum omnium causæ ex iam dictis satis constant.

Postremis duobus versibus repetũtur notæ prædictæ cum quibusdam alijs.

Prima, quòd sint somnolenti.

Secunda, quòd pigri ac tardi sint ad quamlibet operationem.

Tertia, quod multi sputi: frigiditas enim improbè concoquit ac digerit. proinde multa in corpora excrementa relinquit.

Qvarta, quo sensibus minimè vigeant: Galenus cap. 22. artis. medic.

Qvinta, quod sint pingues.

Sexta, quòd album habeant faciei colorem, de quo satis in præcedenti capite, nempe 89.

¶ De

¶ *De tēperatura Melāc holica. Ca. XCI.*

REstat adhuc tristis cholerae
 substantia nigrae,
Quae reddit prauos, pertristes
 pauca loquentes.
Hi vigilant studijs, nec mens est
 dedita somno,
Seruant propositum, sibi nil re-
 putant fore tutum.
Inuidus, & tristis, cupidus, dex-
 traeque tenacis,
Non expers fraudis timidus, lu-
 teique coloris.

Signa melancholicę tēperaturae hoc in loco referuntur.

Ac primum quidem, quod melancholici sint parui, hoc est malis, feris, ac perditis moribus, vt qui eò mœstitiae facilè inducantur, vt mortem desiderent, iugularique se optent, & odio prosequantur, omnes quotquot viderint Galen lib. 3. de loc. affect. cap. 7.

SECVNDVM, qđ tristes admodum sint, insidiasq; sibi tendi in oī vita suspicent. Ob turbidos nimirum & tenebricosos, q ex melancholico humore procreant, spiritus. Quemadmodū.n. puri ac tenues spiritus, lętitiā, ita è cōtrario turbulēti ac crassi tristitiā contrahunt.

TERTIVM, quod taciturni ſint, & paucorum verborum: vt enim caliditas garrulitatem, ſic frigiditas taciturnitatem & ſilentium generat.

QVARTVM, quod ad bonarum artium ſtudia apti, habiles, atque accommodati ſint, propter ſolitudines nimirùm, & ſecreta quæ fere petũt loca. Nã vt lib. 2. epiſtola vltima Horatius ait.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes.

Eandem ſententiam ſic extulit Ouidius lib. 1. eleg. 1. Triſtium.

Carmina ſeceſſum ſcribẽtis & ocia quærunt.

Hinc eſt, qđ Hippocrates de Democrito Abderita ad Philopomenem ita ſcriptũ reliquerit. Nõ inſaniã, ſed quandã excellentẽ mẽtis ſanitatẽ vir ille declarat dũ neq; liberorum, neque vxoris neq; cognatorũ, neq; rei familiaris, neq; oĩno alicuius cura gerit, ſed & diu & nocte apud ſeipſum conſiſtit, & priuatã vitã degit, plerunq; in antris & ſolitudinibus, aut ſub arborũ vmbris, aut in mollibus herbis, aut apud frequẽtia aquarũ fluenta. Contingunt igit̃ talia plerunq; atra bile ꝑditis. Taciturni.n. aliqñ ſunt, & ſollitarij, ac deſerti amãtes & rerum familiariũ conſpectũ auerſant̃, alienum putantes. Nec verò diſſimile verò, eſt, ẽt his, qui circa diſciplinas verſant̃, ab vna erga ſapientiam adfectione, alias curas

excluſas,

exclusas esse. Lege Aristotelē problema te.1. sect.30. Ciceronem libr.1. Tuscul. questio. & Quintilianum lib.10. cap.3.

QVINTVM, qđ breuibus admodū minimeq; profundis pertenteñt somnis. Nā ad somnū creandū calidū adesse humorē opus est: hic.n. concoqui expeditè potest, indeq; ad caput vapores surri gunt, à quibus subinde somnus inducit. Quod si deest, exiguusq; humor, aut cōcoctu difficilis inest somnus non oritur. Qua de causa post cibū somnolentissimi fieri ob calorē solemus. Melancholicos vero & vehementer estuantes in somnia tenet. Alteros, qa refrigeratus humor penitus est. Alteros, qa nullus est, aut certè minimus. Horribilia ēt visa melācholicis p quietē obijciunt, qbus maturius è somno excitant. Gale. lib.1. c.8. de sympto. causis. Et Cælius Rhodiginus lib.16. c.36. & 37. lect. antiq.

SEXTVM, qđ constantes ac stabiles admodū sint in rebus gerendis, ęgerrimeq; dimoueant ab eo qđ menti semel hæserit adeoque difficulter etiam, si quando offendantur, in veterem gratiam restitui possint: Et hoc certe siccitatis occasione: quæ non sinit propositum facile immutari.

SEPTIMVM, quod nihil sibi tutum fore putent eoq; semper timeant. Hinc est quod Galenus lib.2. cap.7. de simpt. *Lib.6.*

Apho. causis ita scriptũ reliquerit. Illud quod ab
Aph 23 Hippocrate prohibetur, oĩbus melancholię speciebus cõmune esse videtur. Si timor & mœstitia multò tpe edurãt, melancholicum eiusmodi simptoma est. Sunt. n. oẽs sine causa mœsti. Nec si roges quamobrẽ mereant, reddere causam possint. Timent aũt eorũ nonnulli, tum mortẽ, tum alia quę minimè sunt timenda. Non desunt & qui mori vehementer expetãt. Cęterùm quod ex atra bile, cùm principiũ rationalis animę occupauit, timor, mœrorq́;, ac mortis expectatio accidant, nihil mirũ. Siquidem etiã eorũ quæ extra corpus sunt, nihil videmus quod nos perinde terreat ac tenebræ. Ergo cùm tenebræ rationalis animæ parti sunt circonfusę, necesse est hominẽ timere: vt qui semper vnà cũ corpore suo timoris causam circũferat. Qđ.n. nobis extrinsecus fit, altissimis tenebris circumdatũ: nobis aẽrẽ ad tempus aliquod occupantibus, id melancholiæ vitio laborantibus, ab interno, & ipso corpore contingit, s. vel ipsa nigra bile cerebrum occupante, vel aliqua melancholici halitus exhalatione, veluti in morbo quẽ flatuosum & hypo chõdriacon vocant. Idem libr. 3. c. 7. de locis aff. ẽt. iam citatam sententiam ijs ferè repetit verbis. Differunt aũt inter se melancholici. Nam oẽs timent, mœrent, v

tam

tam damnant, odio habent homines, sed non oẽs mori cupiunt. Etenim hoc ipsum nõnullis melãcholicę caput est, ꝙ mortẽ pertimescuut. Quosdã ẽt alieno admodũ, atq; extraneo videbis aĩo: vtpote qui simul & mortẽ mutuant, & tñ mortẽ sibi cõciscant. Proinde recte vr̃ Hippocrates oĩa ipsorũ accidentia in duo hęc coẽgisse, metũ & mœstiã. Mœstitia nimirũ eos inducit, & odio prosequant̃ oẽs, quotquot viderint nunquam non tristitiam pręseferentes: ac terrentur, vt in tenebris pueri, atq; ex adultis indocti. Sanẽ quemadmodũ, externę tenebræ oĩbus ferè hominibus pauorem inducunt, nisi vel audaces admodũ vel edocti fuerint: sic atræ bilis color, mentis sedẽ tenebris similem reddens, timorẽ efficit. Etenim summis tum medicis tũ philosophis in confesso est: & humorẽs, & oĩno corporis temperantiam animę actiones variare posse. Postremis duobus versibus repetuntur quædam ex iam dictis, & adduntur nonulla alia.

PRIMVM, quod sint inuidi: Est enim inuidia tristitiæ species.

SECVNDVM, quod tristes.

TERTIVM, quod auari.

QVARTVM, quod tenaces.

QVINTVM, quod fraudulenti.

SEXTVM, qnod valde timidi,

SEPTIMVM, qđ lutei, id est terrei,

ſiue fuſci coloris ſint: Color.n. plu re fuſcus, qui viriditati propinquus eſt, melancholię dominum oſtendit, teſte Rhaze libr.2.cap.1.ad. Almanſorem.

De coloribus. Cap. XCII.

HI ſunt humores, qui præſtant
cuique colores.
Omnibus in rebus ex phlegmate fit color albus.
Sanguine fit rubeus, cholera rubea quoque rufus.

INDICIA REDVNDANTIA ſanguinis.

Si peccet ſanguis, facies rubet, extat ocellus.
Inflantur genæ, corpus nimirumque grauatur,
Eſt pulſusque frequens, plenus, mollis, dolor ingens,
In primis frontis, ſit conſtipatio ventris,
Siccaque lingua ſitis, ſunt ſomnia plena rubore,
Dulcor adeſt ſputi, ſunt acria dulcia quæque.

Hic cuiu q; temperaturę ex coloribus indicia præſcribuntur. Plegmatrci enim

enim coloris sunt albi: biliosi, pallidi siue flaui: sanguinei, rubri: Melancholici verò fusci: q. propriè, Gale. lib. 14. cap. 9. Therapeu. method. teste, color est inter rubrũ & nigrũ medius. Sed de his oĩbus in precedentibus satis iam dictum est.

SECVNDO loco tredecim traduntur notę redundantis sanguinis.

PRIMA, rubor faciei: ob ascensum enim sanguinis, omnia quę circa caput sunt, rubicundiora apparent.

SECVNDA, oculorum prominẽtia: calor namque exuberantis sanguinis ipsos dilatat ac flatu distendit.

TERTIA, gęnarum inflatio: cuius eandem est ratio.

Quarta, vniuersi corporis cũ distentione grauitas: Natura.n. cum contentum humorem moderari nequeat, corpusq́; multitudine grauatum sustinere minus valeat, supplantatur ac deiicitur.

Quinta, pulsus creber: ꝑ caliditatẽ, q̃ sanguinis multitudinẽ sequitur.

Sexta: pulsus plenus, ob calidorum & vmidorum vaporum copiam.

Septima, pulsus mollis: nimia enim sanguinis exuberantia arteriæ emolliuntur.

Octaua, dolor capitis, & maximè quidem circa frontem: ob sanguinis in plexu reticulari, vt quibusdam placet augmentum,

Nona vẽtris cõstipatio: nimia. n. calidítate fæces exiccantur & indurãtur.

Decima, siccitas linguæ: ob eandem causam.

Vndecima, vehementia sitis: orificium enim stomachi pre nimia caliditate exiccatur.

Dvodecima, somnia plena rubore: Nam q̃ in somnis visuntur, agiq́; putanť; magna ex parte corporis affectionẽ, humorumq́; naturã, plenitudinẽ, defectũ, ac qualitatẽ testanť. Nã qui ægrè se moueri putãt aut grauia onera portare, aut in ea re impediri, q̃ se efficere somniant animalẽ facultatẽ ex plenitudine, aut craßitie, aut viscositate humorũ deprauatè habere coniiciendum est. Cõtra q se vel volare, vel currere ocißimè credunt, humores paucos eosq́; leues minimeq́; excremẽtosos habere verisimile est. Et q nocturnas Veneris imagines patiunť, genitali semine abundare. Ad eundẽ modũ q in locis fœtentibus, sordidis, ac immũdis se volutari putant, illos in corpore materiã putrẽ, corruptamq́;, ac grauiter olentẽ habere suspicio est: quemadmodũ contra q in locis odoris se esse autumãt materiã probã, suauiterq́; olentẽ, & q accensus ignis apparet, hũc à flaua bili intestari. Cui verò fumus, aut caligo, aut profunde tenebrę, ab atra bili: Imbres autem frigidum

gidũ humorẽ abundare teſtanſ nix verò & glacies, & grando frigidã pituitã. Gallorũ gallinaceorũ criſtas habere, aut rufa quædã, ſanguinẽ exuperare. Luctatorẽ q ſibi viſus fuit in ſanguinis ſolio ſtare, & vix ſuper eminere multo ſanguine abundare Galenus coniectauit, & euacuatione opus habere. Hæc ferè Galenus com nent. 3. in lib. 1. epidemio. aph. 1. & in libello de dinotione ex inſomnijs Lege & Rhazen. lib. 2. c. 24. ad Alm. & Auicennam. 2. 1. doct. 3. capite. 7.

Decimatertia, dulcedo ſputi: propter ſanguinis dulcedinem. Rhazes lib 2. capit. 20. Ad Almanſorem.

INDICIA EXVBE-
rantis Choleræ ſiue flauę bilis.

Accuſat cholerem dextræ dolor,
 aſpera lingua,
Tinnitus, vomitusque frequens,
 Vigilantia multa.
Multa ſitis, pingiſque egeſtio,
 tormina ventris.
Nauſea fit, morſus cordis languc-
 ſcit orexis.
Pulſus adeſt gracilis, durus, ve-
 loxque, caleſcens.

Aret, amarescitq;, incendia somnia fingit.
Lege de his omnibus Rhazen lib.2.c.1.ad Alman.& Auicen.2.1.doct.3.c.7.

INDICIA REDVNDANTIS Phlegmatis.

Plegma supergrediens proprias in corpore leges,
Os facit insipidum, fastidia crebra, saliuas.
Costarum, stomachi, simul occipitisq; dolores.
Pulsus adest rarus, tardus, mollis quoque inanis,
Præcedit fallax phantasmata somnus aquosa.
Rhazes lib.2.c.23. ad Almansorem, & Auicenna.2.1.doct.3.cap.7.

INDICIA ABVNDANTIS Melancholicę.

Humorum pleno dum faex in corpore regnat,
Nigra cutis, durus pulsus tenuisque vrina.
Sollicitudo, timor, tristitia, somnia terra.

Coacescunt ructus, sapor & sputaminis æque,
Leuaque præcipue tinnit vel sibilat auris.
Rhazes lib.2.cap.22. ad Almãsorem & Auicenna.2.1.doct.3.cap.7.
¶ *De Plebotomia, ac primo quidem de ætate phlebotomiæ.* *Caput* XCIII.
DEmus septenus vix phlebotomon petit annus.
Spiritus vberiorque exit per phlebotomiam,
Spiritus ex potu vini mox multiplica ur,
Humorumque cibo damnum lente paratur,
Lumina clarificat, syncerat phlebotomia,
Mentes & cerebrum, calidas facit esse medullas.
V.scera purgabit, stomachum, ventremque coercet
Puros dat sensus, dat somnum, tædia tollit.
Auditus vocem, vires producit & auget.

De venæ sectione, quã φλεβοτομίαν Greci vocãt iã agit. Ac primò quidem huic rei accõmodata ostendit ętas, annus nimirum decimus septimus, vel, vt alijs placet, decimusquartus: Pueri nãq; vsq; ad quartumdecimũ ętatis annũ sanguis mittẽdus nõ est. Carnẽ.n. habent tenerã & facilè perspirabilẽ. Quod Gale. lib. 9. c. 17. metho. med. ijs testat verbis. Puerorũ, inqt, substantia oĩum facillimè digerit, ac dissipat, ppea qd' est omniũ humidissima. Nullius verò q̃ frigidissima existit. Quo minus vacuãtis præsidij eget, quũ habeat ex seipsa vñ naturaliter vacuet. Idẽ ẽt lib. 11. c. 14. eiusdẽ operis de synocho loquẽs cõfirmat. Si in puerũ incidat, q quartumdecimũ annũ hactenus nõ attigit, mitti illi sanguis non debebit, ppea quod tantillis, cùm presertim calidi ac humidi sint, plurimũ corporis substantię quotidie defluat ac digerat. Ita q ex incidendã vena molienđũ nobis fuerat id vltro nobis ex curati corporis natura præstatur. Quanq̃ Auenzoarus memorię dederit, se filiolo trimo venã dissecuisse, atq; hunc à morte tali remedio liberasse. Qđ si corpus decimumquartũ annum excesserit, ęstimandũ est qualisnã eius natura sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis an cõtra. Atq; ita in priori missionẽ sanguinis adhibebis: in secũda nequaquam.

quaq̄.Senib.quoq; post septuagesimũ annũ,si multi sanguinis fuerint,viresq; robustas habuerint,ac morbus ita iubeat, nã secabis. Qđ si in hac ętate cõstitutis, vires parũ validę sint,& sanguine nõ admodũ abundẽt in totũ ab hmõi euacuatione arcẽdi sunt. In his.n.cũ Gale.lib. 4.c.10.de san.tuen.teste, sanguis bonus exiguus fit,crudi verò humores plurimi incisa venena.bonũ sanguinẽ emittit:malum qui in primis maximè venis circa iecur,& quod mesenteriũ vocant, colligitur,in totum attrahit corpus.

Secundo loco vnicũ innuit̃ ex phlebotomia incõmodum: népè q̀ vberior p̱ ipsam exhalet̃ spiritus. Qđ certè Gale.in libello de sacrificatione ijs ostẽdit verbis: venã incidere sępè in anno, minimè cõmodum puto. Nam vnà cũ multo sanguine vitalis spiritus excernit̃. Hoc aũt frequẽtius cõsumpto,& tota corporis moles p̱frigerat̃,& oĩa animalia opera peius fiunt. Frequẽtior igit̃ venæ sectio maturã senectã, & hãc mortis grauiorib.obnoxiã,reddit. Cuiusmodi sunt cachexia,hydrops,arthritis,tremor,paralysis,& apoplexia. Impẽsius.n.refrigerato natiuo calore,humidoq; primogenio imminuto, viscera sanguescũt,cruditas dñat̃,q̃ tot malorũ cã fit atq; origo.

Tertio versu traditur remedium reparandorũ spirituũ, potus nimirum vi-

ni. Hoc.n.ex oībus celeriter ac subitò nutrientib. velut suprà c.8.& 11.ośdimus, principē obtinet locum. Quin ex cibo quoq;, vt quarto docetur versu, spiritus recuperant, sed lentè, hoc est, tardius. Vbi sciendū cùmprimis, q̄ exhibendus sit à venè sectione cibus concoctu facilis, optimi succi, ac plurimi nutrimenti, velut oua sorbilia, & eiusmodi. Eo moderatius tñ, vt lib.7.c.21.ad Almansorē Rhazes p̄cipit, primo ac secundo die vtendum est, quippe concoctoria facultas sanguinis eductione debilis, multum superare cibū nequit. Hinc Isaacus in dietis ita fermè scriptum reliquit: Cib. ipsis minuendus, sed potus augendus, respectu nimirum cibi, & non consuetudinis imò verò q̄ ante phlebotomiā minus bibendum est, quod virtus cōcotrix debilior adhuc sit, q̄ vt copiam eius ferat.

Quarto demùm loco vndecim moderatæ atq; tempestiuę phlebotomiæ enumerantur commoda.

PRIMVM, quod visus aciem roboret, clarioréq; reddat. īminutis.n.& detractis per phlebotomiā humorib. quorū effumatiōe oculorū claritas obscurabat, visus necessariò roborat ac reficit.

SECVNDVM, quod cerebrum expurget, integritatem menti restituat, & ingenii excitet aciem: idq; consimilem omnino ob causam.

TERTIVM, quod medullas excalfaciat: supfleruas nãq; humiditates, quarum confluxu infrigadabãtur, absumit.
QVARTVM, quod viscera, id est, interiora expurget: leuata nanq; q̃ corpus nostrũ regit natura, exonerataq; sanguine, quo velut sarcina præmebatur, haud ægrè crudos in interioribus detentos humores concoquit & euincit.
Quintum, quod vomitus & alui profluuia cohibeat: humores.n.ab interioribus ad externas reuellit partes. Hinc ab Auicẽna.4.1.c.20. ita scriptum est: Phlebotomia propterea quod ad diuersum trahit, naturam secundũ plurimũ retinet. Vbi tñ silentio prętereundum non est, quod in alui profluuio cubiti vena incidenda veniat: vt quę citissime conspicuã nonnũquam adferat vtilitatem: q̧ si contra seces, népe in pede, nihil oĩno profuerit. Accidit tñ aliquando, vt aluus venæ sectione fluida magis fiat, idq; duobus maximè modis. Vno quidem, quod naturæ onere per phlebotomiã sublato, virtus roboret, adeoq; alias haud rarò incitet euacuationes. Altero vero, quando alui profluuium oritur ex retẽtricis facultatis imbecillitate. Ea.n.venè sectione augetur: quo fit, vt venter magis proritetur.
SEXTVM, quod sensus efficiat puriores, euaporationem.n.ad caput vn-
de

de ſeuſus turbantur imminuit.

Septimum, qđ immodicis cōferat vigiliis: ſiquidē humorū exundantiā, vnde acris ſubinde atq; diuerſi ſurſum ferunt fumi, ſomnūq; impediunt, euacuat.

Octauum, q̄ tædia, ideſt, nimiam corporis grauitatē, ſegnitiemq; ſiue laſsitudinē tollat, leuat nāq; quæ corpus noſtrum regit naturam, exoneratq; humorū multitudine, quib. velut onere quodam grauiſſimo premebantur. Melancholia quoq;, quę p̄cipua quædam tędiorum ac grauitatē cauſa exiſtit atq; origo, vnà cum ſanguine educit, quippe fæx eius eſt & ſedimentum.

Nonum, qđ audiendi difficultatem corrigat: imminuit.n. redundantiam humorum, vnde, craſſi ac flatuoſi ſurſum cuicti ſp̄us auditorios obtunat meatus.

Decimum, quòd voci conferat: ſubtrahit nanque ſuperfluas humiditates, quibus vocalis arteria immodice irrigata raucas edebat voces.

Vndecimum, quòd vires reficiat augeatq;, ſiquidē corpore humorum exonerato multitudine, vires recreantur & augentur.

¶*Quibus menſibus conueniat, quibuſve noceat phlebotomia. Cap. XCIIII.*

TRes inſunt iſtis, Maius, September, Aprilis,

Et

Et ſunt Lunares, ſunt velut Hy-
dra dies.
Prima dies primi, poſtremaq; po
ſteriorum,
Nec ſanguis minui, nec carnibus
anſeris vti.
Sit ſenium atq; iuuenta licet, ſi
ſanguis abundat,
Omni menſe probe confert inci
ſio venæ.
Hi ſunt tres menſes, Maius, Se-
ptember, Aprilis,
In quibus eminuas, vt longo tem
pore viuas.

Tria hoc in loco traduntur.

AC Primum quidem, q̃ tres menſes ſint lunares, nempè Maius, Aprilis, & September, ipſiſq; dies quidam inſint, quibus venam incidere nefas habeatur. Maij, ſ. primus, & reliquorũ trigeſimus. Idque vulgo quidem ita creditur, cum reuera fictũ, atq; à veritate alienum ſit. Siquidem & his ipſis diebus, modò conſtellatio non deterreat, venam ſecare nihil impedit. Vanum itẽ ac errore plenũ, & quod de anſerum eſu ſubiungitur,

tur, magisq; fortilegio tribuendum, vel tractum forte à Iudæorũ consuetudine.

Secundum, quod senibus, æquè atq; iuuenibus singulo quoq; mense, modò in venis sanguis abundet, ac morbus ita iubeat, sanguinẽ subtrahere fas sit: vt in quib. nõ facilè digerat̃ dissipeturq; substantia, & boni sanguinis adsit copia.

Tertium, quod phlebotomia pro conseruanda sanitate administranda sit in aliquo horum trium mensiũ: in Aprili, s. aut Maio, aut Septẽbri differenter tñ, in Aprili. n. ac Maio, iecora incidẽda venit, ob exundantem nimirũ sanguinis copia: est. n. tẽpus vernũ. In Septembri vero lienaris; siquidem per id tempus, cùm sit autumnale, atra bilis nõnullis plus cæteris colligitur.

¶ *De impedimentis phlebotomiæ. Cap.* XCV.

FRigida natura, & frigus regio, dolor ingens,
Balnea post coitum, minor ætas, atque senilis.
Morbus prolixius, repletio potus & escæ.
Si fragilis, vel subtilis sensus stomachi sit.

Et fastidit tibi non sunt phlebotomandi.

Duodecim hic recensentur impedimenta phlemotomiæ.

PRIMVM, frigida hoīs natura, qpp꜡ quæ venè sectione augeatur. Fundamentū.n.caloris innati sanguis est, hoc igitur per phlebotomiā imminuto, & calorē innatū imminuit, totumq; corpus grauiter refrigerari, necesse est. Gal.c.6.de curan.rat. per san.missio.

SECVNDVM, regio impense frigida. Hęc.n.largam vacuationem, qualis phlebotomia est haud sustine, ꝗ corpus, detracto cū sanguine natiuo calore, satis antea refrigeratum, magis subinde refrigere. Præterea nec calida nimis regio venę sectionem tolerat, q̄ sua caliditate vires dissoluat, ac humores discutiat. Tempus etiam anni in mittendo sanquine expendendum, num, s. calidum sit, aūt frigidū. In frigido.n.tēpore corpus refrigeratur, ideque sanguinis missionē impedit. Quid.n.attinet corpus antea abūdè satis refrigeratum, sanguinis detractione, magis refrigerare? In calido tp̄e improbè vacuati syncope & resolutione intereunt. Quippe calor ambientis è corpore foras euocatū spiritum digerit, resiccatq; corporis habitū, & imbecilliorē reddit. Quocirca tū

oīno à sanguinis missione abstinendum erit. Qđ Gal. lib. 11. c. 14. meth. med. iis verbis cōfirmat. Et oīno quidē nō mittēs in tpe æstatis, & regione æstuosa, & cœli statu calido ac sicco. Proinde eadē est temporis, quæ regionis conditio.

TERTIVM, dolor ingens: sub quo & nimia corporis inflāmatio cōprehendit. In his.n. secta vena multā seditionē, & agitationē in humorib. excitat: phlebotomia nimirū attrahente ac vacuāte humores, dolore verò atq; inflāmatione cōtra nitētibus, atq; rapiētib. Si quidē dolor oīs & calor attrahūt, influxūq; humorū efficiunt, quo fit: vt inflāmatio augeatur, & natura magis debilitet. Et hoc quidem vbi tēperatior & artificialis fuerit phlebotomia. Si verò aceruatim, vel ad animi deliquiū vsq; fiat, i pdictis casib. plurimum adfert emolumēti. Quippe hoc pſidio feruentis sanguinis copia in maximis inflāmationib. educitur, & laborans phlegmone pars refrigerat. In vehementissimis aūt doloribus ideo sanguinis missio confert, qđ sanguinis confluxū, dolorem rescindendo, inhibet. Accedit, quod excretoria facultas causam dolorem excitātem eiicere properās, phlegmonem interdū excitet. Quū.n. primis suis conatib. nihil profecit, vehemētius aggressa qđ infestat expellere, sanguinis aliquid ex su-

perpo-

perpositis partib. ĩ afflictã simul exprimit, vt copiose lib. 13. metho.med.c.3. Gal. oñdit. Quopropter ne id accidat, sanguiné mittere expedit. Et hæc fuit intẽtio Gal.cõm.23.lib.1.aphor. vbi sic scriptum reliquit: In ardentissimis febribus si vsq; ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguit. In maximis verò dolorib. nullũ maius noui remediũ, q̃ vsq; ad animi defectionem euacuare. Lege plura apud eundé lib.9.meth. med.c.4. & in lib.de curan. rat. per sang. missionem.cap.11.& Leonhartum Fuchsium capit. 28. methodi perueniendi ad medicinam.

QVARTVM, balneum: & maximè quidẽ διαφορητικὸν, i. resolutiuum. Hoc enim, cũm Galeno in lib. de vtilitate respirationis c.7. teste, spiritus ex toto corpore euacuet, adeoque vires debilitet, phlebotomiam impedit. Nam plurimũ & repente euacuare periculosum est, inquit Hippocrates lib.2.aph.51.

Quintum, coitus post quẽ prohibeť incisio venæ, qđ is corpus iãdudum plus equo excalfecerit, vires deiecerit, ac debilitarit. Porrò quo nã modo Venere vires dissoluantur, disertè admodũ Gal. lib.1.de semine.c.15. iis demõstrat verbis: Circa tp̃s, inquit: concubitus, testes ex venis seminarium humoré, quantũ

eius in ipsis cōtinetur, trahunt. Est aūt modicus hic, & roris similitudinē sanguini ammixtus, hmōi aūt ille opus habeat. Violenter igitur co, per testiculos vtpote potentiori facutate præditos q̄ venē sunt, detracto, venę ipsę rursus à suprapositis reuellunt hę verò rursus ab his quę deinceps sitæ sunt, deinde hę rursus à vicinis, atq; hoc fieri non cessat, donec ad oēm corporis particulā trāssumptio perueniat, adeo vt oēs totius animalis partes proprio alimento euacuentur. Reuellit.n.semper id qđ perfectè est euacuatum, ab eo quod plus habet, velut violenter eripiēs. Hoc igitur quum semꝑ fiat, & oīa velut in choro inter se mutuo participent, in tm̄ sanè oīa vasa ac partes totius animalis euacuari necesse est, donec fortissima ex oībus pars expleatur. Neq, verò solam seminariam humiditatē ab oīb. animalis partibus auferri continget hoc tꝑe, sed ēt spiritū vitalem. Nā & hic ex arteriis vnà cum seminali humiditate euacuatur. Quare nihil mirum est, immoderato coitu vtentes imbecilliores reddi, à toto corpore vtroq; syncerissimo ablato, accedente insuper voluptate, q̄ ipsa per se sufficiens est vitalem firmitatem dissoluere, adeò vt iam quosdā ex nimia voluptate ac iucūditate mortuos esse constet. Quę oīa Marsilius Ficinus

lib.1.de sanitate tuenda.c.7.ijs ẽt confirmat verbis. Venereus, inquit, coitus, si vel paululum vires excesserit subitò exhaurit: spiritus præsertim subtiliores, cerebrumq; debilitat: labefactat stomachũ atq; præcordia, quo malo nihil ingenio aduersius esse põt. Cur nam Hippocrates coitum comitiali morbo similem iudicauit? nisi quia mentem, quæ sacra est, percellit, tantumque ob est, vt Auicēna in libro de animalibus dixerit: Si quid spermatis suprà quàm natura toleret, coitu profluat, obesse magis, q̃ si quadragies tantundẽ sanguinis emanarit, vt nõ iniuria prisci Musas atq; Mineruam virgines esse voluerint. Plura de hoc logẽ apud Galenum cap. 86. artis medicinalis. Paulum Aeginet. lib. 1. cap. 35. & Aetium lib. 2. c. 8.

SEXTVM, ętas vel maior vel minor q̃ phlebotomia requirit: qualis est infantiæ, & senii. Horum oĩum meminit. Auicẽna. 4. 1. c. 20. in eum fermè modũ scribens. Cauere debes a venæ sectione in complexione vehementis frigiditatis, & in regionibus fortis frigiditatis, & in hora fortis doloris, & post balneum resolutiuum, & post coitum, & in ætate, quę est minor. 14. annis quantò plus poteris, & in ętate senum quantò magis poteris: nisi in figura confisus fueris, & in soliditate musculorũ, & venarũ amplitu-

plitudine,& earum repletione,& colorum rubedine: hos nāq; ex adolescentibus & senibus phlebotomare audebis. Adolescentes tñ secūdum ordinem ad phlebotomandum paulatim prouehere debes cum pauca minutione.

Septimum, morbus prolixus: virtus enim tēporis tractu exoluta non tolerat venæ sectionē, vt quę à morbo plus satis iam debilitata phlebotomia facilè exhauriretur. Galenus de curan.rat.per sang.miss.c.20. Idem Auicen. ét loco citato cōfirmat. In corporib. inquiēs, quæ prolixas perpessa sunt ægritudines, abstinendum à venæ sectione, nisi sanguinis affuerit corruptio, quæ ad hoc te perducat, quoniam tunc sanguinis subtractione vteris.

Octauum, nimia potus repletio.

Nonū, largior cibi ingestio sub qua inconcoctio siue crudas etiam comprehenditur: causa horum oīum est, vt ex Auicēna.1.1.doct.6.c.3. colligitur, qđ tria sint materiam attrahētia, loca, s. inanita, mēbrorū caliditas, ac totius corporis habitus. Sanguis igitur si sic affectis mittetur, venę proprio & cōmodo destitutę nutrimento, qđ nondū in ventriculo ac hepate concoctum est, attraherent. Hoc Itaq; in mēbra raptū non corrigeretur. Siquidē tertia concoctio, vt Galenus autor est, nō emēdat erratū

secun-

secundę, nec secunda primæ. Atq; inter-
in excrementorũ copiam in corpore, ac
inde tandem ægritudines prouenire ne-
cesse est. Tanto igiť tempore differenda
est phlebotomia, quantũ satisfacere tum
ad eorum concoctionem, tum vt excre-
menta descendant, videbitur.

Prestiterit tñ in intempetantib. vino
fisq;, ac vẽtri gulæq; deditis, vt c.6.lib.
de curan.rat.p sang.miſ.Gale.visum est
à venę sectione in totum abstinere: vt
quos neq; purgatione, neque sanguinis
missione magnopere adiuueris, Nã p vi-
tę intemperantiã, crudorũ humorũ co-
piã ocisimè colligũt: verùm his ne ma-
num quidé admouere tentandum est.
Quorsum.n.attinet, apud vulgum infa-
mare pręsidia, q̃ multis fuere saluti. Ga-
len.libr.11.cap.9.metho.meden.

DECIMVM, fragilitas, id est, de-
bilitas virtutis: quippe sanguine misso
virtus semper iis extremè concidit, nec
postea reuocari, colligique potest. Ga-
len.capit.6.de curan.rat.per sang.miss.
& lib.11.capit.14.meth.meden.

VNDECIMVM, os ventriculi supra
modum sensile: sub quo imbecillum et
comprehenditur, & quod amara bili
redundat: ob hæc enim multi in venæ
sectione ante iustam vacuationem per
initia statim animo destituuntur.

Porrò os vẽtriculi magno sensu præ-

piam: q̃ innatū caloré velut suffocando in tm̃ debilitat, vt ipsos euincere postea nequeat. Et i hac phlebotomia vti licet, quemadmodū idipsum Alexāder Trallianus lib. 9. c. 2. in curatione Anasarcæ iis cōfirmat verbis. Oīum curatio à vacuatione incipienda est, sed Ascitis quidem dicti, aut Tympaniæ à sola purgatione. Cui aūt Anasarca nomen est, ea venę sectionē interdū requirit vt q̃ ex sanguine frigido nascatur. Ac frigiditatis quidē rōne illa nō indiget, sed qm̃ copię detractio naturā leuat, vt hęc minoré illā effectam facilè superet, non alienū, sed rōni consentaneū est hic quoque venę sectione vti. Videmus.n.qđ ēt ignis externus, cùm à ligni, viridibus, ppemodū extinguit, refocillat rursus, si illa, q̃ ipsum suffocabant, auferant. Deinde verò ob caloris innati debilitatē vt in hominibus frigidæ naturę, quales à diutino morbo conualescentes cumprimis sunt & senes: his phlebotomia ex vsu non est. Subtracto.n. sanguine, q fomes natiui caloris ac vitę thesaurus est, necesse est, vt corpus vehementius refrigeretur humorumq́; cruditas augeat. Sanguinis igitur ipsis, vt humores cōcoquat & euincat, relinquendus est. Quinetiam post χολέραν diutinos vomitus, διάῤῥοιαν immodicam, vigilias labores vehementiores, & vno verbo, post oīa quę corpus impen-

sius calfaciunt, exiccantq́; ac vires dissol uunt, à venæ sectione abstinendũ, vt copiose admodum docet Rhazes libro. 7. capit. 21 ad Almans.

¶ *Quæ circa venæ sectionem obseruanda.*
Cap. XCVI.

HAec facienda tibi, quando
vis phlebotoniari,
Vel quando minuis, fueris vel
quando minutus.
Vnctio, siue lauacrum, & potus
fascia, motus,
Debent non fragili tibi singula
mente teneri.

Quinque in sanguinis missione obseruanda esse hoc loco tradit, & ex ipsis alia quidẽ prius quã vena tundat, quædã interea dum sanguis emittitur, nonnulla verò eo iam subtracto.

Primum, vnctio: alias. n. membrum incidendæ venæ oleo irrigatũ fricamus, vt, tempore eius sanguis reddat fluxilis: Interdũ ipsi etiam φλεβοτόμῳ, siue scalpello olei nonnihil allinimus, vt inflictũ dolorem mitiget. Quandoq; verò & vulneri olei cuiuspiã parũ illinimus, quo nimirum cicatrice tardius obducatur, humoresque in venis relicti liberius expirent, & mali fumi discutiãtur.

SECVNDVM, potus: & præcipuè quidem vini. Hoc.n.cùm in ipsa sectione, si syncope obuenerit, tum post eam etiā ad boni sanguinis generationem, spirituumq; recuperationē cōuenientissimè exhibetur. Supra cap. 8. & 10.

TERTIVM, lauacrū.i. balneū, quo certe per biduū aut triduū ante & post sanguinis missionē vti conceditur, nequaq̃ verò eodē die. Ante quidē in illis, quos crassorū humorū copia aggrauari suspicio est hos.n. balneū incidit, mobilesq; facit, ob eandē ēt causam paululū dimoueri ante phlebotomiā cōuenit, & assumere nonnihil syrupi acetosi. Eodē quoq; tpē mēbrū incidēdę venæ fricandū est vt humores è propinquis venis ad locū sectioni destinatū alliciātur, & ad exitū properent. Post verò emissionē sanguinis valet ad humorū vaporūq; reliquias discutiēdas. Verùm eo supersedere in ipso die oportet: cutem.n. nimis reddit mollem quo fit vt plagæ facillimè cedat, q nō est citra periculum.

Quartum, facię, hoc est, ligaturę, ex pannis. s. lineis, easq; tam ante, q̃ post venę sectionem administrari oportet. Ante quidē & vt inde venæ incrassescant, conspicuæq; magis fiant, & humores ad constitutū incisioni locū facilius prolectentur. Post verò, ad sistendum reprimendumque fluxum.

Quintum, motio siue inambulatio, moderata nimirum ac tranquilla: eaq; & ante, & post venę incisioné vti conuenit: ante quidé, vt humores dissoluãtur, extenuenturq;: post verò ad dissipandas humoré reliquias. Ea hodie apud vulgũ inualuit cõsuetudo, vt venę ieiuno ferè ac vacuo incidant stomacho: sed hoc ipsum doctorib. quibusdã minus probatur, vt quib. cõducibilius esse videat, vt ouum molliculũ siue sorbile, cũ haustulo vini prius exhibeatur, idq; circiter horã nonã, vel decimã ante meridié; ac cõfestim deinde vena incidatur: Natura enim stomacho existente vacuo, ne alimento destituatur sanguiné ptinacissimè retinet. Contrà verò, pauculo, eoq; exigua molle plurimũ nutriente, cuiusmodi vinum & oua sorbilia, cumprimis habentur, ingesto cibo, eundem facillimè exire patitur.

Porro qđ ad diei, in quo fit venæ sectio, tps attinet, sciendũ sanguini mittendo conuenire maximè tps matutinũ, sic tñ vt nõ protinus excitis é somno, sed horã vnã antea vigilantib. vna secetur. Quibusdã ẽt postea q̃ rerũ soliturũ qdpiam obierũt, siue ludo literario, siue in officinis, siue in foro siue in ędibus, sanguinem auferre expedit. Aegris aũt nullum est venę sectionis pręscriptũ tps q̃obrem nec per nocté sanguinem mittere ijs, si

ni. Hoc.n.ex oībus celeriter ac subitò nutrientib. velut suprà c.8.& 11.ondimus, principē obtinet locum. Quin ex cibo quoq;, vt quarto docetur versu, spiritus recuperant, sed lentè, hoc est, tardius. Vbi sciendū cùmprimis, ꝙ exhibendus sit à venę sectione cibus concoctu facilis, optimi succi, ac plurimi nutrimenti, velut oua sorbilia, & eiusmodi. Eo moderatius tñ, vt lib.7.c.21.ad Almansorē Rhazes ꝑcipit, primo ac secundo die vtendum est, quippe concoctoria facultas sanguinis eductione debilis, multum superare cibū nequit. Hinc Isaacus in dietis ita fermè scriptum reliquit: Cib. ipsis minuendus, sed potus augendus, respectu nimirum cibi, & non consuetudinis: imò verò q̃ ante phlebotomiā minus bibendum est, quod virtus cōcotrix debilior adhuc sit, q̃ vt copiam eius ferat.

Quarto demùm loco vndecim moderatæ atq; tempestiuę phlebotomiæ enumerantur commoda.

PRIMVM, quod visus aciem roboret, clarioreḿq; reddat. īminutis.n.& detractis per phlebotomiā humorib. quorū effumatiōe oculorū claritas obscurabatᷣ, visus necessariò roboratᷣ ac reficitᷣ.

SECVNDVM, quod cerebrum expurget, integritatem menti restituat, & ingenii excitet aciem: idq; consimilem omnino ob causam.

Tertivm, quod medullas excalfaciat· supfleruas nãq; humiditates, quarum confluxu infrigadabãtur, absumit.

Qvartvm, quod viscera, id est, interiora expurget: leuata nanq; q̃ corpus nostrũ regit natura, exonerataq; sanguine, quo velut sarcina, præmebatur, haud ægrè crudos in interioribus detentos humores concoquit & euincit.

Quintum, quod vomitus & alui profluuia cohibeat: humores.n. ab interioribus ad externas reuellit partes. Hinc ab Auicẽna. 4.1. c.20. ita scriptum est: Phlebotomia propterea quod ad diuersum trahit, naturam secundũ plurimũ retinet. Vbi tñ silentio prętereundum non est, quod in alui profluuio cubiti vena incidenda veniat: vt quę citissime conspicuã nonnũquam adferat vtilitatem: ꝙ si contra feces, nẽpe in pede, nihil oĩno profuerit. Accidit tñ aliquando, vt aluus venæ sectione fluida magis fiat, idq; duobus maximè modis. Vno quidem, quod naturæ onere per phlebotomiã sublato, virtus roboret, adeoq; alias haud rarò incitet euacuationes. Altero vero, quando alui profluuium oritur ex retẽtricis facultatis imbecillitate. Ea.n. venè sectione augetur: quo fit, vt venter magis proritetur.

Sextvm, quod sensus efficiat puriores, euaporationem.n. ad caput vnde

de ſenſus turbantur imminuit.

Septimum, qđ immodicis cõferat vigiliis: ſiquidē humorū exundantiā, vnde acris ſubinde atq; diuerſi ſurſum ferunt fumi, ſomnūq; impediunt, euacuat.

Octauum, q̄ tædia, ideſt, nimiam corporis grauitatē, ſegnitiemq; ſiue laſsitudinē tollat, leuat nāq; quæ corpus noſtrum regit naturam, exoneratq; humorū multitudine, quib. velut onere quodam grauiſſimo præmebantur. Melancholia quoq;, quę p̄cipua quædam tędiorum ac grauitatē cauſa exiſtit atq; origo, vnà cum ſanguine educit, quippe fæx eius eſt & ſedimentum.

Nonum, qđ audiendi difficultatem corrigat: imminuit. n. redundantiam humorum, vnde, craſſi ac flatuoſi ſurſum euecti ſpūs auditorios obtunat meatus.

Decimum, quòd voci conferat: ſubtrahit nanque ſuperfluas humiditates, quibus vocalis arteria immodice irrigata raucas edebat voces.

Vndecimum, quòd vires reficiat augeatq;, ſiquidē corpore humorum exonerato multitudine, vires recreantur & augentnr.

¶*Quibus menſibus conueniat, quibuſve noceat phlebotomia. Cap. XCIIII.*

TRes inſunt iſtis, Maius, September, Aprilis.

Et

Et sunt Lunares, sunt velut Hy-
dra dies.
Prima dies primi, postremaq; po
steriorum,
Nec sanguis minui, nec carnibus
anseris vti.
Sit senium atq; iuuenta licet, si
sanguis abundat,
Omni mense probe confert in ci
sio venæ.
Hi sunt tres menses, Maius, Se-
ptember, Aprilis,
In quibus eminuas, vt longo tem
pore viuas.

Tria hoc in loco traduntur.

A C. Primum quidem, q tres menses sint lunares, nempè Maius, Aprilis, & September, ipsisq; dies quidam insint, quibus venam incidere nefas habeatur. Maij, s. primus, & reliquorũ trigesimus. Idque vulgo quidem ita creditur, cum reuera fictũ, atq; à veritate alienum sit. Siquidem & his ipsis diebus, modò constellatio non deterreat, venam secare nihil impedit. Vanum itẽ ac errore plenũ, & quod de anserum esu subiungitur,

tur,magisq́: ſortilegio tribuendum,vel tractum forte à Iudæorũ conſuetudine.

Secundum, quod ſenibus, ęquè atq; iuuenibus ſingulo quoq; menſe, modò in venis ſanguis abundet, ac morbus ita iubeat,ſanguinẽ ſubtrahere fas ſit: vt in quib.nõ facilè digerat̃ diſſipeturq́; ſubſtantia,& boni ſanguinis adſit copia.

Tertium, quod phlebotomia pro conſeruanda ſanitate adminiſtranda ſit in aliquo horum trium menſiũ: in Aprili,ſ.aut Maio, aut Septẽbri differenter tñ,in April.n.ac Maio,iecora incidẽda venit, ob exundantem nimirũ ſanguinis copia: eſt.n.tẽpus vernũ. In Septembri vero lienaris; ſiquidem per id tempus, cùm ſit autumnale,atra bilis nõnullis plus cęteris colligitur.

¶ *De impedimentis phlebotomiæ. Cap.* XCV.

FRigida natura, & frigus regio,
dolor ingens,
Balnea poſt coitum, minor ætas,
atque ſenilis.
Morbus prolixius,repletio potus
& eſcæ.
Si fragilis, vel ſubtilis ſenſus ſtomachi ſit.

Et

Et fastidit tibi non sunt phlebotomandi.

Duodecim hic recensentur impedimenta phlemotomiæ.

PRIMVM, frigida hoīs natura, q̄p pꝫ quæ venè sectione augeatur. Fundamentū.n. caloris innati sanguis est, hoc igitur per phlebotomiā imminuto, & calorē innatū imminuit, totumq; corpus grauiter refrigerari, necesse est. Gal.c.6.de curan.rat. per san.missio.

SECVNDVM, regio impense frigida. Hęc.n. largam vacuationem, qualis phlebotomia est haud sustine, q̄ corpus, detracto cū sanguine natiuo calore, satis antea refrigeratum, magis subinde refrigere. Præterea nec calida nimis regio venę sectionem tolerat, q̄ sua caliditate vires dissoluat, ac humores discutiat. Tempus etiam anni in mittendo sanquine expendendum, num, s. calidum sit, aūt frigidū. In frigido.n. tēpore corpus refrigeratur, ideque sanguinis missionē impedit. Quid.n. attinet corpus antea abūdè satis refrigeratum, sanguinis detractione magis refrigerare? In calido tpe improbè vacuati syncope & resolutione intereunt. Quippe calor ambientis è corpore foras euocatū spiritum digerit, resiccatq; corporis habitū, & imbecilliorē reddit. Quocirca tū

oīno

oīno à ſanguinis miſsione abſtinendum erit. Qđ Gal.lib.11.c.14.meth.med.iis verbis cōfirmat. Et oīno quidē nō mittes in tpe æſtatis, & regione æſtuoſa, & cœli ſtatu calido ac ſicco. Proinde eadē eſt temporis, quæ regionis conditio.

TERTIVM, dolor ingens: ſub quo & nimia corporis inflāmatio cōprehendit. In his.n.ſecta vena multā ſeditionē, & agitationē in humorib. excitat: phlebotomia nimirū attrahente ac vacuāte humores, dolore verò atq; inflāmatione cōtra nitētibus, atq; rapiētib. Si quidē dolor oīs & calor attrahūt, influxūq; humorū efficiunt, quo fit: vt inflāmatio augeatur, & natura magis debilitet. Et hoc quidem vbi tēperatior & artificialis fuerit phlebotomia. Si verò aceruatim, vel ad animi deliquiū vſq; fiat, ī pdictis caſib. plurimum adfert emolumēti. Quippe hoc pſidio feruentis ſanguinis copia in maximis inflāmationib. educitur, & laborans phlegmone pars refrigeraī. In vehementiſsimis aūt doloribus ideo ſanguinis miſsio confert, qđ ſanguinis confluxū, dolorem reſcindendo, inhibet. Accedit, quod excretoria facultas cauſam dolorem excitātem eiicere properās, phlegmonem interdū excitet. Quū n. primis ſuis conatib. nihil profecit, vehemētius aggreſſa qđ infeſtat expellere, ſanguinis aliquid ex ſuperpo-

perpositis partib. ĩ afflictã simul exprimit, vt copiose lib.13. metho.med.c.3. Gal. oñdit. Quopropter ne id accidat, sanguiné mittere expedit. Et hæc fuit intẽtio Gal.cõm.23.lib.1.aphor.vbi sic scriptum reliquit: In ardentissimis febribus si vsq; ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguit. In maximis verò dolorib. nullũ maius noui remediũ, q̃ vsq; ad animi defectionem euacuare. Lege plura apud eundẽ lib.9.meth. med.c.4. & in lib.de curan. rat.per sang.missionem.cap.11.& Leonhartum Fuchsium capit. 28. methodi perueniendi ad medicinam.

QVARTVM, balneum: & maximè quidẽ διαφορητικὸν,i. resolutiuum. Hoc enim,cùm Galeno in lib. de vtilitate respirationis c.7.teste,spiritus ex toto corpore euacuet, adeoque vires debilitet, phlebotomiam impedit. Nam plurimũ & repente euacuare periculosum est, inquit Hippocrates lib.2.aph.51.

Quintum, coitus post quẽ prohibet incisio venæ,qđ is corpus iãdudum plus equo excalfecerit,vires deiecerit,ac debilitarit. Porrò quo nã modo Venere vires dissoluantur,disertè admodũ Gal. lib.1.de semine.c.15. iis demõstrat verbis: Circa tp̃s,inquit: concubitus,testes ex venis seminarium humoré, quantũ

eius

eius in ipsis cõtinetur, trahunt. Est aũt modicus hic, & roris similitudinẽ sanguini ammixtus, hmõi aũt ille opus habeat. Violenter igitur eo, per testiculos vtpote potentiori facutate præditos q̃ venę sunt, detracto, venę ipsę rursus à suprapositis reuellunt hę verò rursus ab his quę deinceps sitæ sunt, deinde hę rursus à vicinis, atq; hoc fieri non cessat, donec ad oẽm corporis particulã trãsumptio perueniat, adeo vt oẽs totius animalis partes proprio alimento euacuentur. Reuellit.n. semper id qđ perfectè est euacuatum, ab eo quod plus habet, velut violenter eripiẽs. Hoc igitur quum semp̱ fiat, & oĩa velut in choro inter se mutuo participent, in tm̃ sanè oĩa vasa ac partes totius animalis euacuari necesse est, donec fortissima ex oĩbus pars expleatur. Neq, verò solam seminariam humiditatẽ ab oĩb. animalis partibus auferri continget hoc tp̱e, sed ẽt spiritũ vitalem. Nã & hic ex arteriis vnà cum seminali humiditate euacuatur. Quare nihil mirum est, immoderato coitu vtentes imbecilliores reddi, à toto corpore vtroq; synccrissimo ablato, accedente insuper voluptate, q̃ ipsa per se sufficiens est vitalem firmitatem dissoluere, adeò vt iam quosdã ex nimia voluptate ac iucũditate mortuos esse constet. Quę oĩa Marsilius Ficinus

lib.

lib.1.de sanitate tuenda.c.7.ijs ẽt confirmat verbis. Venereus, inquit, coitus, si vel paululum vires excesserit subitò exhaurit: spiritus presertim subtiliores, cerebrumq; debilitat: labefactat stomachũ atq; præcordia, quo malo nihil ingenio aduersius esse põt. Cur nam Hippocrates coitum comitiali morbo similem iudicauit? nisi quia mentem, quæ sacra est, percellit, tantumque ob est, vt Auicẽna in libro de animalibus dixerit: Si quid spermatis suprà quàm natura toleret, coitu profluat, obesse magis, q̃ si quadragies tantundẽ sanguinis emanarit, vt nõ iniuria prisci Musas atq; Mineruam virgines esse voluerint. Plura de hoc loge apud Galenum cap. 86. artis medicinalis. Paulum Aeginet. lib. 1. cap. 35. & Aetium lib. 2. c. 8..

SEXTVM, etas vel maior vel minor q̃ phlebotomia requirit: qualis est infantiæ, & senii. Horum oĩum meminit. Auicẽna. 4.1.c.20. in eum fermè modũ scribens. Cauere debes a venæ sectione in complexione vehementis frigiditatis, & in regionibus fortis frigieitatis, & in hora fortis doloris, & post balneum resolutiuum, & post coitum, & in ætate, quę est minor. 14. annis quantò plus poteris, & in ętate senum quantò magis poteris: nisi in figura confisus fueris, & in soliditate musculorũ, & venarũ amplitu-

plitudine,& earum repletione,& colorum rubedine: hos nãq; ex adolescentibus & senibus phlebotomare audebis. Adolescentes tñ secũdum ordinem ad phlebotomandum paulatim prouehere debes cum pauca minutione.

Septimum, morbus prolixus: virtus enim tẽporis tractu exoluta non tolerat venæ sectionẽ, vt quę à morbo plus satis iam debilitata phlebotomia facilè exhauriretur. Galenus de curan.rat.per sang.miss.c.20. Idem Auicen.ét loco citato cõfirmat. In corporib. inquiẽs, quæ prolixas perpessa sunt ægritudines, abstinendum à venæ sectione, nisi sanguinis affuerit corruptio, quæ ad hoc te perducat, quoniam tunc sanguinis subtractione vteris.

Octauum, nimia potus repletio.

Nonũ, largior cibi ingestio sub qua inconcoctio siue crudas etiam comprehenditur: causa horum oĩum est, vt ex Auicẽna.1.1.doct.6.c.3.colligitur, qđ tria sint materiam attrahẽtia, loca, s. inanita, mẽbrorũ caliditas, ac totius corporis habitus. Sanguis igitur si sic affectis mittetur, venę proprio & cõmodo destitutę nutrimento, qđ nondũ in ventriculo ac hepate concoctum est, attraherent. Hoc Itaq; in mẽbra raptũ non corrigeretur. Siquidẽ tertia concoctio, vt Galenus autor est, nõ emẽdat erratũ

secun-

secundę, nec secunda primæ. Atq; interim excrementorũ copiam in corpore, ac inde tandem ægritudines prouenire necesse est. Tanto igitũ tempore differenda est phlebotomia, quantũ satisfacere tum ad eorum concoctionem, tum vt excrementa descendant, videbitur.

Prestiterit tñ in intemperantib. vino fisq;, ac vẽtri gulæq; deditis, vt c.6.lib. de curan.rat.p sang.miss.Gale.visum est, à venæ sectione in totum abstinere: vt quos neq; purgatione, neque sanguinis missione magnoperè adiuueris, Nã p vitę intemperantiã, crudorũ humorũ copiã ocissimè colligũt: verùm his ne manum quidẽ admouere tentandum est. Quorsum.n.attinet, apud vulgum infamare pręsidia, q̃ multis fuere saluti. Galen.libr.11.cap.9.metho.meden.

DECIMVM, fragilitas, id est, debilitas virtutis: quippe sanguine misso virtus semper iis extremè concidit, nec postea reuocari, colligique potest. Galen.capit.6.de curan.rat.per sang.miss. & lib.11.capit.14.meth.meden.

VNDECIMVM, os ventriculi supra modum sensile: sub quo imbecillum ẽt comprehenditur, & quod amara bili redundat: ob hæc enim multi in venæ sectione antè iustam vacuationem per initia statim animo destituuntur.

Porrò os vẽtriculi magno sensu præ-

ctū esse, ex eo maximè coniicit inquit Auicenna,quod acria mordaciaq; citra offensionē non facile transglutiat. Imbecillitatē arguit deiecta cibi potusq; appetentia: Amaræ verò bilis redundātiā, oris amaritudo, nauseæq; perseuerāter, & bilis frequentiores vomitus ostendūt. Hæ itaq; indicationes à sanguinis subtractione dehortanť. Siquidē humores venæ sectione exagitati,sic affectis ad os ventriculi haud rarò,ceu ad consuetū locū confluunt: sed cū id membrū debilius iā sit,q̄ vt tali humorū cōfluxui resistat, multa oīno sanguinis missione contrahūt mala. Et hæc vna causa est,cur multi ex ipsis animo linquanť: Bilis namq; in stomachū refusā, morsu suo cor nōnunquam ac cerebrum εἰς συμπάθειαν. i. cōsensum,trahit syncopenq; parit,quandoque verò subitam etiam adfert mortem. Galenus libro.9.cap.5.metho.meden.& Auicenna loco citato.
DVODECIMVM, nausea:in hac,nq; si sanguis mittereť, venæ exhaustæ prauā illā ac nauseosam ad se facilè attraherent materiam. Neque ob dictas solùm causas, sed ob alias etiam non paucas à phlebotomia interdum abstinemus.
Ac primò quidem ob [illegible] mensiumq; fluxum. Quod certè Galenus lib.9.c.5. metho.meden.iis inuere verbis voluit:Si tpe,inquit,mittēdi sanguinis

guinis menses moueri contigerit, siue et hæmorrhois sit reclusa, si inspecto fluentis impetu, ipse satis fore videbit q solus, qđ requiris, vacuet, naturæ rē oēm permittes: sin minus, tñ ipse detrahes, quò ex coniunctis ambobus perficatur, q postulas. Nonnunq̃ tñ reuulsionis ēt causa in immo dicis sanguinis è narib. vtero, sede, aut thorace, eruptionibus, venę sectione citissimè cōspicuā adfert vtilitatē. Deinde ob corporee constitutionis raritatē, hoc est, humidā calidāq; temperaturā. Eius.n. substantia celerrimè in ambientē dissipatur, alias in halitū sensibilē, aliàs in perspirationes quæ visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Itaq; et huius causa aut prorsus venā non secabimus, aut parum detrahemus. Gale. lib. 9. c. 17. metho. meden.

Tertio, ob lentorem ac cruditatē humorū: Hęc.n. venę sectione augētur. Vñ in diutinis morbis sanguinis missione vtendum non est: ne cruditas augeatur, virtus debilitetur, & morbus usq; producatur, vt nequaquā postea curari queas. Hinc præcipit Auicenna, vt in morbis chronicis pharmacia venæ sectioni præmittatur, & non contra, licet vtraque opus habeant ęgrotantes.

Cruditas porro humorū duabus potissimum de causis accidere solet. Primū quidē ob aggrauatem humorū copiam

piam: q̃ innatũ calorẽ velut suffocando in tm̃ debilitat, vt ipsos euincere postea nequeat. Et i hac phlebotomia vti licet, quemadmodũ idipsum Alexãder Trallianus lib. 9. c. 2. in curatione Anasarcæ iis cõfirmat verbis. Oĩum curatio à vacuatione incipienda est, sed Ascitis quidem dicti, aut Tympaniæ à sola purgatione. Cui aũt Anasarca nomen est, ea venę sectionẽ interdũ requirit vt q̃ ex sanguine frigido nascatur. Ac frigiditatis quidẽ rõne illa nõ indiget, sed qm̃ copię detractio naturã leuat, vt hęc minorẽ illã effectam facilè superet, non alienũ, sed rõni consentaneũ est hic quoque venę sectione vti. Videmus.n. qđ et ignis externus, cùm à ligni viridibus ppemodũ extinguit, refocillat rursus, si illa, q̃ ipsum suffocabant, auferant. Deinde verò ob caloris innati debilitatẽ vt in hominibus frigidæ naturę, quales à diutino morbo conualescentes cumprimis sunt & senes: his phebotomia ex vsu non est. Subtracto.n. sanguine, q fomes natiui caloris ac vitę thesaurus est, necesse est, vt corpus vehementius refrigeretur humorumq; cruditas augeat. Sanguinis igitur ipsis, vt humores cõcoquat & eiiciat, relinquendus est: Quinetiam post χολέραν diutinos vomitus, διάρροιαν m... ...diãm, vigilias labores vehementiores, & ...vno verbo, post oĩa quę corpus impen...

ſius calfaciunt,exiccantq́;,ac vires diſſol uunt,à venæ ſectione abſtinendũ,vt copioſe admodum docet Rhazes libro.7. capit.21 ad Almanſ.

¶ *Quæ circa venæ ſectionem obſeruanda.*
Cap. XCVI.

HAec facienda tibi, quando vis phlebotomari,
Vel quando minuis, fueris vel quando minutus.
Vnctio, ſiue lauacrum, & potus faſcia, motus,
Debent non fragili tibi ſingula mente teneri.

Quinque in ſanguinis miſsione obſeruanda eſſe hoc loco tradit,& ex ipſis alia quidẽ prius quã vena tundaĩ, quædã interea dum ſanguis emittitur,nonnulla verò eo iam ſubtracto.

Primum, vnctio : alias.n.membrum incidendæ venæ oleo irrigatũ fricamus, vt, tempore eius ſanguis reddaĩ fluxilis : Interdũ ipſi etiam φλεβοτόμῳ, ſiue ſcalpello olei nonnihil allinimus,vt inflictũ dolorem mitiget. Quandoq; verò & vulneri olei cuiuſpiã parũ illinimus, quo nimirum cicatrice tardius obducatur,humoresque in venis relicti liberius expirent,& mali fumi diſcutiãtur.

SECVNDVM, potus: & præcipuè quidem vini. Hoc.n.cùm in ipsa sectione, si syncope obuenerit, tum post eam etiã ad boni sanguinis generationem, spirituumq; recuperationẽ cõuenientissime exhibetur. Supra cap 8. & 10.

TERTIVM, lauacrũ.i.balneũ, quo certe per biduũ aut triduũ ante & post sanguinis missionẽ vti conceditur, nequaq̃ verò eodẽ die. Ante quidẽ in illis, quos crassorũ humorũ copia aggrauari suspicio est hos.n.balneũ incidit, mobilesq; facit, ob eandẽ ẽt caussam paululũ dimoueri ante phlebotomiã cõuenit, & assumere nonnihil syrupi acetosi. Eodẽ quoq; tpe mẽbrũ incidẽdę venæ fricandũ est vt humores è propinquis venis ad locũ sectioni destinatũ alliciãtur, & ad exitũ properent. Post verò emissionẽ sanguinis valet ad humorũ vaporũq; reliquias discutiẽdas. Verùm eo supersedere in ipso die oportet: cutem.n.nimis reddit mollem quo fit vt plagæ facillimè cedat, q; nõ est citra periculum.

Quartum, faciç, hoc est, ligaturç, ex pannis.s.lineis, easq; tam ante, q̃ post venę sectionem administrari oportet. Ante quidẽ & vt inde venæ incrassescant, conspicuæq; magis fiant, & humores ad constitutũ incisioni locũ facilius prolectentur. Post verò, ad sistendum reprimendumque fluxum.

Quintum, motio siue inambulatio, moderata nimirum ac tranquilla: eaq; & ante, & post venę incisionē vti conuenit: ante quidē, vt humores dissoluātur, extenuenturq;: post verò ad dissipandas humorē reliquias. Ea hodie apud vulgū inualuit cōsuetudo, vt venę ieiuno ferè ac vacuo incidant stomacho: sed hoc ipsum doctorib. quibusdā minus probatur, vt quib. cōducibilius esse videat, vt ouum molliculū siue sorbile, cū haustulo vini prius exhibeatur, idq; circiter horā nonā, vel decimā ante meridiē; ac cōfestim deinde vena incidatur: Natura enim stomacho existente vacuo, ne alimento destituatur sanguinē ptinacissimè retinet. Contrà verò, pauculo, eoq; exigua molle plurimū nutriente, cuiusmodi vinum & oua sorbilia, cumprimis habentur, ingesto cibo, eundem facillimè exire patitur.

Porro qđ ad diei, in quo fit venæ sectio, tps attinet, sciendū sanguini mittendo conuenire maximè tps matutinū, sic tñ vt nō protinus excitis ė somno, sed horā vnā antea vigilantib. vna fecetur. Quibusdā ėt postea q̄ rerū soliturū qdpiam obierūt, siue ludo literario, siue in officinis, siue in foro siue in ędibus, sanguinem auferre expedit. Aegris aūt nullum est venę sectionis prescriptū tps q̄obrem nec per noctē sanguinem mittere ijs, si

 morbus

morbus sic expetat verearis. Sic Galen. in lib. de curan. rat. per sang. miss. c. 11. & 20. & in presagio experiantia comprobato cap. 4.

ANNOTATIVNCVLA.

Vt vocem phlebotomiam versus ferant, geminato vbique bb. phlebotomiam in hoc opere legere oportet.

¶ *De quibusdam phlebotomiæ effectibus.* Cap. XCVII.

Exhilarat tristes iratos placat amantes.

Ne sint amantes, phlebotomia facit.

Hic tres phlebotomiæ referuntur effectus.

PRIMVS, quòd contristatos exhilaret, ac lætos reddat.

SECVNDVS, quod animos iratorum placet, recōciliet'q;. Ac vtriusq; quidem causa est, quod hæc maximè fiat, cū sanguini admiscet multū flauæ bilis, illa verò cùm multum melancholiæ: sed horum humorum vterq; vna cum sanguine per phlebotomiam educitur: ergo &c.

TERTIVS, quod precaueat, ne amantes ob rabidos quosdam appetitus ad insaniam adigantur humores enim à capite ad partes subiectas reuellens expellit.

Ob

Ob quinq; porrò causas venæ sectio adhiberi solet. Quarum vna tm̄ directa est, reliquæ verò omnes indirectæ.

Directa sanè adhibet sanguinis vacuandi causa: sed cùm is vtilis sit naturę, probè hanc administrari conuenit, sic vt ꝗ inutile naturæ sit emittat. Fit aūt sanguis naturæ inutilis bifariā, vel cùm propriā qualitatē ad vnguē non seruat, nec amplius nutrire sicut prius, cū vtilis esset pōt vel ita multitudine creuit, vt aut vires premat, aut tū venas, tū arterias, vel distēdat, vel findat, vel obstruat. Ac in his quidē missio sanguinis vtilis est, ceu vacuantiū pręsidiorū vna. Differenter tm̄ adhibenda est: siquidē in sanguinis multitudine copiose detrahere, in reliquis verò pauca vacuatione vti oportet: Hinc est quod lib. 9. c. 10 meth. meden. Galenus in eū propè modū scriptum reliquerit: Si sanguis vitiosus in corpore fuerit, paulatim qđ vitiosum est vacuare oportet, & paulatim inuicē qđ salubre est, ꝓ eo reponere. Vocāt medici eiusmodi vitiosi succi curationē. Grecè ἐπίκρασιν. Cui scribit Alexander etiam Trallianus lib. 9. cap. 2. iis verbis: At hoc non vna vice faciendum est, ne vires deficiantur. Etenim quamuis id quod vacuatur, recrementitiū est, tamē vniuersa ac subita mutatione magis offendit. Satius igitur est paulatim & tutò

euacuare, q̃ festinãdo perturbandoque vnà cũ morbo ē ægrũ è medio tollere. Atq; hinc certè liquet,q̃ peruerse phlebotomia abutantur q vitiosum sanguinē studiose auferũt,tã diu, dũ bonus effluere cœperit:cùm vniuersus fortè sanguis citius erupturus,sit, q̃ bonus appareat.Paucã igitur esse decet,&,vt Gale. præcipit,in eiusmodi casibus ante venæ incisionē ἐπικρέσει vtendũ est, hoc est, cibus exhibendus est probũ generãs sanguinē: quo nimirũ in vitiosi locũ bonus succedat:ac paulò post sanguis extrahendus est modicus. Et quidē directa dicitũ phlebotomia:q, p se fiat, ad euacuationē illius,qđ per se venę sectione euacuari dēt,nēpè ad multitudinis humorũ,siue sanguinis euacuationē: principaliter tñ,secundũ qđ cũ eo sunt alij humores.

Reliquę.4 dicuntur indirectę, & administrantur vt humorum vehemētiorem impetum ad diuersam reuocēt partem, vel ad latera deriuent.

PRIMA adhibetur ob magnitudinē morbi,siue vehementiorē apostematis cuiuspiã inflãmationem.Nam in apostemate vehemētis inflãmatiõis,in febribus,& doloribus maximis,nõ inuenitũ excellentius remedium,quàm sectio venę teste Galeno lib.1.apho.comment.23.

Secunda, vt materia alliciatur ad locum, per quem euacuanda est: vnde in

mensium

mensium atque hemorrhoiδωn sup-
pressione saphena aperienda est, quemadmodũ in libro de curan. rat. per sang. missio capit. 9. in hunc scribens modum Galenus testatur: Plenitudines à suppressis mensibus ortas omnino per crura euacuabis, siue venã secare oporteat, siue sacrificare. Sectæ. n. in cubito venæ mulierũ reuellere purgatione assolét.

TERTIA, vt humores deriuetur ad partem appositam loco, ad quem sua sponte rapiuntur: & hoc quidem vt materia è membro, in quod confertim ingruit, auocetur reuellaturque & propterea in immoderatiore mensium fluxu secamũs basilicam.i.interiorem cubiti venam, quæ hepatites etiam vocatur, & reuulsa materia ad locum oppositum à fluxu suo diuertatur.

QVARTA, vt portiuncula materię quapiam per venæ incisionem euacuata, natura residuum euincere valeat. Atque ita tandẽ venã incidere conuenit, vbi repletio in corpore fuerit, ne generetur apostema, virtus scilicet imbecilliore existente, quàm vt vniuersam illam humorum redundantium simul moderetur ac regat. Ideo portiunculam eius emittimus, ne ob naturę impotentiam imbecillitatemq; in debiliores partes ingruens, inibi abscessus, aut tumores præter naturam excitet.

De Scissuræ quantitate. Cap. XCVIII.

FAc plagam largam mediocriter, vt cito fumus
Exeat, vberius liberiusq; cruor.

Hic vnicum habetur præceptum de fissurę quantitate in venę sectione, nempè vt ea mediocriter sit ampla: quo nimirum crassior sanguis ac fumi liberius exeant. Fissura.n. stricta existente tenuior sanguis dũtaxat effluit, crasso intus remanẽte. Vbi hoc quoq; sciendũ, q in venę sectione aliquando amplũ, nonnunq̃ verò arctũ infligere vulnus oporteat. Et amplũ q̃dem tribus maximè de causis. Primò cũ humores sunt crassi, & crassior sanguis educendũ est: vt facilius exire queat. Hinc melancholicis ẽt amplũ infligendũ est. Secũdo, ob tpis ac regionis frigiditatẽ, per eam.n. humores crassescunt: quare per hyemẽ, sic necessitate iubente, amplo potius vtendũ est vulnere. Tertiò, ob redundantiam humorum: qui melius certè amplo quam arcto euacuantur vulnere. Contra verò arctum vulnus magis conuenit, cùm virtus imbecilla est: ne scilicet immodicè spiritus excernantur, & calor innatus extra modum debilitetur. Eadem habenda est ratio in calido tempore, & cum sanguis subtilis ac tenuis euacuatur.

Quæ in venę sectione consideranda.

Caput XCIX.

SAnguine subtracto, sex hortis est viglandum,
Ne somni fumus lædat sensibile corpus.
Ne neruum lædas, non sit tibi plaga profunda.
Sanguine purgatus nec carpas protinus escas.

Tria in venę sectione consideranda esse, hoc in loco traditur.

PRIMVM, vt is, cui vena secta est, non dormiat illicò post phlebotomiam nisi sex adminus horæ præterierint: ne fumi scilicet, quos somnos efficit, sursùm ad caput euecti, cerebrum offen dant. Possunt tamen & alię adsignari causæ. Ac prima quidem, ne æger vertendo sese inter dormiendũ supra mem brum voluatur, in quo vena secta est, itaq; læsionem percipiat. Secunda, ne inter dormiendũ humores transfluant in partem ex scalpelli ictu dolenté, inibiq; apostema generent. Siquidem partes dolentes, vt capite 95. artis medicinalis, & in libro de curan. ratio. per sang. miss. cap. 7. Galen. asserit, natura solent fluxioné suscipere: & præcipuè quidem in somno. Auicenna verò hanc *Somnus.*

adfert

adfert causam, nempè q; ex dormitione phlebotomiæ propinqua, plerunq; accidat in mēbris confractio. Dū.n. huc & illuc inordinato atq; inopinato voluunt, reuoluunturq; motu, fasciæ dissoluunt, quo fit, vt recte, & adhuc à recenti sectione hiantes plagæ immodicam nonnunq̃ sanguinis vim inscientibus effundant: q; q̃ fit vitæ discrimini cōiunctū, nemo est qui ignorat. Adhęc fumida quoq; excrementa per somnum intrò rursum ad principalia reuocātur membra, Quinetiam spiritus, sanguis, & calor venæ sectione ad exteriora pletati, somno ad centrum retrahuntur atq; ita certè haud rarò, cū ob venę sectionē excitatam cōmotionē, tū somni quoq; retractionem, ebullitio in humorib. cōtingit, ac inde febris tandē accenditur. Satis igitur liquet, confestim à venæ sectione non esse dormiendū, prędsertim si inter ea nihil dū cibi ingestū fuerit: q; si verò à cibi sumptione in vnā atq; alteram horā, imo & in plusculas (si ita patitur animus) somno indulgeatur, nihil, aut parum admodū offendit. Siquidem exagitatio humorum tanto tpis spacio ad plenum contrahi sedariq; pōt. Satis aūt fuerit à somno abstinere aut certè, si qua necessitas dormire oīno cogat, q̃ breuissimo vti somno, adhibita semper cautione quadā, ne discinctę fasciæ ęgro

tantes in vitæ discrimen adducant. Nõnulli hanc quoq; adsignãt causam, nẽpe q materia per somnum crassescat, confractioq; in membris eueniat, perinde atq; in quartanæ typo ob materiæ crassitiem frigiditatemq; solet. Tum nerui præterea atque lacerti frigidi sunt: fumus igitur ad ipsos perlatus in somno, in quo calor naturalis totus in profundum corporis retrahitur, crassescit simul & refrigeratur, qui sic refrigeratus & crassior effectus, frigiditatem quoq; & crassitiem, siue confractionem cum membris communicat. Simile nanq; à simili facile afficitur. Et hęc quidem de somno phlebotomię propinquo, & non de remotiore intelligenda veniunt.

SECVNDVM, ne venæ sector profundam nimis incutiat plagã, ita vt scalpello neruũ, aut arteriã venæ iunctã attingat. Nerui.n. punctura ob sentiendi pręstantiam, ob idq; quod cum principio pars hæc continuitatẽ habet, promptè dolorem accersit, quẽ necessario comitatur humorum defluxio, hanc excipit phlegmone, quã ex necessitate deinde, nõ solius quidem pũcti nerui, sed totius instrumenti cõsequitur conclusio; & inde acerbissima tandẽ mors, vel ad minus mẽbri, vtpote brãchij, aut digiti, &c. amissio. Quod Cornelius Celsus li. 2. c. 10. ijs ẽt verbis significare voluit.

Iuncta

Iuncta est, inquies, vena arterijs his nerui. Ita si neruũ scalpellus attigit, sequitẽ neruorũ distentio, ea q̃ hoĩem crudeliter consumit. Lege Galenum c. 92. artis med. & lib. 1. c. 2. de motu musculorum, & lib. 6. c. 2. metho. medendi. Porrò ex arteriæ punctura fluxus sequitur sanguinis arterialis difficillimæ curationis.

TERTIVM, ne is, cui vena secta est protinus à missione sanguinis cibum sumat, sed expectet dum humorũ exagitatio sedetur, ne cibus nondum concoctus ad subueniendum membro leso cũ sanguine simul attrahatur. De hoc Galen. lib. 4. cap. 20. de sanit. tuenda.

¶ *Quæ post Phlebotomiam vitanda. Cap. C.*

Omnia de lacte vitabis rite minutus.
Et vitet potum phlebotomatus homo.
Frigida vitabit, quia sunt inimica minutis,
Interdictus eritq; minutis nubilus aer.
Spiritus exultatque minutis luce per auras,
Omnibus apta quies, & motus sæpè nociuus.

Hic

Hic quinq; ab incisa modò vena cauenda esse præcipitur.

PRIMVM, Lac & lactucinia oïa. Siquidem ex humorib. venæ sectione agitatis ac cōmotis sæpè in ventriculū nō-nihil transfluit. Lac igitur quod per se alioqui corruptioni obnoxiū est, sumptū, dictisq; humorib. admissum; facillimè oïno & corrumpitur, & dulcedinis rōne in concoctum ac crudum ab inanitis venis attrahitur, Suprà c.7. *Lacticinia.*

SECVNDVM, Potus: quippe qui & ipse pari modo incōcoctus facilè ab iisdem abripiatur. Suprà c.95. *Potus.*

TERTIVM, frigida oïa, tam intrò sumenda, q̄ foris admouenda. Eiusmodi aūt cùmprimis sunt, alimenta frigidiora, potus frigidus, balnea frigida, ambientis nos aeris frigiditas, vestiū exilitas, super petram nuda sessio, capitis ac pedū frigiditas. Hinc.n. corpus, calore nimirū inato, plus satis iā venę sectiōe im minuto, pter modum refrigeraretur. *Frigida.*

QVARTVM, ne iis, cui vena secta est, versetur siue ambulet in aere turbido ac nebuloso. Hic.n. est qui, vt suprà c.14. ostēdimus, sanguinem melancholicum efficiens, animā contristat. Sed versetur potius incedatq; in aere lucido, claro, atq; sereno. Inde.n. spūs recreantur oēs, & iucundissima quadā voluptate distracti ad similem protenditur. *Nebula.*

Quin-

Quies. QVINTVM, vt idem téperatã ãm-plectatur quietem, motionemq; vitet. Hec.n. homores venæ sectione agitatos, magis adhuc cõmouet, & vires vsquequaq; debilitat: illa verò commotionem contrahit ac sedat.

Sunt qui tradent, cauendum ẽe esse à salitorum piscium vsu postquã vena alicui incisa est: ἀλφοῦς τε γὰρ πολλάκις καὶ ψώρας ἀπογεννῶσιν, id est, vitiligines enim & scabiẽ sæpènumerò gignũt. Simeon Sethi in Synt. de piscibus.

¶*Quibus morbis & ætatibus phlebotomiæ conueniat, & quãtum sanguinis quoq; tempore detrahendum.* C. CI.

PRincipio minuas in acutis, perper acutis,
Aetatis mediæ multum de sanguine tolle.
Sit puer atq; senex tollet vterq; parum,
Ver tollat duplum, reliquum tempus tibi simplum.

Quatuor phlebotomiæ præcepta hoc loco traduntur.

PRIMVM, vt in principio acutorũ & peracetorum mẽbrorum vena incidatur: pro cuius pleniore intelligentia, sciendum initiò, peracutum morbũ esse dupli-

duplicē. Exquisite peracutū, qui vltra quartum non producitur diem. Hunc recentiores Medici, barbaram sectātes medicinam, perperacutum vocare solent. Non exquisitè peracutū, cuius vigor in septimo futurus est. Hi itaq; morbi cùm breues sint, ac statim summos.i. maximos obtineant labores, neq; inducias concedant, illicò per initia curandi sunt. Iidem porrò, q' à calidis magna ex parte humoribus sanguine nimirum & flaua bile nascantur, venę sectionem potissimū expostunt. Hinc non temerè Hippocrates lib.4. de vict. rat. in morb. acut. aphor. 19. ita scriptum reliquit: In acutis morbis sanguinē detrahes, si vehemēs morb. videatur floruerit q; ęgrotanti ætas, & viriū adfuerit robur.

SECVNDVM, quod in ętate media, siue florēti, ab anno nimirū. 30. ad. 45. vel. 50. copiosius, q̃ in alijs, sanguis detrahēdus sit. Etenim hic corpus solidū esse incipit, quod nequaquā tm̄ sanguinis, quantū solebat, in se traducit, sed plus solito in venis reliquit. Quo fit, vt eius subtractio incrementum non impediat, neq; virium robur dissoluat. Corpus nanq; in ea ętate neq; augeri sensibiliter, nec iminui, sed veluti stare vr.

TERTIVM, quod senibus ac pueris parum sanguinis detrahēdum sit, vt per pueros intelligamus ét eos, qui puberta

tis,hoc est, 14. ętatis annū excesserunt. Nā vsq; ad pubertatis initium,totta illa ætas pueritię mollis est, & tenerior, q̃ quę phlebotomiā toleret: qm̄ licet concoctio & nutricatio in iis liberalis, tn̄ spiritus & sanguis modicus, vtpote, qui continuè, atq; affatim in corpus transsumitur, neq; natura citra inopiam illius vacuationem sustinere pōt. Nā esto, q natura nostra in solidis habitet,tn̄ ad immodicam oēm euacuationē labefactatur,aut interit. Pubertas ergo primum sanguinis missionem tolerat. Hic igitur pro mutatione naturæ sanguinē mittere licebit, neque tamen id facere decet affatim, sed admodum breuiter. Porrò per senes eos inaudire oportet,q adhuc in prima atq; scd'a senectute cōsistūt. In his.n.audacia mittēdi sanguinis paulatim descrescit,adeo vt in decrepitis,hoc est,post 79. annū ob virtutis ībecillitatē vix liceat. Plura Gal.i 4. lib. Hipp. de vict.ra. in mor. ac.cō.1 9.& ibi dē et Hieremias Thriuerus Brachel.

QVARTVM, quod dupla sanguinis portio, respectu nimirūm reliquorum, tēporum vere detrahēda sit. Tunc.n.sanguinem maximè crescere in corporibus nostris,apud oēs medicę scriptores in cōfesso est. Cæterūm quod ad primū pręceptum attinet, regulę nonnullę circa sanguinis missionem obseruandæ sunt.

Ac

Ac prima quidem, vt ab initio morbi nō fiat phlebotomia. Medicus.n.vt c. 87.artis medic. & cōm. 22.lib.4.aphor. Gal.adserit, naturę minister est. Sed natura ipsa nunquam in morbi principio, dum crudi adhuc sunt humores, vllā vacuationem instituit. Ergo nec medicus ipse in principio morbi dum adhuc oīa cruda sunt, vacuationē vllā molire debet. Cruda.n.cùm vacuationi non obediant, grauia ac de causa symptomata excitant: Galenus cōm.22.lib.1.apho.

Fallit tamen hæc regula in tribus casibus: Primo, qñ noxij humores turgēt, hoc est, suā sponte concitati ad excretionem nos adducunt: tum.n.in principio etiam morbi nondum coctis humoribus vacuare, licet, nc scilicet humores parum stabiles, & ab vna parte ad aliā sine ordine moti, ad principem aliquam partem decumbant: Raro autē accidit, vt humores mobiles ab vna parte ad aliam transfluant, sed plerunque sunt in parte aliqua firmi ac fixi: ideoq; nō est in principijs morborū vacuandum, nisi rarissimè, hoc est, qñ humores turgent. Hinc nō temerè, 4.1.c.20. & 22.3.trac. 2.c 7.ab Auicen.præcipitur, vt in principijs morborū venę incisio penitus demittatur, vt quæ superfluitates extenuet, vt per corpus fluant, ac sano sanguini permisceant: nō extrahat tamen quod ex-

trahi necesse erat; quo fit, vt post tpis interuallum phlebotomiam repetere oporteat, interim eodem die interim postridiæ. Atque hinc profectò vires nimium debilitantur.

Secundò in materiæ multitudine: Hic.n.circa principia qnq;, queadmodũ cõm.29.lib.2. aph.Gal.testat, venę sectionem, nonnunq̃ verò & purgationem adhibere oportet, quo minorem iã factã materiam natura possit cõcoquere.

Tertiò, in morbi magnitudine ac vehementia, vt in magno vehemẽtissimoq; doloris apostemate licet nõ sit multa in corpore materia, s.antecedens. Nã repellendus humor est ne apostema citius, q̃ par est, crepet, aut aperiatur. Venæ igit sectio, vt magna hæc praua symptomata euitentur, circa initia statim adhibẽda est. Quod Gal.lib.13.c.20. metho.meden. iis innuere verbis voluit, inquiens. Itaq; incidenda in talibus affectib. vena statim ab initio, si modò tam valens virtus sit, vt sine noxa missionẽ sanguinis toleret, ac nihil prohibeat eorum, quę desecãda vena retulimus, sicuti vel crudi humores copia vel puerilis ętas, vel anni tps, vel regio, in qua sit extremus calor, aut frigus. Non solùm aũt in morbis acutis, atq; adeò inflãmation.b. vehemẽtiã in vulneribus & contusionibus particularum, præsert. m nobilium, san-

guis ex opposita parte mittendus est, vt inflammatio prohibeatur, etiam si sanguis modicus fuerit.

SECVNDA, ne fiat phlebotomia in die motus ægritudinis, velut in crisi: vt in qua neq; venę sectio, neq; aliqua alia vacuatio tentāda sit: ne materia, si diuertatur à loco, ad quē naturā ipsam, vt excernatur, pellit. Pari modo nec in ipso paroxysmo tale quippiā tentandū est: recteq; cōm. 29. lib. 2. aph. Gale. præcipit, vt morbo iā consistente, neq; venę sectio, neq; purgatio adhibeatur, quod coctiones morborū, tunc maximè fiant, quę melius in quiete, q̃ motu perficiuntur. Cęterum sicut se habet status ad integrū morbū, & ita & paroxysmus respectu dierū ἀπυρεξίας, id est, intermissionis: quēadmodum igitur in statu nō est vacuandū, ita nec in paroxysmo.

TERTIA, ne phlebotomia circa initia statim morborū fiat, qn̄ crisis adhuc remota est. Sanguis.n. in siti caloris fundamentum est, ipsum nimirū sustinēs, licet cor generet & spiritus deferat, sed sanguis est fundamētum eius ex ipso.n. vt materia natiuus calor gignit, per sanguinis igitur subtractionem calor, qui coquere materiam morbi debebat, vacuatur: quo fit, vt morb. in longū protrahat, viriūq; robur deiiciat, vt timendū sit, ne ob morbi diuturnitatē, ac

viium

virium imbecillitatē natura succūbat.

QVARTA, ne in corpore, cui stercus multum inter intestina cohibetur, phlebotomia adhibeatur. Tria.n.sunt, velut supra .cap.95. ostendimus, attrahētia loca, f.inanita membrorū caliditas, ac totius corporis habitus. Venę igiř sanguinis missione exhauctę è mēbris rursum propinquis attrahunt, quemadmodū & Meseraicæ è ventriculo: quo fit, vt aluus magis cohibeatur, & materia in venis contenta corrūpatur. Meseraicę enim humiditatē è stercore penitus exugentes ipsum exiccant. Proinde molli clystere, aut subiecta glande, ęger prius vacuādus est, ne venę putridam quampiam superfluitatum essentiam ab intestinis venentur attrahantq;. Gal. in prę sagio experientia confirmato cap. 5.

QVINTA, ne frequēs ac multa phlebotomia fiat: hinc.n circa senium multi ac mali generantur morbi, sicut est epiplepsia, apoplexia, & paralysis: siquidē ob sanguinis & caloris imminutionē multæ generantur phlegmaticę superfluitates, quæ dictas tandem ægritudines excitant. Hinc non temerè vulgo dici solet: Qui in iuuentute phlebotomiā exercent, hoc est, sanguinis misione citra necessitatem sępius vtuntur, senectutem deflebunt.

SEXTA, ne venę sectio adhibeatur,

mulie-

mulieri,cui menses fluunt, aut vterũ ge renti. Vterũ grenti quidẽ ne abortiat: Calor.n.cibũ cõcoquẽs venę sectione diminuit, & alimentũ fœtui subtrahit, & maximè quidẽ si is auctior fuerit. Nam fœtus ex mensibus nutrit, cùm aũt non inueniat vñ nutriat, fame conficitur, & mouetur,& dissoluit,exciditq́; ex naturalibus vinculis magis aũt hoc cõtingit, si maior sit fœtus, nam maiori indiget alimento. Non inuenit aut ipso sanguine misso. Plura de hoc Leonhartus Fuchsius.cómen.31.lib.5.aph. Hippo. Cui verò mẽses fluũt, naturaliter,s.& secundùm reuolutionem mensis vena secãda nõ est,nisi in immoderatiore fluxu,nempè ad reuellandam materiam. Sed quando naturaliter & secundum debitum naturę cursum erumpunt, naturę res omnis permittenda est. Suprà capite.95.

SEPTIMA, ne phlebotomia fiat post immodicam ventriculi perturbationem infrà & suprà factam, quam χολέραν Gręci, Latini choleram etiam appellant, barbaram senectantes medicinam, Cholericam & cholericam passionem nominant. Cùm enim venę sectione humores commoueantur, timendum ne per hoc biliosus humor in ventriculum trasfluens, ipsum inflammet. Plura suprà circa finem capitis.95.

Postremò videndū ēt est, quib. hominib. phlebotomia cōueniat. Cui sanè rei regulę ēt nonnullę ponendę sunt.

Ac prima quidē, ꝙ hominibus delicatis, ociosis, desidiosam vitā agentib. valdè corpulentis, & multū nutriente cibo vtentibus, potissimum conueniat.

Secunda, quòd illis etiā, qui sanguine abundant. Quod quidem per vrinę crassitiem cognoscitur: abundantia enim sanguinis eam efficit crassam, flauę verò bilis tenuem.

Tertia, quod ijs quoq; ex vsu sit qui melancholico abundant succo: vnde multa melancholia naturali cū sanguine per corpus discurrente, ꝙ ab ea sanguis in hepate ad amussim non deputetur, purgationē antecedere debet phlebotomia, sequi verò purgatio. Duplex porro melācholia est naturalis scilicet, & nō naturalis. Qñ naturalis abundat, cum sanguine simul discurrit, quare ad eius euacuationem, primum quidem venę sęctio adhibenda est: ab eodem enim calore temperata nimirum, sanguis & melancholia generantur: deinde vero post temporis aliquod interuallū, nempe post concoctionem, purgatio phlebotomiæ succedet.

Qvarta, quod illis cùm primis etiam cōferat, in quibus periculum est, ne ob humoris redundantiā in corpore

accidat calfactio, ebullitio, & conturbatio. Nonnulli tñ per hãc regulã sępenumero fallunt. Qñ.n. calfactionem aliquam percipiunt, humorum ebullitionem adesse suspicati, venę sectione statim vtuntur, cũ ex flauæ bilis feruore & incensione hoc interim accidere etiam possit. In qua sanè tñ abest, vt calfactio & ebullitio per venæ incisionẽ cohibeatur, vt magis ẽt incitentur & augescant. Phlebotomia.n. humores cõmouet, vt maiore deinceps impetu per corpus discurrant. In tali igit̃ casu phlebotomia vtendũ non est, nisi sit ex humorũ redundantia: quod quidẽ ex sudoris multitudine dignoscit̃, & precipuè cum is matutino tpe aboritur. Aliqui enim non sudãt, nisi cùm euacuatione opus habent.

Qvinta, quòd venę sectio illis potissimũ adhibẽda sit quibus vires adhuc firmę sunt, quiq; sanguineæ & non frigidę ac siccę sunt temperaturę. Hinc Rhazes lib. 7. ad. Almanso. cap. 21. Corpora, inquit, quę venas habẽt amplas & conspicuas quæq; hirsuta sunt, & color inter rubrum fuscumque medio adolescentium nimirum, iuuenum, & senum & nondũ decrepitorũ phlebotomię prę sidia magis tollerare possunt. Pueris verò & infirmis vena secanda non est, nisi maxima incumbente necessitate.

¶ Quæ membra, quoque tempore venę sectione vacuanda. Cap. CII.

VEr Aestas dextras Autumnus
Hyemesque sinistras.
Quatuor hęc membra, hæpar,
pes, cepha, cor, euacuanda.
Aestas hepar habet, ver, cor, sicq;
ordo sequetur.

Hic ostendit, quę mēbra, quoq; tempora per phlebotomiam sint vacuanda.

Ac primo quidem dicitur, vere & ęstate venas dextrę partis esse secandas: dextræ, scilicet manus, brachij, vel pedis. Sed autumno ac hyeme sinistras: sinistræ nimirum manus, brachij vel pedis. Vere enim crescit atque augetur in corpore sanguis, æstate vero flaua bilis: quod fit vt in vere ac æstate vacuandæ sint venę quæ sanguine & flaua bile magis abundāt tales aūt cùm primis sunt venæ dextrę. Siquidē in dextra corporis parte sitū est mēbrū sanguificationis, nēpe hepar, & χολοδόχος, i. follicu lus flauę bilis. In Autumno verò humor generatur melancholicus, qui aceruatur etiam, nec dissoluiť per hyeme: vnde autūno & hyeme illę venę potissimum secandę sunt, in quibus melancholia magis dominatur, suntque venæ sinistrę.

Nam

Nam in sinistra corporis parte situs est lien, receptaculum melancholiæ.

SECVNDO deinde loco tradit quatuor hęc mēbra, nēpe κεφαλὴν.i.caput, cor, pedē, & hępar, vacuanda esse iuxta quatuor anni tpa. Cor qdē vere, hepar ęstate, caput hyeme, & pedes autumno.

De commodis ex sectione Saluatellæ. Cap. CIII.

EX saluatella tibi plurima dona minuta.
Splenem, hæpar, pectus, vocem, præcordia purgat.
Innaturalem tollit de corde dolorem.

Sex commoda hoc loco recensentur sectionis venę, q̃ saluatellā vulgo vocāt. Ea inter digitū medicū & medium frequenter admodū & sæpissimè inciditur. Alius incisionis eius locus est, vt vulgus æstumat, inter medicū, & auricularem.

AC primum quidem eius commodum, quod lienē expurget.

SECVNDVM, q̄ iecur emundet.

TERTIVM, quod pectus purificet.

QVARTVM, quod vocis auferat incommoda.

QVINTVM, quod à nocumento tueatur, ac cōserue: pręcordiæ quo no-

mine os vẽtriculi, mẽbra ſpũs;& q̃cunq; cordi vicina, hic intelligenda ſunt.

SEXTVM, quod nõ naturalẽ cordis dolorem tollat: ac ratio quidem omnium eſt, quod huius venę ſectio, vt latius paulò poſt declarabitur, ab omnibus illis locis ſanguinem educat.

Pro pleniore autem huius rei intelligentia, primò quidẽ ſciendũ eſt, aperiri nonnunq̃ venas, nonnunquã verò arterias. Verùm propter difficilem fluxus arterię cõpreſſionẽ, arteria, medici incidere metuunt, q̃ppe cũ ſi quis in ſecũda fortè vena arteriam vulnerarit, ægrè ſtatim ſanguinis eruptionẽ cõpeſcat, ac vbi res optimè cadat, ad cicatricẽ perducta diuiſione, tñ ἀνεύρισμα, hoc eſt, arteriæ inciſæ dilatatio exiſtat, teſte Galeno in lib. de curat. per ſang. miſsi. ca. 21. & 22. Difficilis porrò eſt fluxus arteriæ cõpreſſio, partim q̃dem ab arterialis ſanguinis feruorẽ. Hic. n. prõptiſſimè mouetur, arteriãq; dilatãdo aperit: quare ſanguinis eiaculationę in arterię inciſione admodũ iuuat. Partim verò, q̃d motus arteriarũ, vt lib. 2. c. 20. de ſanit. tuen. Galen. atteſtatur, nunquam intermittatur, quo fit vt ipſarũ vulnera tardius etiã curentur. cùm vtriq; quietem requirant ea; quæ ſananda ſunt. Galen. lib. 5. cap. 8. meth. med. & cõm. 6. lib. 6. aph. Prodeſt autẽ arterię inciſio, quando

do corpus redundat ſanguine tenuiore, aut flatuoſo, aut feruidiſſimo. Sedes.n. ſanguinis ſubtilis ac tenuis, vnde calor naturalis & ſpiritus procreantur, & itē flatuoſi, in arterijs eſt. Quin feruidiſsimus etiā ſanguis qui à calidiſsimo mēbro, corde.ſ. perficitur, inq; ſingula corporis mēbra digeritur, in arterijs continetur. Craſsioris verò, quo mēbra nutriuntur, receptaculum in venis eſt. Sanè verò quæ Galeno occaſio extiterit ſecandæ arteriç, ipſe cap. 22. de curandi rat. per ſang. miſſ. edißerit. Monitus, inquit, per quædā inſomnia, quorum duo perſpicuè mihi viſa ſunt accesſi ad dexteræ manus arteriam inter indicem ac pollicem ſitam, ſiuiq; fluere donec ſpōte ſanguis reſiſteret: nam ita ſomnium prçceperat. Effluxit autē nō tota libra. Subitò itaq; diuturnus extinctus dolor eſt, in illa maximè parte fixus, qua iecur ſepto tranſuerſo cōmittitur. Mihi.q. dem hoc çtate iuuenili euenit. Ad miniſter Dei Pergami diutinò lateris cruciatu laborans, liberatus eſt arteria in ſumma manu inciſa, aggreſſus & ipſe illud inſomnij monitu.

Secūdo verò loco ſciendū, qđ venç ſectio multis admodū mēbris adhiberi ſoleat. Aliqñ qdē brachio, ſiue manui magnç, nonnunq̄ paruç, qñq; pedi, interdū naſo, aliqñ fronti, nōnunquā labijs, qñq;

nie, maniæ & similibus. Galenus capite decimosexto, de curan. ratio. per sangui. missio.

Basilica à partibus statim euacuat, quæ infra ceruicem sunt, verbi gratia, à lateribus, pulmone, corde, iecore, liene, aut ventriculo. *Basilica.*

Communis situ & compositione inter duas iam dictas media est. Nam ea ex fissione vtriusque oritur. Est etiam in vacuãdo media vndiq;.n. vacuat, ab inferioríb. nimirũ partib. infra ceruicẽ, à collo, & supra collũ. Vñ exquisitissima oĩum humorũ & vniuersalis toti corpori ꝑ huius venæ sectionẽ fit euacutio. Vniuersalis quidẽ, nõ, vt quibusdã placet, quod à corde oriat̃, sed qđ sit ramus cephalicę & basilicæ. Sanguinẽ igit̃ è cephalica detracturus, ea non apparente, mediã potius quàm basilicam secabis. Quod si nec Basilica se ostẽderit, ad mediam potius, quàm ad cephalicam confugies. *Mediana.*

Saluatella siue salubris, Sceilen Auicen. 1.1.do.5.sum.5.c.4. appellat̃, & est vena sub annulari & medio digito exporrecta. Verũ aliàs subinde apud Arabes & Barbaros illã Sceilẽ vocari obseruat̃, q̃ iuxta brachiale ab humerarię ramo axillaris venę ꝓpagine constituit̃, cui eadẽ q̃ axillari medicorũ vulgus nomina imponit, hãc quoque saluatellam & salubrem vocans. Hęc obstructo he- *Saluatellas*

parte in dextra manu, liene verò in sinistra incidi solet. Quare hoc fiat, ratione ostendere non est, sed experientia licet. Porrò manus illius cui hæc vena secatur, in calidam aquam ponenda est, donec locus inflet, & leuiter extumeat, cōspicuusq; fiat: secta aūt iam vena, iterum in aquā ponenda est ideò vt sanguis cito eiaculet, si eius eruptio debilis fuerit sicuti solet in pluribus eorū, quibus per hanc venā sanguis extrahitur, & ne sanguis in ore venę coagulatus illico restringatur. Cùm aūt ex ea, quantū, volueris, emanarit, parū olei ac salis imponendū est, ne iusto citius vulnus cicatrice obducatur. Rhazes lib.7.capit.21.ad Almanso.& Auicenna.4.1.cap.20.

Axillaris. Axillaris ramus est basilicæ, & apparet in curuatura brachij versus inferiora: de hac idē qđ de basilica iudiciū est.

Funis brachij similis est cephalicę: est enim ramus eius. Quanq̃ autem venę sectione, quemadmodum idipsum à Galeno & Auicenna adscritur, vniuersalis è toto corpore fiat euacuatio, non tñ ex omnibus venis æqualiter, sed tātum ex communibus, vt visum est. Licet etiam venæ è toto corpore vacuent, non tamen ęqualis in omnibus est timor. Imò cephalica Rhazę est securior, basilica verò & cardiaca magis timendę quāquam hęc quàm illa minus.

Cephali-

Cephalica omnium minus eſt noxia, nullus neruus, nulla arteria, nullus etiam tendo ſub ea vena procurrens ſectionem impediat.

Cardiacæ ſiue medianæ inciſio admodum difficilis ac periculoſa eſt, propter ſubiacentem neruum, ac tẽdinem: maximè ſi in ipſo brachij ſinu profundius incidatur. Periculũ id ἀνεύρισμα, vt paulò ante dictum eſt, Græci vocant. Nam is eſt præcipuè locus difficilis, qui tamen quotidie adminiſtratur.

Baſilica inter cęteras eius loci periculoſiſſimam habet ſectionem: tum propter arteriam, quæ ſubiacet, tum etiam propter incertum & varium neruorum in ea parte procurſum, qui te dubium & anxium reddunt: pręſertim in interiore brachij plexu, qui minus carnoſus eſt.

Sceilen, ſiue Saluatella, non eſt periculoſa, ſed tamen ſubtilis, vnde conuenit, vt in ſectione eius manus in aqua calida detineatur, quo expeditus erumpat ſanguis.

In pede tres venæ ſunt, iſchiatica ſcilicet, ſaphenã, & vena poplitis, quas incidere conſueuimus ſanguinem deorſum reuulſuri, vt in menſium prouocatione. *Pedis venæ.*

Sed in hoc vena poplitis iuxta Auicennæ ſententiam, efficacior eſt ſaphena, aut iſchiatica: propinquior enim

est vtero, vnde melius ab ipso deorsum trahit.

Saphenę sectio à renibus, ab vtero, testiculis,& virga sanguinem educit.

Ischiatica ab ancha, id est, ischio, siue à coxa, renibus, & membris versus exteriorem partem sitis melius trahit. Iuuamentum sectionis eius magnum est in ischiade, podagra, varice, elephantiasi.

Saphena ab vtero trahit, & membris versus interiorem partem sitis, licet eiusdem venæ sint rami: menses prouocat, & hemorrhoidum orificia aperit.

Front. venæ. In media fronte inter duo supercilia sita est vena, cuius incisio confert grauitati capitis,& pręcipuę illi, quæ est à parte posteriori,& antiquis faciei vitijs nempe morpheæ, impetigini, scabiei,& oculorum affectibus, incisa tamen prius cephalica.

Nasi. Est in naso quoque vena, in cuius incisione collum sudariolo stringere oportet, donec capitis partes intumescãt, & vena conspicua fiat. Idem etiã in sectione venæ frontis faciendum.

Labiorũ. Inter labra item & gingiuas venæ sunt, quæ propter oris, aut gingiuarum abscessus scindi solent, cephalica tamen prius incisa.

In palato venæ sunt quatuor, quarũ incisio cõfert fluxioni rheumatis ad den-

tes, ac in eis dolorem excitantes. Suntque omnes conspicuę, & incidendę potissimum post concoctam materiam.

Sunt quoque venę quędam in angulis oculorum lachrymalibus frontem versus, quæ inciduntur in passionibus oculorum, doloribus capitis, ophthalmia antiqua, & lachrymis, secta prius cephalica. *Oculorũ.*

Prǫterea venæ quę sub lingua conspiciuntur, possunt in multis affectibus incidi, præsertim in angina, secta tamen prius cephalica. *Linguæ.*

Quinetiam in temporibus iuxta aures venę sunt, quę inciduntur propter vertiginem, hemicradiam, vehementem capitis dolorem, & ęgritudinem diuturnam, sed hęc incisio, vt in lib. de genitu. & in lib. de aëre, aquis, & locis Hippocrates autor est, hominem reddit sterilem. Quibuscunque, inquit, iuxta aures venæ sectæ sunt, hi coëunt quidem, & genituram emittunt, verùm modicam, & debilem, ac infœcundam. Nam plurima geniture pars à capite iuxta aures in spinalem medullam procedit. Ipse autem genituræ meatus, cicatrice sectioni inducta, obstruitur. Et proceres Scytharum, incisis iuxta aures venis, sterilescere affirmat. Auicenna eas iuueniles vocat. *Temporum.*

In collo etiam venę sunt quas Græci

ci σφαγιτίδας, Latini iugulares, id est, venas faucium & gutturis, Arabes Guidex, Barbari Subeticas, Apoplecticas, & somni venas appellant, quòd pressæ ligatę, & complicatæ, afferant κάρον, ideſt somnum veternosum, & torporē quendam apoplecticum. Vulgo, *den Iudengrioff* vocare solent. Hę incidun-tur, cum anhelitus in principio leprę maximè constringitur coarctaturq́; & in principio fortis anginæ, in asthmate acuto, in raucedine vocis, in abſceſſu pulmonis, in dyſpnœa, quæ eſt ex multo sanguine calido, & in ægritudinibus splenis ac laterum. Plura in libro anatomię viuorum Galeno adſcripto, capite. 28. & apud Rhezen & Auicennam locis citatis.

DE

DE RATIONE VICTVS SALVTARIS

post incisam venam, & emissum Sanguinem, ad Armatum Epigramma Anastasij.

Venam Armate tibi medici incidere, timenti,
Nescio venturi qualia damna mali.
Nunc quo vita modo fuso peragenda cruore,
Sitq; diæta tibi qualis habenda, rogas.
Illi morborum dicant Armate periti;
Hæc non est nostra falce metenda seges.
Non missum facis, & cupio ex te audire diserti.
Atq; aliquid tua quod Pieris ornet, ais.
Accipi quandoquidem nugas ad seria ducis,
Quæ facias octo versibus, octo dies.
Prima cœna die sit misso sanguine parca,
Lux abeat lætis aucta secunda modis.
Tertia sed placidæ debetur tota quieti:
Quarta & quinta sibi mollius esse volūt.
Balnea sexta petit: mox septima colligit auras,
Fertq; vagos circum rura nemusque pedes,
Octaua amplexus dilectæ coniugis, & quæ
Antè fuit, vitam restituisse solet.

VICTVS ET CVLTVS RATIO, EXPOSITA quatuor in singulos menses versib. Per Ioachimum Camerarium.

IANVARIVS.

Me[illegible] amat tepido Iani decurrere victa,
[illegible] refici grato sæpe liquore iubet.
Vena tibi nullos exulet secta cruores,
Sed calida fas est mergere corpus aquas.

FEBRVARIVS.

Februa olus, volucresq; cibis odere palustres,
Esseq; inertifica febre timenda solent.
Pharmaca tunc hauri, tunc scinde in pollice venam.
Et calido multum flumine membra foue.

MARTIVS.

Martius humores et terræ et corporis auget
Tunc ratio est puri magna tenenda cibi.
Dulcia tum prosunt acri condita sapore,
Pharmaca non prosunt, venam aperire nocet.

APRILIS.

Frigore vim lente reuocat telluri; Aprilis.
Tūc etiam est tenuis perq; foratur cutis.
Tunc intus sunt aucta magis, suntq; omnia plena:
Soluere se venter, vena aperire iubet.
Omnia iam florent, iam formosissimus ancorp[illegible]

 Iamq;

Iamq; sibi cuncti mollius esse volunt.
Balnea nunc cole, nunc sit pharmaca sumere cura,
Et tibi nunc misso sanguine vena fluat.

IVNIVS.

Iunius & gaudet gelidis, & pascitur [illegible] bis
Viuifico humori tunc inimica [illegible]
Letitia & recreet tunc mentem blanda voluptas,
Affligat corpus nec medicina tuum.

IVLIVS.

Aeris ignifluos intendit Iulius estus,
Hoc breuior somno tempore danda quies.
Balnea vitentur, nec venam tangere ferro,
Nec dominæ petulans accubuisse velis.

AVGVSTVS.

Ipse etiam Augustus somnum restringit & escas,
Et Veneris cupidos gaudia fere vetat.
Pharmaca nemo bibat, laceret neque corpora ferro,
Nec gelidas intra delicietur aquas.

SEPTEMBER.

Poma dat & gratos September ab arbore fructus.
Tunc etiam presso pascere lacte capræ.
Pharmaca nil prohibet tunc sumere, scindere venam,
Nec tuus externum vitet [illegible] ibus

O

OCTOBER.

Octobri offertur venatio, vina, volucres
Vtero, nec dubites non tensisse nimium.
Sic tamen vt ne onceres nimio praecordia victu,
Cumq; modo studeas nō tenuisse modum.

NOVEMBER.

Esse salutaris perhibetur mulsa Nouembri,
Zingiber & dulci sit bene melle natans.
Tum neq; saepe laues, Veneris neq; sacra frequentes,
Ante senex tempus ne videare suum.

DECEMBER.

Iusta mense focum calidis vt are Decēbri,
Tunc iaceant mēsis gramina nulla tuis,
Incidas capitis defensi à frigore venam.
Cinnamomiq; tuus fragret odore calix.

LOCI ALIQVOT DE MODERATIONE cibi & potus, item somni & vigiliarum.

1 Modus organorum hortatur ad tēperantiam. Cùm n. immodicè onerantur, non pōt coctio perfici. Et vitia primæ coctionis deinde non possunt corrigi in alijs coctionibus. Quare cibo immodico ingesto, cùm fit malus chylus, ēt postea fit insuaue nutrimentum, & ...us vitiosis humoribus impletur.

2 Tra-

2 Traditur vtilisſima regula. Vitium prioris coctionis nõ põt corrigi in poſteriore. Quare, cũ vẽtriculus nõ facit ſuũ officiũ. nunq̃ fiet ex crudo chylo ſang. bonus. Iõ intẽperãtes, qui nõ cõcedũt otiũ primę coctioni, replẽt corpus vitioſis humoribus, fiunt pallidi, & poſternuntur vires ventriculi ac deinde hepatis.

3 Sæpè citatur dictũ Hippocratis, in quo cõplexus & eſt res vtiles corpori, & earũ modum & ordinem: μόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, πάντα μέτρια. Primũ locũ tribuit labori, qui pp multas cauſas prę cedere cibos debet. Excitatur. n. calor, ſuperfluitates conſumuntur & expelluntur. q vtile eſt antequam ingerãtur alij cibi. Vt. n. ſi ad focũ calfacias aquũ, & iam feruenti infuncas frigidã, rurſus extinquitur calor ita turbatur coctio, cũ rurſus cibi ac potus ingeruntur crudi: Id cauere iubet Aphoriſmus, τὰ μὴ καθαρὰ σώματα, ὅσῳ ἂν θρέψεις μᾶλλον βλάψεις. Sunt aũt vtiliora exercitia, in quib. agitantur brachia, & thorax panditur, vt diſcutiantur ſuperfluitas in pectore & pulmone, & motus, calorque diaphragmatis ventriculo proſunt. Poſt cibum cauendi ſunt oẽs vehementiores motus corporis & animi, cauẽda & vocis intẽtio. Tribuẽda eſt. n. quies ventriculo amplexo iam cibũ, qui cùm agitatur, non põt integrè cõcoqui. Motus. n.

Labores, cibi, potus ſomni, omnia ſint, modeвrata.

Nõ pura corpora, quantò plus nutries, tãtò plus lædes.

aperit

aperit orificiũ,vbi exhalant calor & spiritus:aperit & pylorũ,vbi crudus chylus ante tẽpus effunditur. Ac interdũ subitũ exitium afferunt illi vehemẽtiores motus post cibum. Nec q̃squã est, qui non experiatur, sibi tales contentiones nocere. Itaq; videmus natura etiam pecudibus hunc sensum inditũ esse, quietem vt ament postquam pastę sunt. Qualis est aũt immanitas,homines prorsus contẽnere ordinẽ à natura institutum, vti lem vitæ & conseruandis non solum ventris, sed etiã ingenij viribus? Est etiã quędã diligentia, q̃ eruditos decet, cibi & potus discrimina considerare, qui iuuent, aut offendant corpus, vt calidis & siccis minimè prosunt calida aromata, & pleniora vina. Ad somnum conciliandum prosunt lactucæ & cibi ex amygdalis facti. Obseruet igitur quisq; qualibus cibis opus habeat. *De Somno.*

4 Conducit quis ad recreandas tres virtutes: Ad rigationẽ cerebri, ad generandos spũs, & ad perficiendũ officiũ ventriculi & hepatis. Verè igitur Ouidius.

In quoque qui gracili cibus est in corpore somnus. Et Vergilius.

——*fessos sopor irrigat artus.*

Nam cũ coctio rectè perfecta est,omnib. mẽbris distribuitur nutrimentum, q membra irrigat, g gnuntur spiritus, qui nouas vires addunt, & tamen æstus

cor-

corporis ipsa quiete mitigatur: perfunditur etiã corpus quadã vitili & suaui rigatione ex cerebro. Recipit & cerebrũ vires, vnde fiunt nerui viuaciores.

¶ *De ordine cibi & somni.*

5 Nec inanes suauiter dormiunt, nec immodico cibo onerati: Balnee antecedant cœnas, à cœna exiguum sit interuallũ ad somnũ. Molli ambulatione cibus ex orificio ventriculi descendit, & orificiũ claudit. Deinde quies gratissima est vẽtriculo, ac primùm in dextro latere cubãdũ est, ne hiet os vẽtriculi. Fit igitur collecto calore in somno coctio, prohibet̃ cruditas, conseruat̃ calor naturalis, gignitur sanguis suauior, sequit̃ & viriũ & coloris bonitas. Nec dubiũ est, certissimam esse perniciem viriũ corporis & ingenij, extendere vigilias post cœnã in multã noctẽ. Quia non tm̃ cruditas sequitur, sed dissipatur calor naturalis, languescit virtus vẽtriculi, gignit̃ sanguis impurus, corpus vitiosis humoribus repletur, sequitur aut κακοχυμία, aut macies, accedunt pallor, conturbatio spirituum, debilitas cerebri. Quare assuefacienda est iuuentus, nõ modò ne conuiuia producat in multã noctẽ, sed etiã, vt lucubrationes omittat principio noctis, nec tempus ad quietem diuinitus constitutum omnibus animãtibus, transferat ad exitiosos labores.

Est.

6 Est etiam opus animi tranquillitate. Nam dolor cordis, item sanguinis ac spiritum æstus in metu, mœstitia, ira nimis intenta cogitatione, impediunt cerebri quietem, nec sinunt cor vacare huic actioni naturali.

POLYBVS DE SALVBRI VICTVS RATIONE PRIVATORVM,

Ioanne Giunterio Andernaco Interprete.

Hyeme.



PRIVATOS hanc viuendi rationē sequi oportet. Hyeme plus esse, minus bibere conuenit. Sed potioni vinum q̄ meracissimum esui panis exhibendus est. Carne potius assa modicè oleribus vtendum. Huiusmodi nanque alimentis corpus & siccum & calidum euadet.

Vere.

At vere potioni adijciendum, sed paulatim tamen & dilutius bibendum est. Cibo demendum, eoq; molli, pulte videlicet magis quam pane, magis oleribus vtendum est. Eadem lege transeundum paulatim ab assis ad elixa.

Aestate.

Aestate verò cibo minus duro, & eli xis,

xis, & oleribus tum crudis, tum coctis, potione multa corpus eget, cauendum tamen, ne magna subito dictorũ fiat mutatio. Eo tempore aptissima sunt pulticula mollis, caro elixa, potio quam dilutissima. Atq; hęc ita obseruanda sunt, vt corpus molle sit, & frigidum. Nam in calido anni tempore, & sicco, exuritur, squalidumque redditur. Itaque his rationibus tueri oportet. Pari autem modo ex Vere in Aestatem, sicut ex Hyeme in Ver constituere, cibis demendo, adijciendoq; potioni. Rursus ex Aestate in Hiemem traducere, dum annus absoluatur, expedit.

Per autumnum cibo paulò pleniore, & licciore vti licet, minus, sed meracius bibere. Quemadmodum, vbi Hyẽs bona contigerit, meraca etiam magis & exigua potione, cibo pleniore & vehementer sicco vti. Ita enim hoc frigido admodum & humido tẽpore optima valetudine fueris, minusq; frigus senties. *Autumno.*

Quod ad habitus & ętates attinet, plenis mollibus, rubicundulis ob temperaturæ humiditatem siccior victus ex vsus est. Gracilibus, duris, rufis, & nigris humidior. Nam huiusmodi corpora sicca sunt. Iuuenibus autem rarior & humidior, quorum ætas sicca est, & corpora magis induruerũt. Senibus magna ex parte siccior aptus est. Siquidem humidi

midi molles & frigidi sunt. Proinde habita & ętatis, & temporis anni ratione, vitæ modum instituere oportet, qui pręsentibus & calori, & frigori contrarius existat. Sic enim potius sani degemus. Per hyemem celeriter ambulandũ, ęstate conquiescendum est, aut non in sole ambulandum. Obesis cita ambulatio, gracilibus lenta conuenit. Per æstatem frequenti balneo, hyeme raro vtendum est, idque magis tenuibus, quam plenis. Eo quoq; tẽpore corpus veste pura, per æstum vili lacerna velandum est.

Obesi qui graciles fieri cupiunt, labores vniuersos ieiuni subibunt, & sudantes adhuc, nec dum refrigerati cibũ assument, vinum temperatum, & nõ per frigidũ prius bibent: epulæ, sesamũ atq; id genus alimenta dulcia sunto, eaque copiosa. Sic enim vel paucissimis bellarijs saturantur. Semel die cibus assumptus, rarum balneum, lectus per æstatem terra, hyeme durum cubile, sine vestibus obambulatio, quanta maximè fieri potest, conducit.

Qui tenues se implere volunt, præter alia, quæ plenis contraria facient, modicè ieiuni exerceri debent.

Vomitu verò, & ventris deiectione à medicamento petita sic vtendum est: Sex hybernis mẽsibus vomere vtile est. Nam & pituitæ plus, & capitis grauitas

subest.

ſubeſt. Adhęc dolor precordia exercet. Deiectionis æſtate vſus eſt. Tū.n.æſtus bilioſum corpus reddit, grauitates lumbos fatigant, & genua calore infeſtātur, ventris oriuntur tormina, & diſtorſiones. Iam verò ſuperiores corporis partes per inferiores purgandæ ſunt. Deiectio aūt plenioribus & humidioribus à medicamento magis ſalſo: ſicciorib. autē & tenuiorib. & imbecillis à pinguiore, craſsioreq; petatur, Pingue igitur & craſſum eſt lac, aqua & cicere cocta, atq; hoc genus alia: tenue & ſalſum olus, aqua marina: reliquaq; hmōi. Vomitus prouocandi hoc pacto ſunt Craſſiores ieiuni, & curſu, citaq; ambulatione exercitati medio die vomere debēt. Potui ſumant, hyſſoppi ſeſqui cyathum, aquæ congio intriti, eumq; totum bibāt, aceto ſaleq; adiecto, quò edulceſcat. Primum lentè, mox citius potandū eſt. Tenuiores, magisq; ībecilli à cibo vomitū ita mouebūt. Loti calida, meri cyathos tres bibēt, dein epulas varias aſſumēt, verū ſine potione: neq; poſt has bibendum eſt, niſi tāto interuallo, quāto ſtadia 14. expedias, poſt vinis trib. cōmiſtis vtendū eſt, auſtero, dulci, & acri. Primū meracius & modicè paulatimq; bibere, poſtea dilutius liberalius, & citius conuenit. Qui vomere bis in mēſe vult, melius conſulet, ſi biduo continuari, q̄ ſi poſt

quintumdecimum dié vomuerit. Alij secus faciũt. Qui post epulas vomere volunt, Vel quib. aluus astricta est his oīb. die sępius variosq; cibos esse, tũ vina bina, aut terna bibere expedit. Quib. vomitus non est vtilis, venter aũt sanus est, his cõtraria superioribus conueniunt.

Pueris calida lenatio longo tempore apta est, vinũ dilutius, neq; oī non frigidum. Hoc autem exhibendum est, quod ventrem minimè attollit perturbatque, & inflationes parit. Quę omnia conducunt ne conflictentur, sed maiores coloratioresque fiant.

Mulieribus siccior victus ex vsus est. Etenim cibus siccus, potio meracior, carne mollibus idonea est, ad hoc secundis, & fœtui nutriendo potior est.

Qui corpus exercent, per Hyemem currere & colluctari debẽt. Aestate luctandum modicè, currendũ nihil est. In frigore multa ambulatio cõuenit. Qui cursu fatigantur luctari debent. Qui ex luctu fatigationẽ sentiũt. his currẽdum est. Quibus exercitatis vẽtris profluuia aboriuntur, & cruda incoctaq; deiiciuntur ijs exercitiorũ pars tertia, ciborum dimidia prorsus demenda est. Quippe venter eorũ copiã continendo non est. Ad hoc panem q̃ maximè assum ex vino esse oportet, bibere verò nimis quam modicè, sed meracius. Semper aũt post

cibum

cibum conquiescere, qui semel die tunc assumendus est. Hac.n.ratione venter sibi commissa maximè cõfouet mutatq; Accidunt hmõi profluuia potissimum ijs, qui ex victus consuetudine carnem densam acquisierunt. Nam venæ densiores alimenta nõ recipiũt. Atqui tales in eodẽ habitu subsistere diu nõ possunt, sed in alterutram partem declinant.

Qui rariores cute sunt, & hirsuti magis, carnis esum ex facili admittũt, labores magis sustinent diuq; bono corporis statu fruuntur. Qui cibos postero die eructant, & præcordijs dolent, ijs veluti crudis adhuc cibis, diutius, dormiendũ est, nouũ genus laboris subeundũ est. Vinũ meracius, largiusq; bibere oportet, cibis vti paucissimis. Quippe constat ventriculũ imbecillitatis frigorisq; vitio ciborũ copiã concoquenda non esse. Qui siti premunt, parcius edẽt, minusq; laborabũt, vinũ dilutũ, simul & frigidissimũ bibent. Quos dolores viscerũ infestant, vel ex labore vel alia quadã ambulatione sine cibis recreãdi sunt, modica potio conuenit, maximeq; ea q̃ moueat vrinam, quo vene ex viscerib. prodeuntes, repletæ non distendantur. Nam hinc inflationes febresq; oriuntur.

FINIS.

SANITATIS TVENDÆ METHODVS,

In gratiam omnium, qui minus exercentur, tam ex optimis autoribus, quam ratione ac fideli experientia, carmine elegiaco per D. Georgium Pictorium VVillinganum, doctorẽ Medicum, & apud Cæsareã curiam Ensisshemiã superioris Alsatiæ archiatrũ, diligentissime in vnum conscripta.

DE AËRE PRIMA RE non naturali. Cap. I.

BIs ternas numerant genuit quem Cor duba princeps
Res sine quis sanus viuere nemo põt.
Harum prima datur circundans corporis artus
Aer qui reliquas vincere qppe solet.

Canon.

Affectans igitur multos numerare Decembres.
Aëris attentet cum ratione situm.

Aer frigidus vitandus.

Atq; nimis gelidum fugiat, dum torpida membra
Hic facit, obledẽs pectoris ima quoque.

Et

Et calidus.

Et calidum Veneris, seu Martis sydore
tactum,
Debilitas talis, nanq; diaphoresi:

Temperatus eligendus.

Eligat ast mediũ, nullis fœtorib. auctũ:
Stagna, lacusq; putres, stercora quiq;
cauet.

Aer malus corrigendus.

Excessum poterit, si non vitare, solerter
Corrigat hunc artis conlimitata ma
nus.

Qua arte corrigendus.

Et gelidus quum sit, te peteat prunis si-
ne fumo.
Si calcat, mutent hunc rosa, mirtha,
salix.

Qua arte quoque fœtidus.

Sicq; paludoso fimo, seu stercore fetẽs,
Ardẽs Vulcanus noxia damna leuat.

Aer bonus & malus.

Exin quisq; notat, poterit q noxius aẽr.
Damna dare, & saluus cõmoda mul-
ta quoque.

DE CIBO ET POTV

secunda re non naturali: in primis tamen de canonibus cibando notandis decem. Cap. II.

Canon primus.

Non est mandendum sano, nisi scrime-
rit antè

Ingestos ventrem deuacuasse cibos.
Nam damnum credat, quo vix præsentius angit,
Quãdo indigestis additur esca cibis.

Fames cauenda.

Neque cibum tardet, dum vult curasse salutem,
Nam vacuus venter phlegmata crassa trahit.

Cibus bene masticandus.

Si bene comminuunt dentes modò fercula sani,
Dixerit immensum cõcelebrasse bonum.

Qui cibi præmittendi.

Escas perfaciles coctu p̃mittere cautus.
Debet, sed duras vltima mẽsa habeat.

Cibi delectus habendus.

Non comedat quicquid cupidi vis improba suadet,
Ventris, sed debet prælimitare cibos.

Non diu ad mensam sedendum.

Duplicium dirum præstat, semperq́; cauendum,
In mensa longam continuasse morã.

Quando parcè sumenda cœna.

Cœnam continuet paruam, cùm Syrius ardet.
Nox istud signat nam breuitate sua.

Quando largè sumenda.

Maiorem sunto sole ingrediente Sagittas,

Quũ nox ſubluſtris lõgior eſſe ſolet.

Quid ante & poſt cibum faciet.

Ante cibum aniſum, confecta cydonia proſunt,

Saccaro, poſt menſam, caſeus atque recens.

Dentium habenda ratio.

Si cupias dentes ſaluos, tu collue lympha,

Sæpe ẽt gelida, maximè poſt epulas.

DE PANE. Cap. III.

Non minus Cereris calidum permittas ad eſcas.

Sanus, fermento ſed bene congenitũ.

De pane opiro.

Eſt quidẽ opirus facilis laborantib. atq;

Proritat is aluum, nec bene membra fouet,

Panis de ſimila.

Furfure ſed mundus ſanos hic paſcit & ægros.

Ac faciles aditus membra ad alenda trahit.

DE CARNIBVS

Quadrupedum. Cap. IIII.

Quæ caro eligenda.

Nutritiua caro eſt, lateris ſed portio dextri

Plus cõfert mẽſę, gratior eſtq; cibus.

De pingui & toſta.

Exitus eſt facilius pingui, ſed nutrit edẽ tem,

Parum, tosta quidem vix bene dige-
ritur.

De bubula & caprina.

Bos reddit duram, cunctis quos cocta polenta
Nutrit proficuã, sed caper inutilem.

De carne suilla.

Sus calidam & vdam, multum ventrięq; rebellem.
Ni iuuenis fuerit, q̃ solet esse bona.

De hœdina & agnina.

Hœdus fert primas, agni magis humidã semper
Est caro, sed stomacho fit leuis ista bono.

De veruecina.

Veruex qui paucos viduatus testibus annos
Enumerat, mensæ conuenit ecce satis

De vitulina.

Exornet vitulus magnatum prandia fortis
Vuida, cui sapido iũcta tpe caro est.

De aprina.

Dat aper in hyemem catulis modò captus edacem
Carnem, quam condit nigrior ecce piper.

De capreolina.

Succi est optati iuuenis capreolus atq;
Fomentum optatum dat maculosa fera.

De damulina.

Damula iam primùm matris ab vbere rapta,
Eſt lautis ſemper gloria magna cibis.

De bubulina.

Bubulus eſt minax inter pulmenta Luculli.
Nō teneat laudē, ſed iuga dira ferat.

De ceruina.

Si timieas nigram bilem, vitaſſe memento
A lipidē ceruum, maximè ſi vetulus.

De leporina.

Impiger atque lepus ſanguen ſubindè eo meſtus,
Furua equidē bili cōmaculare ſolet,

De vrſina.

Melliuorax vrſus capræ inſtar ſemper olentis
Producit carnem, pernicioſa fera.

De cuniculina.

Gaudet in offoſſis habitare cuniculus antris.
Fercula qui præbet fermè imitata gluten.

De carne herinacei.

Eſt ſtomachum paſcens herinaceus, ilia mollit:
Cōuenit ictericis, laxaq; mēbra iuuat.

De gliris carne.

Glis hyemem totam dormit, ſed captā nigella,

Interdicta gulę est, noxia nanque vorat.

Lupi caro.

Atque lupos Zephyri populus trāſmittit in orbem,
Menſę q̨ truces cōmoda nulla ferunt.

Caſtoris caro.

Amphibius caſtor guloſos cōdecet oēs,
Nanque nihil ſanos corroboraſſe pōt.

Lyncis caro.

Lyncas mãmoſas Nilotica terra tuetur,
Ex illis nullus prandia certè parat.

DE ANIMALIVM QVA-drupedum partibus. Cap. V.

Quadrupedum cſtodias oculos cerebella volucrum,
Vda nimis, calidū ni piper addis, erūt.

De collo & iecore.

Colla iecurque calent, collum ſed fortius humet.
Gallina, anſer, anas, mollius hepar habent.

De pedibus & alis.

Pes placet anterior, ſed non minus ala probatur:
Ineſt nanque illis maxima temperies.

De renibus, pulmone, ventre & corde.

Nos volucrum aereos renes laudare cōnamur,
Pulmonē, vētres, ſiccaq; corda nihil.

Et de alijs volatilium partibus.

Pectore anas, teneris alis gallina probatur:

Anſeris

Anſeris his tumidum, ſi ſapis, adde iecur.

DE CARNIBVS VOLATILium. Cap. VI.

De galli carne.

Gallus qui Veneris furtiua incendia tractat,
Ingratam carnē continet ac aridam.

De carne caponis.

Aſt Cybeles gallus, viduatus teſtib. iſte.
En pariet turpi fercula prima gulę.

De carne gallinæ.

Inter criſtatas ouorum certè parentes.
Nigra tenet primas, humiditate bona.

De carne anſeris.

Et calidam & ſiccam reddit fluuiatilis anſer.
Carnem: quam ventri credimus eſſe malam.

Anatis caro.

Anſeribus magis ardet anas, pręſtantior alis.
Narratur, ſtomachum ſed grauat ipſa bonum.

De eadem.

Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantùm.
Et ceruice ſapit, cętera redde coco.

De carne columbi.

Et ſtomacho ignito multùm nocet ecce columba.
Boblitibusq; ęgris, ni iuuenis fuerit.

Turturis caro.

Horreat & mensas turtur cythareius ales.
Nam medicas artes condecorasse solet.

Palumbi torquati caro.

Inguina torquati tardant, hebetantq; palumbi.
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax.

Perdicis caro.

Et regum lautis ornat Sodomitica perdix.
Cœnas, quę didicit prima fouere iecur.

Phasiani caro.

Atque phāsim cunctas volucres superare putamus.
Nã leuis est stomacho, gratior estq; cibus.

Ciconiæ caro.

Est in Germanos concepta ciconia luxus.
Ipsa licet pascat, qui nocuere cibos.

De ibidis carne.

Sufficit & meriti, sat est quòd mantica mollis.
Ibidis inuentum est, prandia fugat auis.

De pauone.

Antonius laudat cerebrum, Vitellius atque.

Aulus pauonis, sed Clepatra quoque

Grus caro.

Grus cum Pygmeis certe, deseratque culinas,

In se nãque tenet fercula nulla gulę.

De carne alaudæ.

Et galeata quidem est bona, si pręplnguis alauda,

Datque salutiferas ad tua pocla dapes.

De turdi carne.

Igneus ardor inest, languentibus ęgris.

Ingratus, gratum quem verò bacca facit.

Meruli caro.

Est pingui merulo maior, mihi gloria credas,

Quàm turdo, carnem nam tenet ipse leuem.

Cothurnicis caro.

Cothurnix quamuis sit in regalibus ingens.

Deliciũ, tamen est sensibus ipsa mala.

De ficedula.

Ficedula fine & vescantur dulcibus vuis,

Aut raptę cantent stridula voce melos.

De passere.

Ardet in sicco passer, durissimus ales:

Si cupis esse salax, is cerebella dabit:

De

De bubone.

Ignauus bubo dirum mortalibus omen,
Mandat in vmbrosis fœtida queque locis.

De carne mergi.

Mergus anas dictus, quòd se mergendo cibare.
Consueuit, carnes anseris instar habet.

De conficiendo sapore ad carnes ex herbis.

Sume apium, porrum, coriandrum, semen aneti.
Cum tostis nucis, adde selina, thimum.

QVIBVS AROMATIBVS *Pro sanitate conseruanda vtendum. Cap. VII.*

De cinamomo.

Cinama iactat Arabs multùm redolantia, nanque.
Et iecur & renes, putreque pectus alunt,
Tędia matricis tollunt, tremulosque lacertos.
Confortant, ventrem & corroborare queunt.

De pipere.

Est calidum in quarto siccum piper atq; secundo,
Quòd neruos siccat, plegmata qđq; trahit.

Quòdq;

Quòdque acuit stomachum algentem, quòd tormina ventris.
Tollit sed caueas, si tibi bilis inest.

De croco.

Si mala sunt capiti segnes tu bāia somnos,
Dant rubei flores pharmaca magna croci:
Atque croco gaudet venter, seu tristia corda,
Hocque ede, si risus expetis assiduos.

De zinzibere.

Ignitum stomacho algenti fit zinziber ingens.
Antidotum, siccat phlegmata crassa simul:
Hoc odisse Venus potuit, sed soluere ventrem.
Vsque solet, condit zinziber atque dapes.

De nuce muscata.

Glandes muscatas fert India certè rubentes,
Vesica his patula est, has fluida aluus amat.
Et stomacho, iecori viciato spleni, & ocellis.
Subueniunt, glandes & caput ecce iuuant.

Gariophilum.

Deiectum stomachum reparant gariophila multum,

Aethiopes

Aethiopes donant quę tibi larga manu:
Hęc bene calfaciunt præcordia, tormina ventris.
Excludunt flatus, quum malè vulua tumet.

DE SEMIBVS ET BACCIS quę ars culinaria pro sanitate obseruat. Cap. VIII.

Cuminum.

Obseruat sanus campestria grana cumini,
Nam stomachum & lumbos fortificare queunt:
Atque remollitum subducere certè papillum.
Vrinę vorunt, trita sed exhibita.

Fœniculum.

Et maratri semen fœtæ cum lacte capellæ.
Absumptum, ventris turgida quæq; leuat.
Cunctantisque moras dissoluere protinus alui.
Fertur & elumbis comminuit lapidem.

Anisum.

Et facit anisi semen, si caumate languet.
Cor sanum, mãsum pellit & iliacam,
Cum vino tepido compescit tormina ventris.

Hoc

Hoc guttur raucum comprobat atque nimis.

Coriandrum.

Frigida vis multum coriandri dicitur esse,
A cœna sumptum hoc conuenit ecce satis:
Xenocrates scripsit totidem cessare diebus:
Menstrua quot mulier antea grana vorat.

Papauer.

Sperma cum vino bibitumque papaueris albi.
Dicitur hoc fluxus stringere posse malos:
Somnum dat facilem semen, compescit iniquam
Tussim, sed lædit turgidulos oculos.

Sinapis.

Exacuit sensus, purgat quoque phlegma sinapis,
Sternutamentis si modo iuncta fuit.
Semina, Pythagoras inter quæ maxima dixit,
Extulit hæc multum, dummodo parcè sumas.

De iuniperi baccis.

Iuniperus baccas profert, tutissima cunctis
Pharmaca, gustarunt toxica quive virus.

De baccis lauri.

Menſtrua ſubducunt, lapidemq; epota
reſoluunt
Frictus laurini, pectora mundifi-
cant.

DE HERBIS PRO SA-
nitate vſualibus. Cap. I X.

De mentha.

Vim calidam ſiccamque gradu fert
mentha ſecundo,
Quam ſtomachus languens maximè
adeſſe cupit:
Et quam concretum lac ſoluere dici-
mus omne
In mammis duris ſi ſuperimpoſita
eſt.

De ruta.

Rutha quidem occultum fertur reſeca-
re venenum.
Quod Mithridates ponticus eſſet do
cet.
Hoc neruos, ſchiaſimq; iuuat, febribuſ-
que medetur.
Et confert luſcis maximè lumini-
bus.

De lactuca.

Vtilis eſt ſtomacho lactuca, remollit &
aluum:
Candidulum ac ſemen ſomnia vana
lenit:
Tempore quum vernat, vel quum bene
Syrius ardet

Gra-

Gratior est eadem, sed Venus ipsa
perit.

De spinachia.

Spinachiam comedas si mollem, proijce primum
Ius, stomachus poterit sic minus esse mala.
Hęc lenit in primis multum pręcordia dura,
Et fert clamosis commoda pleureticis.

De caule.

Caulis Romana, Gręcorum brassica ligua
Dicitur, hæc ventris posse linire moram:
Atque omnes narrant caligine lumina tergi
Eius qui caulis comedit ecce comas.

De capare.

Caparis & folio, flore, & lactare palatum
Dicitur, & splenem posse iuuare satis:
Atq; iecur clausum valeat reserare potenter,
Vesicæ & patulat reddere posse vias.

De boragine.

Herbula quam Gręci dixerunt mellisophilon.
Borragini nostri, dentibus antidotum est.

Lumina purgari caligini Plinius inquit,
Illius succo perlita si fuerint.

De saluia.

Saluia miscetur vino, pota quærelis.
Prodest sic iecoris, menstrua sicque lenit.
Trita venenatos iuuat & superaddita morosus,
Estque salus tremulis saluia poplitibus.

De sansuco.

Exornat quoque sansucus perfectè culinas.
Herba quidem mollis, sed bene grata cibis.
Quæ tumidis reserat multum spiracula ventis.
Hanc cui sit matrix ægra puella colat.

De serpillo.

Serpillum miscere cibis languentibus est mos,
Compescit ventris tormina nanque mala,
Aegroti capitis solet & sedare dolores,
Vrinas ducit, menstrua purgat item.

De bethonica.

Bethonica immodicum ventres sedare dolorem

Dici-

Dicitur à cœna si modo sumpta fiet:
Plinius hanc inquit, qui secum gesserit herbam,
Illi nec poterunt vlla venena dari.

De arthemisia.

Ad mensas reuocant arthemin certe secundas
Fœmineas, etenem menstrua cocta ducit:
Vrinam potata ciet, lapidesq; repellit,
Pellit abortiuum subdita fœmorib.

De marrubio.

Marubij varios cõpescit potio morbos
Pectoris, hoc tussim sanat & asmaticos:
Accelerat partus duros, pellitq; secundas,
Et iuuat ictericos, vulnera mundificat.

De portulaca.

Pœonias artes si vis negligere spernas
Andrachnen, stomacho quæ solet esse mala:
Feruorem solis tamen hęc comesta nocere.
Non sinit estiuum, Plinius vt docuit.

De absinthio.

Constat terribiles absinthia posse dolores
Pellere citrinos ecce potata iuuant:
Atq; sinuant stomachum mira virtute solutum,

Anginam pellunt, faſtidiumq́; leuãt.

De aneto.

Aſſiduè bibitum viſum nocet, & genitale

Claudit iter, ventri nec benè conueniet:

Vlcera ſed fertur mẽbri curare virilis,

Et dare ꝙ nutrix munera lactis habet.

De eruca.

Si condituris cocus hanc admiſceat herbam

Erucam, multum præſtat aroma cibis.

In venerem lentos roborat, quę certè priapos,

Quę tuſſim pellit, cum bene manſa fuit.

DE RADICIBVS,

Et tuberibus menſe adhibendis. C.X.

De raphano.

Raphanus in dentes, caput, & bona lumina ſeuit.

Atq; hinc ventriculus nauſeat aſsiduè

Hic facit, ac olidos ventris quoq; maximè bombos.

Eſtq; potens virus pellere lætiferum.

De rapa.

Rapa quidem calida eſt, & corpus reddere poteſt

Obeſum, felix humiditate ſua.

Aſt

Aſt ventris bōbos, niſi vitare : laboras :
Adponas rapis pinguia iura tuis.

De cepis.

Fellitis nō eſſe bonas (ait ipſe Galenus)
Cepas, phlegmaticis ſed bene proficuas,
Affirmant oēs manſas inferre ſaporem,
Et tremulis membris reddere poſſe robur.

De allio.

Allia qui manè ieiuno ſumpſerit ore,
Hunc infecta nequit lędere lympha quidem.
Pulmonis varias coctum cū lacte querelas
Proſcribit tumidos, & iuuat hydropicos,
Radicem betæ comedas ſuper igne peruſtam,
Non auinam reddent allia ſumpta grauem.

De tuberibus.

Inſint conuiuis madentia tubera rore
Mixta ſint in noſtris, vt Venus ipſa iocis.
Sunt faciles ſtomacho, ſunt adducentia chymos
Vſque bonos addas ſi piper in copia.

De fungo.

Lepra quidem terræ eſt, credas mihi, fungus, & iſte
Vrinæ velox impedit eccenias,

Et facit vt sanguis corruptus corpora tangat

Vdus qui nimium febricitare docet.

DE LEGVMINIBVS *ad culin. popinariu conferentib. C. XI.*

C A N O N.

Omnia (crede mihi) flatuosa legumina semper,

Cortice deposito sunt magis apta tñ.

De faba.

Humorum crassum fabas progignere constat:

Hanc fuge si placide somnia coctis amas. *De cicere.*

Cortice postposito cicer in iecur atque lienem,

Vesicam & reserat, sed facit hoc venerem. *Lens.*

Datq; melancholicos tibi lens, mihi cædit liquores,

Et neruos duros reddere quippe põt.

De *lupino.*

Lumbricis mors, est pleno iecori atque lupinus.

Et præsentis opis renibus esse potest.

De oriza.

Candida si iungas studiose & amygdala lacti,

Ad mensam lautam tunc & oriza facit. De *milijs.*

Atq; melancholicos faciunt in corpore rores,

Vendicat hæc vilis, sed sibi rusticitas

De auena.

Scribit Oribasius Iuliani Cæsaris altus
Autor, vt auenas qui malè viuit edat.

DE LACTE BVTYRO, *caseo, sale, oleo oliuarum, melle & ouis.* Cap. XII.

Lac nocuum capiti est, putridis & febribus, istud.
Sed pstat capræ, post ouis inde bouis.

De butyro.

Lac dabit aërei tibi condimēta butyri,
Qđ facit vt sapiant fercula cūcta tibi.

De caseo.

Caseus ante cibum confert, si defluat aluus,
Si constringatur, terminet ille dapes.

De eodem.

Caseus ad fundum stomachi bene fercula trudit,
Vim digestiuam nec minus ille iuuat

De eodem.

Si nouus impinguat, siccat vetus, attamen ambo,
Et capiti & stomacho, pectoribusque nocent.

De eodem.

Si stomachus languet, vel si minus appetit ille,
Fit gratus stomacho cōciliatq; cibos.

De sale.

Exornat regum mēsas sal, cętera vincit.
Condimēta cibos sal facit esse bonos.

De

De oleo oliuarum

Absque oleo lactuca quidem condita, saporem
Insipidum præbet, mollit & hoc stomachum. *De melle.*

Pectoribus, stomacho frigenti, aptissima mella.
Flaua quidem, vt narrant, sunt magis apta gulæ.

De ouis quæ optima.

Regula presbyteri iubet hoc pro lege teneri,
Quod bona sunt oua, paruula, longa, noua. *Oua tremula.*

Mollia pectus alunt, tussim sedantia raucam,
At durata time, nec diuturna placent.

DE SECVNDARVM *mensarum apparatu. Cap.* XIII.

De malis

Corda iuuant flammis agitata, at noxia ventri.
Mala qdem neruis hec nocuisse patet.

De pyris.

Et vacuum ventrem astringunt modò pyra repletum,
Soluunt, iliacam sed pperisse valent.

De persicis.

Persica sicca tenent ventrem quæ mollia soluunt,
ardẽti stomacho sunt bene fida eadẽ.

De prunis Damascenis.

Prunaq; conueniunt, quę mittit clara Damascus,
Nanq; solet duri soluere vetris onus
De prunis.

Astrictam soluunt aluum, sed pruna repescunt,
Prādia prima quidem, dum calor esse solet. *Cerasa.*

Acria confortant stomachū si sole perusta
Cerasa, Lucullus quę intulit Italię.
De ficu.

Si noua sit ficus: nocua est: nam fluxib. apta.
Narratur, siccæ ni sociata nuci est.
Cydonia.

Ad finē mēsæ confecta cydonia pſunt,
Nam stomachi claudunt claustra benigna tui. *Cydonia.*

Cùm tibi Cecropio confecta cydonia melle
Ponuntur, ventrem claudere certè queunt. *De nuellana.*

Pontica nux capiti nocet, & tardissima ventri est,
Maximè quæ vmbrosis nascitur in corilis . *Arbita sorba, mespila.*

Arbuta, sorba tenent fluidos, & mespila ventres
Si vacuus stomachus sumpserit illa simul.

Amy-

Amygdala.

Feruet & emollit, si dulcis, amygdala amare est
Asperior, mensas nesciat illa tuas.

Pinca.

Intestina fouet, neruis, rubeoq; lapillo
Subuenit,& Veneri pinea grata dea est.

De nuce communi.

Nux caput obtundit, linguam conuulnerat,& nux
Pulmonem lędit, sed virus oē necat.

De castanea.

In caput vētres castanea fertur echino
Testa superbire hęc, nā calet igne nimis.

De malis punicis.

Dulcia sunt madidi roris, sicci acria poma
Punica pulmoni hęc sunt mala; at illa bona.

De malis punicis.

Acribus est gelidus, ferucscens dulcib. humor,
Dulcia gustantē peruomuisse volūt.

De vuis.

Quàm nigram gustes, quæ sit tibi gratior vua,
Nè vē inflet soles sit remorata duos.

De vua passa.

Passa iecur roborat, facit & quod fœtida ventris

Senſus, corrumpunt ventriculumque bonum.

De muſto.

Impedit vrinam multum, cit ſtercora ventris,

Hepatis emphraxim deſtruit atque bonam.

De aqua.

Potus aquę lædit ventrem, facit atque cruores.

Crudos, ſic princeps Corduba quem genuit.

De dulci vino.

Sũt nutritiua plus dulcia candida vina,

Sed iecur obſtrant, non bene tuta gulæ.

De vino roris marini.

Phtiſicis antidotum eſt vinum de rore marino.

Cõfortat viſum, cũcta venena fugat.

De vino boraginato.

Dat tibi borago vinum quod curat amentes,

Cardiacam tollit, lætitiamque facit.

De vino enulato.

Si bibitur, mouet vrinas ex enula, Bacchus,

Tuſſim cõpeſcit pectoribusque valet.

De vino exhyſſopo.

Ex hyſſopo latices patientibus ecce catharrum.

Proſcribunt, pectus mundificare, queunt.

De vino saluiato.

Saluia cum vino iecoris potata qrelis.
Prodest,& purgat mẽstrua,ſsola nimis.

Canon de vinis.

Ex herbis vinum caput ad, post fercula guſtes.
Ad iecur & renes, vẽter inanis amat.

DE RE TERTIA
non Naturali, quæ eſt motus & quies. Cap. XV.

Latonidis ni fortè cupit guſtaſſe liquores.
Sanus,phyllirides pocula quęque tenet.
Sedulus accingat corpus pro tpis vſu,
Hæc exercitium poſtpoſuiſſe velit.

Exercitij vtilitas.

Augens innatum recreat, quòd certè calorem,
Et gratum noſtris viribus ad ipſe.

Ante cibum ambulandum, post quieſcendum.

Ante cibos igitur moderatis greſſib.vti
Conuenit,à menſa ſed iuuat ipſa q̃es.

Tempore æſtiuo & hyemali quid.

Ambulet à cœna ſole ingrediente leonem,
Eligat & focũ, dum bene capra nitet:
Quòd motus valeat Pelignii carmina vatis,
His verbis pandunt, quodve quies valeat.

Cernis,

Cernis, vt ignauum corrumpant ocia corpus, *Libro primo de Põto.*
Vt capiant vitium, ni moueant aquæ.
Quod caret alterna requie, durabile non est, *Epist. 4.*
Hęc reparat vires, fessaque membra iuuat.

DE QVARTA RE *non naturali, somno & vigilia.*

Cap. XVI.

Excessus somni nocet.

Excessum somni fugiat, qui corpore saluus
esse cupit morbos seu pepulisse graues.

Somnus sit septem horarum.

Et septem horarum somnum sufficere credat,
Qui mentem & corpus corroborare queat.
Longior humectat cerebrum, torpedine corpus.
Inficit, & frequens rheumata multiplicat.

Quando longior esse possit.

Ast prælibatas si quis cognouerit escas
Duras, tunc somnus longior esse pōt.

Pronus & supinus lædunt.

Vt ꝓnus lędit somnus, sic atq; supinus.
In dextrā facilis, sed bene proficitur.

Neque vacuo, neque repleto stomacho dormiendum.

Et dormire suꝑ vacuū mirificè ventrem.

Lędit, repletum nec petit atq; sopor.
Primùm virtutes nam destruit ecce benignas,
Sed subeth aut phrenesim congenerat aliud.

Qui longo somno perfrui queant.

Hos iuuat immensum somnus, quos arida crassis.
Nutrit, sed pingues plus vigilasse iuuat.

A mensa non dormiendum.

A mensa somnus caput aggrauat,& facit illud.
Rheumatę farciri conuitiente iecur.

Somnus promeridianus nocet.

Cumque pari spacio collucent vesper & ortus,
Abstineat somno,qui valuisse cupit.

Crebræ vigiliç damno sunt.

Et velut excessus somni mala damna ministrat,
Sic vigilem nimium damna tulisse patet:
In medio est igitᷓ virtus, tenuere beati
Nam medium, medium pensitat ipse Deus.

DE REPLETIONE

& inanitione, quinta re non naturali. Cap. XVII.

Lampade phœbea iam pręterennte leonem,
Cũq; pares horas enthea libra tenet.

aut

Aut quando in tignis nidum suspendit hyrundo,
Is mar ũ & pellex Attica plorat Itin.

Tempore veris minuendus sanguis.

Incidere venas, & ventrem soluere prodest.
Congenitus superet ne malè corpus humor.
At bene notãdus situs est membri atq; figura,
Gaudent nam antidoto singula membra suo.

Cor stomachi per vomitum.

Cor stomachi vomitu purgandum est, pectore ano,
Tẽpore non gelido, sole nitẽte canẽ.

Hepar per intestina purgatur.

Intestina volent proscribere, mittit hepar quod
Asimis, mictum, sed bene gibbus amat.

Cerebrum per nasum.

Per nasum cerebrum purgatur, siue palatum,
Pectus per tussim, per leue pulmo sputum.

Intercutanea per sacrificationem.

Atque diaphoresi ferroq; vel igne latentem.
Chymum pingamus, quem tenet ipsa cutis.

Bombi ventris non retinendi.

Ac olidos ventris bombos exire iubemus.
Inclusi morbos qui generare solent

DE COITVS MODERATI *vtilitate. Cap. XVIII.*

Coitus moderati commoda.

Spumigenę Veneris quandoque incendia prosunt,
Si non excessus damna tulisse velit.
Nam tumidos renes curant, calor intimus inde
Firmatur, multum sydereumq; caput
Expellit curas, irā contundit, amantem
Reddens audacē mox satiata Venus.

DE BALNEIS ET *balneandi metho.* C.XIX.

Thermæ male affectis bonę.

Balnea morbosum recreant sulphurea corpus,
Ast eadem sanum pertimuisse velit.

Quando pingues & obæsi balneandi.

Corporis obęsi, vacuo si vētre saburra,
Sed tenues pleno rectè lauare solent.

Balneum gelidum & tepidum.

Si gelida ingrediens roboras (mihi crede calorem.
Balnea, sed tepida sunt fugienda tibi.

DE FRICATIONE

cum membra non mouentur.

Cap. XX.

Frictio motum supplet.

In cunctis natura potens sapit, ęgra, moueri.
Corpora cùm nequeũt, frictio prompta subest.

Frictionis vtilitas.

Sensus quæ nutrit, calor ex qua crescit amicus,
Et firmat melius languida membra simul.

DE ACIDENTIBVS

animi, Sexta re non naturali.

Capit. XXI.

Qui cupit Eboicę vatis complerier annos.
Delicias tractet, gaudia, mille iocas,
Lętitias, risus, ludos, dulcesque cachinnos. *Spiritus tristis exsiccat ossa. Prouer.*
Nam sanum examinant ira, metusque graues.
Nodosas rerum causas ac alta relinquat.
Necque velit mentem sollicitasse nimis.

FINIS.

INDEX VERSVVM SIVE PRINCIPIORVM Cuiusq; Capitis.

Prior numerus Caput, Posterior folium designat.

A

ACCVSAT choleram dextræ dolor, aspera lingna. fol. 221
Adde pyro potum nux est medicina veneno. cap. 39. fol. 133
Aegris dat somnum, vomitum quoque tollit & vsum. 65. 173
All a ruta, pyra & raphanus cum theriaca nux. 13. 70
Anglorum Regi scribit scola tota Salerni. 1. 1
Appositum cancris tritum cum melle medetur. 67. 175
Auribus infusus vermes succus necat eius. 72. 180
Auripimentum, sulphur, miscere memento. 83. 194

B

BALNEA, vina, venus, venter, piper, allia, fumus. 78. 186
Bis duo vippa facit, mundat dentes, dat acutum. 54. 154

C

CAECATIS pullis hac lumina mater hirundo. 7. 178

Ca-

Caseus est gelidus, stipans, crassus quoq; durus. 37.127
Confortare crocum dixerunt exhilarando. 37.181
Corpora plus augent tibi dulcia candida vina. 11.67
Crapula discutitur capitis dolor atque grauedo. 64.172
Crassos humores nutrit ceruisia, vires. cap. 46.140
Cum vino nigram choleram potata repellit. 69.177
Cur moriatur homo cui saluia crescit in horto. 60.164

D.

De cœpis medici non consentire videntur. 62.170
Denus septenus, vix phlebotomon petit annus 93.222
De qua potetur stomachus nō inde grauetur. 18.86
Dixerunt maluam veteres, quod molliat aluum. 58.162

E.

Egeritur tardè cor, concoquitur quoq; durè. 48.144
Est modicum granū siccum, calidumq;, sinapi. 63.171
Est humor choleræ qui competit impetuosis. 89.213
Est porcina caro sine vino peior quina cap. 25.98

Ex

Ex magna cœna stomacho fit maxima pœna. 5.23
Ex saluatella tibi plurima dona minuta. 103.243
Exhilarat tristes iratos reddit amantes. 97.211
Emendat visum, stomachũ cõfortat anisum. 50.146
Enula campana reddit precordia sana: cap. 68.176
Et mox post escam dormire, nimisque moueri. 76.184

F

FAc plagam largam mediocriter vt cito fumus. 98.234
Fœniculus, verbena, rosa & chelidonia ruta. 79.180
Fons, speculum, gramen, hęc dant oculis releuamen. 11
Frigida sunt laxant, multũ prosunt tibi pruna. 41.136

G

GIGNIT & humores melius vinum meliores. 16.82

H

HAEC facienda tibi quãdo vis phlebotomari. 96.231
Hi sunt humores qui præstant cuiq; colores. 92.219
Hi feruore vigent tres, salsus, amarus, acutus. 53.150
Humorum pleno dum fęx in corpore re-

regnat. 222
Hyssoppus purgans herba est è pectore phlegma. 66.174

I

IEiuna, vigila, calcas dape, tuq; labora. 82.192
Ignari medici me dicunt esse nociuum. fol. 128
Illius succus crines retinere fluentes. cap. 70.178
Impedit vrinam mustum, soluit cito ventrem. 26.182
Inciditq; lauat, penetrat, mundat quoque serum. 36.126
Inter prandendum sit sæpè, raroque bibendum. 32.f.119.& cap.38.130
Ius cauli soluit cuius substantia stringit. 57.160

L

LAcphthisicis sanum caprinũ, postq; cameli. 34.133
Lenit & gomectat soluit sine febre butyrum. 35.136
Lotio post mensam tibi confert munera bina. 23.94
Lucidus ac mundus sit rite habitabilis aer. 14.77
Lumina mane, manus surgens gelida lauet vnda. 2.7

M

MEntitur menta, si sit depellere lenta. 59.163
Motus

Motus longa fames, vomitus, percuſsio, caſus. 77.585
Multiplicant miſtum, ventrem dant me ſpila ſtrictum. 44.139
N
NATVRV pingues iſti ſunt atq; io cantes. 88.211
Nauſca non poterit hęc quem vexare, marinam. 21.91
Nobilitas rutę hęc quod lumina reddat acuta. 61.168
Non acidū ſapiat ceruiſia ſit bene clara cap. 17.85
Nutrit triticū & impinguat, lac, caſeus infans. 9.56
Nux, oleum, frigus, capitisq; anguilaq; potus. 81.191
O
OMNIA de lacte vitabis rite minucus. 100.237
Omnibus aſſuetam ſuadeo ſeruare dietam. 55.154
Oſsibus ex denis, bis centenisq; nouenis. 86.199
Oua recentia, vina rubentia, pinguia iura. 8.49
P
PANIS non calidus nec ſit nimis inueteratus. 24.95
Perſica cum muſto vobis datur ordine iuſto. 42.137
Perſica, poma, pyra, & lac, caſeus & ca

ro falfa. 7.26
Phlegma fupergrediens proprias in corpore leges. 221
Phlegma dabit vires modicas, latosq; breuesq;. 90.215
Pifum laudandum nunc fumpfimus ac reprobandum. 33.121
Poft pifces nux fit, poft carnes cafeus adfit. 131
Potus aquæ fumptus comedenti incommoda præftat. 27.100
Principio minus in acutis perper acutis. 101.219
Prouocat vrinam muftum, cito foluit & inflat. 45.139

Q

QVALE, quid, & quando, quantum, quoties vbi recta. 56.58
Quatuor humores in humano corpore conftant. 87.201
Quatuor ex vento veniunt in ventre retento. 4.20
Quid piper eft nigrum non eft diffolue re pigrum. 75.182

R

RAPA iuuat ftomachum, nouit producere ventum. 47.143
Reddit fœcundas manfum perfepe puellas. 74.182
Reftat adhuc triftis choleræ fubftantia nigræ. 91.217

S

SALVIA cum ruta faciunt tibi pocu la tuta. 20.90
Saluia sal vinum, piper, allia, petroselinum. 22.92
Sanguine subtracto sex horis est vigilandum. 99.213
Semen fœniculi pellit spiracula culi. cap. 46.146
Scropha tumor, glandes, ficus cataplasmate cedunt. 43.137
Si capitis dolor est ex potu lympha bibatur. 4.84.195
Si nocturna tibi noceat potatio vini. cap. 15.79
Si pisces molles sunt magno corpore tolles. 30.111
Si vinum rubrum nimium quandoque bibatus. 12.69
Si cruor emanet, spodium sumptum cito sanat. 51.147
Si cerasum comedas tibi confert grandia dona. 40.134
Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant. 5
Sic diëtes serua porrorum collige grana. 80.180
Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus. 3.14
Sunt nutritiuæ multum carnes vitulinę. 28.103
Sunt bona gallina, & capo, turtur, sturna,

na, columba. 29.104


T

Temporibus veris modicum prandere iuberis. 19.86
Temporis æstiui ieiunia corpore siccant. 85.195
Tres insunt istis, Maius, September, Aprilis. 94.225
Tu nunquam comedas, stomachum nisi noueris esse. 6.29

V

Vas condimēti prępꝛoni debet edenti. 52.149
Ver, æstas dextras, autumnus, hyemsq; sinistras. 102.221
Vina probantur odore, sapore, nitore, colore. 10.64
Vocibus anguillæ prauæ sunt si comedantur. 31.118

FINIS.



REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQ RSTVXYZ, Aa.

Omnes sunt Sexterniores.

VENETIIS, M. D. LXXIII.


ST CONTRA S
VM
IVMO
VM CALC
ASTI





